UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas Psalmorvm Decades

Luther, Martin

Basileae


VD16 L 5540

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

Visual Library

iustificationes tuas Iam
monita tua meditatio mea est et
consilium meum iustificationes tuae
Adhesit pauimento anima mea.
vivifica me secundum verbum tuum
Vias meas enuntiaui et exaudisti
me doce me iustificationes tuas
Viam iustificationum tuarum instrue
me. et exercebor in mirabilibus tuis
Dormitauit anima mea pre tedio
confirma me in verbis tuis Viam
iniquitatis amove a me et de lege
tua miserere mei Viam veritatis
elegi. iudicia tua non sum oblitus
Adhesi testimoniis tuis domine noli
me confundere Viam mandatorum
tuorum cucurri cum dilatasti cor meum

Spretum omnes diligentes te
cus tus. quia iniusta cogitatio
Preuaricantes reputasti omnes
peccatores terre. ideo dilexi testimo
nia tua Confige timore tuo carnes
meas. a iudiciis enim tuis timui.
Feci iudicium et iustitiam. non tradas
me calumpniantibus me Suscipe
seruum tuum in bonum. ut non calumpnian
tur me superbi Oculi mei defecerunt
in salutare tuum. et in eloquium iusti
tie tue Fac cum seruo tuo secundum
misericordiam tuam. et iustificationes tuas
doce me Seruus tuus sum ego da
mihi intellectum. ut sciam testimo
nia tua Tempus faciendi domine
dissipauerunt legem tuam Ideo dilexi
mandata tua. super aurum et topa



OPERATIONES
F. MARTINI LVTHERI IN PSALMOS
VVITTENBERGENSIB. THEOLOGIAE
STVDIOSIS PRONVNCIATAE.

BEATVS VIR QVI
non abijt in consilio impiorum.



OMMVNIS mortalium de beatitudine quæstio est: neq; ullus est, qui nõ optet esse bene sibi, odiatq; male esse sibi: attamen omnes, quotquot sunt, aberrauerunt a ueræ beatitudinis notitia: atq; ij magis, qui maxime eam inquisierunt, ut Philosophi, quorũ nobiliores in uirtute aut opere uirtutis ipsam collocauerunt: quo cæteris facti infeliciores, se & huius & futuræ uitæ bonis pariter priuarunt: uulgus & si crasse delyrabat in uoluptatibus carnis beatum esse cupiens, saltem huius uitæ bonis potitum est. Hic autem de cœlo sonans, omnium studia detestatus, unicam beatitudinis omnibus ignotã affert definitionẽ: Beatum esse, qui legem dei diligat: Breuis diffinitio, sed quæ contra omnium hominum sensum, præsertim sapientium, sapiat. Sed primo grammatica uideamus, uerum ea Theologica.

Vulgus cõmodius de beata uita, q̃ Philosophi, sensit.

Hebræus numero plurali dicit אשרי Aschre, Beati, uel btã: ut beata uiri, qui nõ abijt. ac si dicat, oia bene habẽt uiro illi, qui &c. Quid disputatis? quid uana concluditis? illud unicum margaritum si quis uir inuenerit, ut legem dei diligat, & ab impijs separatus fuerit, huius omnia sunt optima, quo nõ inuento, quæret omnia bona, nec unum inueniet. Vt enim mundis omnia mũda, ita diligentibus omnia dilecta, bonis omnia bona, & in uniuersum, qualis tu es, talis & deus ipse tibi, nedum creatura: Siquidem deus, electo electus est, peruerso peruersus, sanctus sancto: Ita nihil bonum ei, qui malus est, nihil iucundũ, cui lex domini iniucunda est.

Beatus.

Vir in scripturis tripliciter dicitur: ætatem, sexum, uirtutemque significat. Aetatis nomen est. j. ad Corin. xiij. Cum factus sum uir, euacuaui quæ erant paruuli. Sexus, Matth. j. Iacob genuit Ioseph uirũ Mariæ. Ioan. iiij. Vade uoca uirũ tuũ. Virtutis. j. Reg. xvj. Ait Dauid ad Abner, Nũquid nõ uir tu es? Atq; hoc tertio mõ, hic btũs uir dicit, ne muliebrẽ sexũ ab hac btitudine excludat.

Vir in scripturis.

Abijt, aptius Hebraice, לא הלך Lo alach, nõ ambulauit, nõ ingressus est, nõ incessit: quod & græcum οὐκ ἐπορεύθη habet. Notũ aũt est, more scripturæ, ambulare & ingredi methaphoricos id esse quod uiuere seu cõuersari, ut psal. xiij. Qui ingredit sine macula. Et. c. Ambulans in uia immaculata, hic mihi ministrabat. Ro. viij. Nihil damnationis ijs, qui nõ secundũ carnem ambulant.

Consilium hic sine dubio pro decretis & doctrinis accipitur: cum nulla stet hominum conuersatio, nisi certis Decretis & Legibus formetur seruetur q̃. Taxat autem eo uerbo, impiorum superbiam, & perditam temeritatẽ. Primũ, q̃ non in lege domini dignentur ambulare, sed proprio se regunt consilio.

In consilio.

Deinde consilium appellat, quod prudentiam sonat, & uiam, quæ erroren nesciat. Nam hæc est perditio impiorum, quod in oculis suis prudentes sunt, & apud semetipsos: quod errores suos specie uestiunt prudētiæ & uiæ. Si enim manifesto errore tentarēt homines, nō magna beatitudinis laus erat, non ambulare cum eis. Non enim dicit, in stultitia impiorum, in errore peccatorum. Monet ergo nos ꝙ diligentissime, ut a specie bona caueamus, ne angelus Satanæ transfiguratus in angelum lucis, seducat nos astutia sua. Opponit autem consilium impiorum, legi domini, ut discamus attēdere a lupis in uestimentis ouium, qui prompti sunt omnibus consulere, omnes docere, omnes iuuare, cum nihil minus possint.

Impius. Impius, qui hebraice, רשע rascha dicit, rectissime apud S. Hilariū is dicitur, qui male de deo sentit: Impietas enim proprie uitiū incredulitatis est, & corde perpetrat. Sed uarie & inconstanter est translatum. Tu ergo hæc duo semper contraria habeto, fidem dei & impietatem: sicut legem dei, & consilium hominum. Nam quando de pietate & impietate agimus, non de moribus, sed de opinionibus agimus, hoc est, de fontibus morum: Qui enim orthodoxus in deum est, non potest nisi bona facere, bonos mores præstare. Quod si etiam septies in die cadit iustus, toties tamen resurgit. At impij corruunt in malum, & non resurgunt: hi quia increduli sunt, nullum opus bonum faciunt, totum autem quod agunt, pulchra species est, umbra illa Behemoth, qua & se decipiant & simplices alliciant. Igitur pius est, qui ex fide uiuit, Impius qui in incredulitate uiuit.

Peccator. Peccatorem autem iam uidere licet. Hic est exterior homo impij: nam consilium & impiū in corde absconditum, non uideas. Itaq; de operibus, moribus, studijs, quæ extra fiunt, loquitur, & hanc uiam uocat, quod iam consilium in usum, & (ut dicunt) in praxim uenerit, & quod intus male sentiunt, foris boni operētur: uerū hæc uia, ut dixi, fere speciosior est semp, ꝙ piorū uia. Nā cæcos illos peccatores, quisq; sine hoc monitorio facile cauet, aut saltem cognoscit.

Stare. Stetit, pertinaciam signat, duramq; ceruicem, qua erecti, excusant se uerbis maliciæ, facti incorrigibiles, in impietate sua, q; pietatem eam existimēt. Stare enim tropo sacrorum, firmū esse significat, Ro. xv. Domino suo stat aut cadit, stabit autem, potēs est deus statuere illum. Inde colūna a stādo heb. dicitur, sicut latinis statua. Hæc enim impiorū est excusatio & obfirmatio, q; sibi recte uiuere uideantur & speciosis operibus fulgere præ cæteris.

Sedere. Cathedra, Sedere in cathedra, est docere, magistrū ac doctorē esse. Mat. xxiij. Super Cathedram Mosi sederunt scribæ &c. Sic sedere in throno, regnare est regem esse, ut in libris Regum frequēs est, Sedere in solio, principem esse, sedere in tribunali, iudicem esse.

Pestilentia. Pestilentia, & si non est ad uerbū translatio, satis bona energia reddita est.

Illusores. Nam heb. illusorum, derisorumue habetur. Sūt autem illusores, quos per psalterium, dolosos, & linguam dolosam accusat, ut qui sub specie sanæ doctrinæ uenenū erronei dogmatis propināt. Neq; enim pestilentia in corporibus tam contagiosa, q; impietatis doctrina in mētibus. Sermo eorū, inquit Apostolus, ij. Timo. ij. ut cancer serpit. Sicut autem sapientes uocātur, sanitas orbis terrarū (Sap. vj.) ita impij illi recte, pestilētia orbis terrarū. Quæ aūt nocētior illusio, q; animabus puram ueritatem esurientibus, uenenum mortiferum dare?

Vita bona. Igitur iuxta uulgatū per Ecclesiam usum, quo uita bona distinguitur in fidem & mores, illa pios uel impios faciente: istis peccatores uel sanctos etiam hic describit

hic describit hos duos gradus, & eis addit tertiū, quia quo proficeret impietas, nō habuit, postꝙ hominē intus in opinionibus, & foris in moribus infecerat, ideo pruit, & alios secū trahit in eādē ꝓditionē, nō sibi cōtēta, ꝙ impie saperet, & male uiueret, nisi & impietatē alios doceret. Hæc de grāmatica.

In primis id in scripturis obseruādum, ꝙ prudēter abstineat a nominibus se ctarum & personarum, Nam cum hoc psalmo sine dubio, Iudæorum populus taxetur primo, sicut ait Apostolus: Iudæo primū & Græco, & Ro. iij. Scimus ꝙm quæcūꝙ lex loqtur, his qui in lege sunt loqtur, nō tm dicit: Beatus Iudæus, aut beatus ille uel ille, nec in consilio gētium, horum uel horum, sed absolute, Beatus uir, & cōsilium impiorum, uia peccatorum, sessio illusorū &c. quicunꝙ illi tādem sint, Quia non est acceptio personarum apud deum. *Abstinere hominibus.*

Et hoc fieri fuit summe necessarium, ut uerbum dei, cum sit æternum, omnibus oium hominum seculis cōueniret. Nam & si uarient per tempora, mores, personæ, loca, ritus, eadē tamen uel pietas uel impietas trāsit per omnia secula. Sic uidemus Prophetas, aduersus falsos Prophetas, Apostolos cōtra Pseudoapostolos, Doctores contra Hæreticos, eisdem scripturis usos, cum tamen nec Prophetarum, nec Apostolorū, nec Doctorum, aut suorum aduersariorum nō men, sed piorum & impiorum in illis inuenirent.

Deinde, ne si unius personatus nomen assumeretur, iam reliqui ad se nō pertinere crederēt quod malum dicitur, aut ad se solos pertinere, quod bonum dicitur, sicut Iudæi sibi inflectunt quicquid boni semini Abrahæ & Israeli promissum est, cōtra quos certe hic psal. primo irruit, ut dixi. Quare & nos exēplo sanctorum patrum, psalmū ad eādem generationem, quæ nobiscū agit uitam, trahamus, immo sequamur potius, ut q nos præuenit, omnes impios arguens; & a nobis inueniatur hoc agere, magis ꝙ cogatur.

Dicit ergo: Beatus uir, qui nō abijt, Id est, quādo tot milia impiorum circumnos sunt, ut possis illud dicere, psal. xj: Saluum me fac deus, qm defecit sanctus, pauci facti sūt fideles in hominibus, Vt & Micheas. vij. Perijt sanctus de terra, & rectus in hominibus nō est. Nonne beatus ille & uere uir, robustus in fide, qui cum tanta turba non ambulat per uiam spaciosam, deinde ab eisdem patitur opprobria & multa mala, nec sic tamen consentit, ut cum eis ambulet, &, quod uel electos in errorem duceret, pulcherrimo cōsilio impiorū nō fallitur? Multum est diuitijs, uoluptatibus, honoribus nō uinci, sed summum uictoriæ genus, sapientiam & iusticiam speciosissimā impiorum superasse, quibus pura fides, maxime omnium oppugnatur. *Summa uictoria.*

Notabis autem hæc uerba psalmi, esse uerba fidei, ut quæ nō loquātur de hominibus scd'm quod uidētur: Nam sic (ut dixi) nemo eos impios esse putaret, in spiritu loquitur Propheta, ubi hoc etiā impium est (quia fide uacuum) quod apud homines omnium pijssimum. Sicut Eccle. viij. Vidi impios sepultos, qui etiā cum adhuc uiuerent, in loco sancto erant, & laudabantur in ciuitate, quasi iustorum operum. Et psal. xxxvj. Vidi impiū exaltatum, sicut cedrum libani. Terribilia sunt hæc, quis impietatem ibi & tam profunde quæreret?

Sed audi, psal. iste nō tm impios taxat & peccatores, nā ois hō extra Christū, impius & peccator est, sed eos potissimum, qui duplici peccato peccāt, ut qui, cū impij sint, nō hoc agnoscūt, insup cōsiliū parāt, in ꝙ ambulent, & impietatē colorent. Nā non dixit, Beatus uir, q nō ambulat impius, aut nō stat peccator, sed in cōsilio impiorum & uia peccatorū, ut quibus nō satis est, ꝙ impij sunt, etiam iusti & sancti esse uolūt, addentes impietati, speciem pietatis. *Impij.*

Quos autem putas nostro seculo tangat? Ego non ausim personatus prædicare, ne in quorūdam sacerdotum, religiosorum, Episcoporum implacabilem charybdim impingam. Nam semper fuit hoc genus impiorum hominum, impatientissimum uerbi dei, cœlumq; repleuit martyribus, nō alia causa, q̄ quod se obsequium deo præstare arbitrarentur, & pro pietate certare sibi uisi sunt, ueros pios impietatis pertinacissime accusantes.

Scito tamen, & non dubites, hos tangi, qui solis cerimonijs, ritibus, aliisq; pompis pietatis lucent, uestibus, cibis, locis ac temporibus, aut ad summū operibus & orationibus, pietatē metientes, præsertim illi, qui pro suis obseruātijs, priuilegijs, dignitatibus, potestatibus, iuribus, in implacabiles discordias sese diuidunt, & quoduis facere ac pati prompti sunt, q̄ mutua charitate inuicem cedere & humiliari: Hos esse impios istos, hoc argumento deprehendas, q̄ se curi fidentes q̄ sunt in uita sua, Nec est timor dei ante oculos eorum. Nam hic esto tibi Canō ꝓpetuus & infallibilis, atq; (quod aiunt) Lydio lapide certior, quod proprium est impiorum, deum non timere, secure de misericordia eius (sicuti putant) omnia præsumere. Piorum autem, cum Iob omnia opera sua uereri, in nulla sua iusticia confidere, & sanctitatem suā pro stercore ducere, ideo nō posse pro ea certare, se iustificare, aut uindicare, sed digitos esse se omnium odio & uindicta. Itaq; dixi, Fidei oculis & auribus opus est, ut hæc uerba spiritus audias, & eorū rem uideas, Homo enim non potest ea intelligere.

Proprium impiorum.

Piorum.

Non autem existimes me Cerimonias aut opera damnare, sed opinionem, fiduciam, studium illorū, pestes uoco, quod his fieri uidemus, ut in sectas, iras, detractiones, & infinita monstra peccatorum ruant, quæ omnia tegunt nomine pietatis, uelo consilij sui, specie dogmatum suorum. Si enim in humilitate fierent, bona certe essent.

Et in uia peccatorum non stetit.

Postq; enim impietate fidem uiolarint, quid restat, nisi ut opera eorum sint mala & peccata? Et quomodo, inquies, sunt opera Iudæorum, hæreticorum, superborum mala, cum ieiunent, orent, benefaciant, & reliqua, quæ nullus hominum mala audet dicere, operētur? Dixi, q̄ fide opus sit, Eo peiora sunt illa opera, quod impietatē confirmāt & stare ac perseuerare faciunt in uia istā peccati, peccata autem sunt, quia de impietate cordis procedunt. A mendacio, inquit Sapiens, quid uerum dicetur? & ab impio, quid pium fiet?

Impiorum fructus.

Christus tamen nos hic pulchre erudiuit, quādo ex fructibus eorum cognoscendos docuit. Duplicia enim habent opera: Alia quæ uocant uestimēta ouium, quæ non sunt eorum fructus proprij, sed simulata, iuxta consilia & uias Satanæ. Verum, ubi eos tetigeris & aduersatus fueris, en hic prorumpit proprij cordis fructus, ira, tumor, clamor, superbia, detractio, maledictio, excusatio, inuidia, blasphemia, & similia portenta, neq; enim alios fructus, de his spinis, q̄ spinas has acutissimas colligas, tales uides & nostros cerimoniales iusticiarios.

Et in cathedra pestilentiæ non sedit.

Id enim deserto Christo faciūt Iudæi, Sub quorum labijs uenenum aspidum insanabile, & fel draconū uinū eorū, necesse est enim, ut cōtra Christū docēt, qui nō Christum docēt. Hos sequūtur hæretici, alio noīe quidem & persona, sed eadem

sed eadem impietate pestilentes, & ad nostra ueniendo, Cathedram pestilen/
tiæ possident, qui opinionibus Philosophorum, traditionibus hominum, con
silijs capitum suorum replẽt Ecclesiam Christi, opprimuntq; miseras animas,
omisso interim uerbo dei, quo solo pascitur, uiuit, seruatur anima. Quo fit, ut *Opera legum sine fine non docenda.*
homines aliã iusticiam ignorent, q̃ quæ operibus paratur, hæc aũt est impietas
& peccatum corã deo. Impossibile est enim, ut sine periculo, opera legum do/
ceas quarũcunq;, nisi meliore parte doctrinæ & maiore studio prius fidem do
cueris in Christum, Paulus. xj. cap. ad Ro. fidem fundat, & quinq; capitulis, de
inde mores supædificat. Ad Galathas quinq; fidem, uno & sexto mores docet.
Sic & in alijs quoq; epistolis facit: Christus in Euãgelio, nõ nisi fidẽ quærit.

Sed in lege domini uoluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.

Grammatica Theologica.

Legem domini (ut semel scias) uideut ubiq; longissime latissimeq; distin/
guas, a legibus quorumlibet hominum, totaq; cura obserues, ne in unum ca/
hos utræq; confusæ (ut fit per pestilentiæ doctores) te miserrime perdant, dum
uel ex lege faciunt traditionem hominum, aut ex traditione hominum legem
dei. Exemplis id ostendemus, Lex domini est, Honora patrem & matrem.
Ex hac lege Pharisæi fecerunt hanc traditionem: Munus quod ad altare offer
tur, melius est q̃ quod parentibus datur, ut legis Matthæi. xv. Rursum sic deo
in uero mandato contempto, alio mandato suo proprio eum honorant ex le/
ge sua, legem dei statuentes. Lauari manus cum manducas, seniores tradide/
rant: At seniores nõ audire, idipsum est, ac deum nõ audire. Itaq; dicit ibidem,
Hypocritæ bene prophetauit de uobis Isaias: Populus hic labijs me honorat,
cor autem eorum longe est a me, sine causa autem colunt me, docentes doctri
nas & mandata hominum. Sic hodie inualuit ut uocem Pontificum & Roma *Cõtra statuta humana.*
næ curiæ, solam audiendam cum tremore, audacter pronuncient, interim om/
nibus dei mandatis, etiã irrisis, nedum contemptis, nec ab illis hominum ma
gis q̃ ab illis ipsis Curiæ uocem tremendam iactantibus, deniq; perduxerunt
has impijssimas superstitiones in eas angustias, ut reperiantur passim sacrifi/
culi, qui peccatum mortale arbitrentur, si sine stola, sine manipulo, aut alia
obseruatione omissa sacrificent. Quod si in Canone missæ lapsi sint, uel inuiti,
summum piaculum est. Sed pudet me recensere, & alia sacerdotum & religio/
sorum ridicula conscientiarum terriculamenta, Cum interim si libidine, ira,
inuidia, auaricia, superbia, multorum annorum tempore perierint, ac deum
contempserint, ne sentiant quidem.

Voluntatem, primũ hic neq; pro potẽtia, neq; pro stertẽte illo habitu, quem
recentiores Theologi ex Aristotele inuexerunt, ad subuertendam intelligen
tiam scripturæ. Item neq; pro actu, quã ex ea potẽtia & habitu elici dicũt. Non
habet uniuersa natura humana hanc uolũtatẽ, sed de cœlo ueniat, necesse est.
Cum enim humana natura sit intenta & prona ad malum, ut diuina dicit auto
ritas, Genesis. viij. Lex uero domini sit bona, sancta, iusta: Sequitur q̃ uolun/
tas hominum sit aduersaria legi, odiat legem, fugiat legem. Quod si quando q̃
timore pœnæ, aut concupiscentia promissi, simulet se diligere legem, manet ta
men intus semper odium legis, nec potest eam gratuito diligere, non enim di
ligit, quia bona est lex, sed quia sibi commoda.

Est autem uolũtas hæc, purum illud beneplacitum cordis, ac uoluptas quæ-
dam in lege, quæ non quærit quid lex ꝓmittat, nec quid minetur, sed solum id
quod lex sancta, iusta, bona est. Est ergo non modo amor legis, sed etiã amans
delectatio in lege, quã nullis ꝓsperitatibus, nullisq; aduersitatibus posse mun-
dus & princeps eius tollere ac uincere, sed per inopiã, infamiã, crucẽ, mortem,
infernũ, uictrix perrumpit, in aduersitatibus enim maxime eminet.

Volũtas serui lis, Mercenaria gratuita.

Venit autem hæc uoluntas ex fide in deum, per Iesum Christum, cæterum uo-
luntas, quæ mœtu pœnarum extorquetur, seruilis est & uiolenta, quæ autem
cupiditate præmiorum allicitur, mercenaria est & simulata. Illa autem libera-
lis, gratuita, hilaris, unde Christi populus, נדבות Nedaboth hebraice, sponta-
nei, uoluntarij, liberales uocantur. Ex quibus omnibus liquet, ꝙ hic psalmus
nisi de solo Christo intelligatur, speculum & meta est, ad quam nitendum sit
beato uiro, cum nullus sit in hac uita, cui non aliquid huius uoluntatis desit,
propter legem & uoluntatem membrorum contrariam illi, ut Apostolus Ro.
vij. queritur, quæ iuxta Theologiam crucifigenda est, iuxta Philosophiam
uero pro uirtute habenda.

Meditari, dicunt id esse quod disserere, disputare, & omnino uerbis exercere,
ut psal. xxxvj. Os iusti meditabitur sapientiã. Hinc b. Aug. in sua translatione
habet, Garrire, pulchra sane metaphora, ꝙ ut garritus auiũ est exercitium, ita
hominis (cuius est ꝓprium officium sermocinari) exercitium sit sermocinatio
in lege dñi, sed & poeta meditari hoc modo accipit: Syluestrem tenui medi-

Meditari in loge domini docetur hoc loco.

tans arundine musam. Nõ possum satis digne huius uerbi uim & gratiam com-
mendare, cõsistit enim hæc meditatio primũ in obseruatione intẽta uerborum
legis, deinde in collatione mutua diuersarum scripturarum, quæ est quidam
iucunda uenatio, immo lusus ceruorum in saltu, Vbi dominus præparitce-
uos, & reuelarit condensa. Ex his enim præcedet tandem eruditus in lege do-
mini, ad populũ sermo. Exempli gratia: Non occides, si perfunctorie transeas,

Non occides.

frigidum uerbum est, & iuxta literarum sonum opus homicidij prohibitum
audies. At siste & obserua, quia non dicit: Non occidat manus tua, sed tu ipse.
Quid aũt es tu? Anima & corpus, habẽs tot uires in utroq;, manum, linguam,
oculos, mentem, uoluntatem. Quãdo ergo tu occidere prohiberis, nonne tam
neq; manu, neq; lingua, neq; uoluntate occidere doceris? quicqd enim horum
occiderit, tu occidis. Non ergo irascendum, nõ male uolendum, nõ maledicen-
dum, non detrahendum, non facie auertendum, nõ contemnendum, non no-
cendum, non noceri optandum, sed contra, amãdum, benedicendum, benefa-
ciendum. Quid ergo? nempe, Non occidas, erit id quod non sis amarus & ira-
cundus, sed dulcis ac humanus ꝓximo tuo. Tum uide, quot loca scripturæ de
charitate, mititate, suauitate, beneuolentia, bonitate, benignitate, doceant, quæ
si adduxeris, nõne pulchre garrijsti, & meditatus es in lege dñi tui?

Die & nocte, siue ad literam accipias, siue tropo quodam pro assidue, aut al-
legorice, pro tempore aduersitatis & prosperitatis nihil refert. Nã & dormiens
iustus, legem domini amat & cogitat.

Dicit ergo, Beato huic uiro erit uoluntas sua in lege domini, prorsus nihil
uidebit, amabit, odiet, bonorum, malorumue, sed hac uoluntate prorsus su-
per omnia creata eleuabitur. Quid igitur mirum, si beatus sit, qui cœlesti hac

Volũtas in lege domini.

uoluntate præditus, nihil eorum sapit, in quibus colliduntur stulti beatitudi-
nis æstimatores? tum quia per hanc uoluntatem, iam unum cum uerbo dei fa-
ctus (siquidẽ amor unit amantem & amatum) necesse est, ut gustet ꝙ bonum,
suaue,

ſuaue, purum, ſanctum, mirabile ſit uerbum dei, ſummum ſcilicet bonum, quod illi guſtare non poſſunt, qui uel manu uel lingua, tantum ſunt in lege, uoluntate autem in ſordibus rerum merſi. Sunt enim multi garruli de lege domini multa loquentes, multa ſimulantes, multa quoque cogitantes, ſed non dum amantes. Non dicit: Beatus uir cuius lingua in lege domini, non cuius manus, non cuius mens aut ſpeculatio, quibus inflantur & palpant ſeipſos, quaſi iam ſancti & ſaluí ſint.

Voluntas ea ſit tota uita pij.

Porro uita hæc, tota uoluntas eſt hominis. Non eſt enim metuendum, ne ullo alio membro extra legem ſit, qui uoluntate hac, uitæ fonte, & capite in illa fuerit, quo enim amor fertur, huc ſequuntur & cor & corpus. In quo iterum uide, contrariam piorum & impiorum conuerſationem. Impij ſuã iuſticiam inciunt ab extra, & tẽdunt ad intra. Primum, opus ſimulant, deinde & uerbum, poſtea & cogitationem exercent, & hoc eorum ſummum faſtigium, tum mox aliorum magiſtri, quicquid cogitant, dicunt, faciunt, ſanctum ac diuinum eſſe uolunt, cum ad hanc ſecretam uolũtatem nunc̃ perueníerint. Pij incipiunt ab intra, a ſancta hac uoluntate, tum ſequitur meditatio, tandem & opus extra, poſt hæc doctrina aliorum, ut uidebimus.

Lex dei primum amãda, deinde meditanda.

Et in lege eius meditabitur die ac nocte. Nõ eſt ſine damnatione meditatio, niſi prior ſit uoluntas, amor ipſe per ſe docebit meditari. Verum hæc uoluntas deſperatis nobis de uiribus nr̃is per humilem in Chriſto fidẽ de cœlo (ut dixi) petenda eſt. Hoc bene nota: Mos eſt & natura oĩbus amãtibus, de ſuis amoribus libenter garrire, cantare, fingere, componere, ludere, item libenter eadem audire. Ideoq; & huic amatori beato uiro, ſuus amor, lex dñi ſemp in ore, ſemper in corde, ſemper (ſi poteſt) in aure eſt. Qui enĩ ex deo eſt, uerba dei audit, Cantabiles mihi erant, inquit, iuſtificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. Et iterum: Et meditabor in iuſtificationibus tuis ſemper.

Notabile.

At qui ſiliquas porcorum uerſant, qui de rebus naturalibus, de opinionibus hominum, de præbendis, de dignitatibus, de poteſtate, ac priuilegijs Eccleſiarum, & infinitis his nugis garriunt die ac nocte, putas beati ſunt uiri? immo longe miſeriores, q̃ qui de puellarum amoribus, aut Poetarum fabulis garriunt, hij enim ſciunt ſe ſtulte agere, & aliquãdo pœnitere poſſunt. Illi uero prudenter & ſancte ſeſe agere putantes, impietati ſuæ immoriuntur. Et tandem iura ſua, ſummam ſibi iniuriam & iniquitatem cumulaſſe, fruſtra pœnitebunt. Non enim in lege domini meditantur.

Et erit tanq̃ lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo.

Amor legis deibeatifi cat.

Dixi, Beatitudinem huius uiri eſſe abſconditam in ſpiritu, in deo, ita ut niſi fide aut experientia cognoſci non poſſit. Hoc eſſe uerum liquide ſcies, Si uoluntatem eius æſtimes, in qua ſola ſua beatitudo eſt, Non in diuitijs, nõ in honoribus, non in iuſticijs ac uirtutibus ſuis, non denic̃ in ullo bono, quod (excepta hac uoluntate legis) intus & extra hominem nominari poſſit. Quin potius in contrarijs, in paupertate, in contemptu, in ſtulticia, & omnibus malis, quæ intra & extra hominem nominari poſſunt, ita, ut quem hic Propheta beatum prædicat, hũc mũdus omniũ ſuffragijs, ſolum oĩum miſerrimum iudicat, ſicut in Chriſto horum beatorum capite & exemplari uidit Iſaias, dicens eum nouiſſimum uirorum. Non enim poteſt mũdus & princeps eius eũ hominem

Optimus uirorum nouiſſimus.

tolerare, qui hac uoluntate beatus esse uolet, suasq; beatitudines despiciat, illam raritatem eorum contemplatus incœpit: O beatus uir qui &c.

Nunc descripto beato uiro sua propria diffinitione, declarat eundem nō mul nus pulchra similitudine, diffinitio certe absoluta erat, ab omni malo cum esse rens liberum, omni bono plenū (quod etiā uulgus beatitudinē uocat, sed in re præsenti, ille aūt in fide) ita & similitudo ab eodem malo liberum, & bono ple num probat, Quia enim beatus iste, in fide absc̄ditus, demōstrari ad oculum nullo exēplo potuit, sicut decet diffinitores facere, similitudine uisibilis rei da pingit. Et quia figurate iustū describit, nō est in uocabulis immorādum.

Ego credo arborem palmæ hic periphrasticos describi. Nam & alius pſal cit: Iustus sicut palma florebit, sicut cedrus libani multiplicabitur, Vt quod ſal breuius, hic copiosius sit explicatū. Palma enim, riuos aquarū amat (ut Plinius toto anno bibere, perpetuo uiret, & dulcissimos fructus parit. Forte expalmis quæ apud Hiericho ad Iordanem celebres sunt, hanc similitudinem assumpſit. Nam inde Hiericho urbs palmarum quoq; dici putatur. Multis enim & alijs locis scripturæ Iordanis in mysteria seruit, unde illud est, Puteus aquarum uiuentium, quæ fluunt impetu de libano.

Palma arbor.

Canonem hic tibi tradidit Propheta ad allegorias arborum & fluminum in scripturis occurrētium intelligendas, arbor hominem, bona bonum, mala ma lum significat, sic Christus quoq; docet. Quanq; scio san. Aug. cū a Pelagianis urgeretur, ne ex fidelium coniugio nasci prolē inculpatā admitteret, per arbo uoluntatem hominis intelligi uelle, nō hominem. Et forte possit adiuuari, qd hic spiritualis homo describitur, qui potissimum ipsa uoluntas, seu spiritus

Hō est arbor, uolūtas radix

At puto nō minus & forte melius, totū hominem arborem dici, radicem uo esse uoluntatem, ramos membra & uires, Tamen nō contendo.

Plantatum est, inquit, in q̄ distinguit hāc palmā ab his quæ spōte nascuntur, ut quæ cura & cultu alieno, nō sua natura, talis sit, scilicet ex ea quæ spontē natura creuit excisa, & arte sicut surculus, alio plantata, hoc est qd dixi, Vir tatem in lege dñi, nulli a natura inesse, sed agricolāte & plantāte patre cœlesti, & nos ex Adam in Christum transferente, nobis e cœlo conferri.

Palma aqua, uoluntas indi get gratia.

Decursus aquarum, riuos certe gratiæ diuinæ intelligit, palma enim in loci fabulosa, nitrosa, salsaq; terra crescere dicitur, ideo perpetuo riuis gaudet, ita uoluntas hæc, radix huius arboris, cum sit in uita hac arida, infructuosa, magis sitit aquarū cœlestiū riuos, q̄ minus inuenit in mūdo, quo uegetetur. Sic illa in terra inuia & in aquosa. Et Isa. liij. Ascendet corā eo, sicut radix de terra sitiēte. Nōne mirum est, arborem in sterili terra crescere, solis riuis aquarum nutriri? Et beatus ille, quo sterilior sibi mūdus, eo sitiētior erit aquarū cœlestium. Non crescit in pinguedine terræ hæc arbor, nec beatus in luxu mundi.

Lignum pro ārbore.

Alij scrutati sunt, Cur lignum maluerit, q̄ arbor dicere, item dabit fructum, potius q̄ feret fructum. In Genesi legimus deum creasse lignū, non arborem, & hinc tropū seruat scriptura, lignum p arbore. Et dare fructum indicat hunc beatum uirum, charitate (quam in omni lege domini uidemus præcipi) seruire

Sibi seruire impium.

non sibi, sed proximis. Non est enim arbor ulla, quæ sibi fructificet, sed dat fructus suos alteri, immo nulla creatura sibi uiuit aut seruit (præter hominem & diabolum) Sol non sibi lucet, aqua non sibi fluit &c. Ita omnis creatura seruat legem charitatis, & tota substantia eius est in lege domini, sed & humani corporis membra, nō sibijpsis seruiunt, solus affectus animi impius est, hic enim non solum sua nemini dat, nemini seruit, nemini bene uult, sed omnium

omnia

omnia sibi rapit, in omnibus, in deo ipso quærens quæ sua sunt, ut recte possis dicere, hanc esse arborẽ, spinã aut rhamnum spõte natam, nullius cultu fotam, neq; riuis aquarum gaudẽtem, nihil præter spinas afferẽtem, quibus omnium quæ circũstant arborũ, fructus, ipsas quoq;, pungat, laceret, suffocet, tum oĩum quæ prætereunt, uestes, uellera, cutem, carnem, & omnia, rapiat, uellicet, uulnere ret. Expressit itaq; Propheta beneficium bonarum arborum, ꝙ cum nulli noceant, omnibus prosint, suos fructus uolenter dantes.

In tempore suo, O aureum & amabile uerbum, quo asseritur libertas iusticiæ Christianæ. Impĩj stati sunt dies, stata tẽpora, certa opera, certa loca, quibus sic inhærẽt, ut si proximus fame esset moriturus, nõ ab illis diuelli possint. At beatus hic uir, liber in omne tempus, in omne opus, in omnẽ locum, in omnem personã, utcunq; sese obtulerit casus, tibi seruiet, quodcunq; inuenerit manus eius, hoc faciet. Nõ est Iudæus, neq; Gentilis, neq; Græcus, neq; Barbarus, nullius prorsus personæ: Sed dat fructum suum in tempore suo, quoties opus sit eius opera deo & hominibus, ideo neq; fructus eius habet nomen, neq; tẽpus eius habet nomen, neq; ipse habet nomen, neq; riui aquarum eius habent nomen, unus non uni, nec uno tempore, loco, opere, sed oĩbus ubiq; per omnia seruit. Estq; uere uir omnium horarum, omnium operum, omnium personarum, & imagine sui patris, omnia in omnibus & super omnia. Impĩj uero, sicut psal. xvij. dicitur, claudũtur in angustijs suis, seipsos captiuant, & in operibus, temporibus, locis a se electis, torquent, extra quæ nihil rectum geri putant, unde suorum fructuum æstimatores, nihil faciũt, ꝙ ut alienos fructus mordeant, iudicent, damnẽt, liberrimi & in quocunq; tempore prompti alios reprehendere, & omnino tales in malo faciendo, quales pĩj sunt in bono: Sunt enim & ipsi omnium horarũ uiri, non uno modo, non uno tempore, non uni homini, sed utcunq; sors obtulerit, alijs detrahentes ac nocentes, Quæ studia, si uerterent ad bona, nullo meliore compendio pĩj fierent.

Libertas uiri beati.

Non sane hæc dico, ꝙ cerimonias Ecclesiarum & monasteriorũ reprobem, immo hæc fuit prima religiosorũ institutio, ut qui monasteriũ ingressus esset, maiori subiectus, disceret nihil proprie operari, sed prõptus omnibus in omnibus seruire. Erantq; monasteria uere quædam gymnasia Christianæ libertatis exercendæ & perficiẽdæ, sicut adhuc sunt, sicubi priscam seruãt institutionem, hic inq; erat finis & modus cerimoniarum. Nam quid sunt ipsa quoq; charitatis & misericordiæ opera, ꝙ liberæ quædã cerimoniæ, cum & ipsa sint externa & corporalia? Et ueteris legis cerimoniæ itidẽ erant, utilissimæ exercitationes ueræ & liberæ pietatis. At ubi cœperũt puerilitatis studio, in libertatis iniuriam usurpari, & earum prætextu uera pietas extingui, iamq; pro libertate seruitus tyrannisaret, opus erat, ut uniuersæ tollerentur, sicut & nunc quoq; pastorum pia sollicitudinis esset, tumultus cerimõiales abrogare, ubi nõ nisi in laqueos animarum, & in offendicula liberæ pietatis grassantur.

Monasteria gymnasia Christianæ libertatis.

Cerimoniæ nimiæ offendicula liberæ pietatis.

Et folium eius non defluet.

Perstat in figura pulchetrima, folium oĩno uerbum & doctrinam significat, diximus autẽ palmam perpetuo folijs uirere. Cõtra de impijs dicit Isa. j. Quando fueritis uelut quercus defluẽtibus folijs. Confer iam singula cum singulis. Impĩj ambulãt i cõsilijs suis, Pius amore legis fixus, plãtatus est ad riuos aquarum, Illi stãt in uia peccatorum, Hic meditatus in lege dñi, dat fructum in tempore suo, Illi in cathedra illusorum sedẽt, Huius foliũ nunq; deficiet.

Collatio.

Et nota

Fructus præcedit folium, uirtus sermonem.

Et nota, q̃ prius fructum q̃ folium describit, & quanq̃ palmæ natura ha
pomum suum nõ inter folia, sicut in cæteris fit, sed inter ramos, & coman
nem in cacumine habeat, ut possit & ipsa uideri prius fructum q̃ folium pro
ducere (a palma enim diximus, hanc figuram sumptam) tamen & ipse Spiritus
recte instituit fidelem in Ecclesia prædicatorem, ut sciat regnum dei non
in sermone, sed in uirtute, j. Corint. iij. Et cœpit Iesus facere & docere. Et idem
Erat uir potens in opere & sermone. Ita fructũ uitæ prius præstet, qui uerbum
doctrinæ profitetur, si non uelit folium suum defluere, Sicut enim arbor cui
temnitur, quæ foliis luxuriat, sine fructu, sed & Christus ficum maledixit, quæ
fructum non ferebat, ita, docente D. Gregorio, cuius uita despicitur, & doctri
na contemnitur, aliis enim prædicant, & ipsi reprobi efficiuntur, quibus Mat.
vij. prædicit audituros eos esse in iudicio: Discedite a me omnes operarii ini
quitatis, Etiam si in nomine eius prophetarint, & per uerbum Christi uirtutes
multas in cæteris fecerint.

Quærat quispiam, Tam multi fuerunt sancti & Martyres, quorũ tamen non
fructus nec folia relicta sunt, sed omnia cum eis interciderunt, nec ẽium Apo
stolorum uerba habemus, quomodo hæc laus beati uiri erit generalis?

Respondeo, Verbum eorum, non fuit uerbum eorum: Non enim uos estis
qui loquimini, sed spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis. Omnes enim ii
eodem uerbo docti sunt, idem uerbum docuerunt, Sicut, j. Corinth. x. Omnes
eandem escam manducauerunt, & eundem potum biberunt, Verbum autem
domini manet in æternum, in seculum seculi ueritas eius. Potest itaq; uideri

Prædicare sibi.

Beatus hic uir & lignum fructiferum, totam Ecclesiam significare, aut eorum
docentium officio præsunt, uerum non obstat & de quocunq; iusto cuiuscun
ligi, habet & ipse idem folium, si non alios, certe seipsum docet, in cor inun
tatus in lege domini, quod uerbum & in ipso manet in æternum, sicuti in to
ta Ecclesia. Denicq; cum omnes fideles sint unum corpus, etiam si solus ho
solius sit membri quod prædicat, per communionem tamen omnia sunt com
um, Verbum enim meum est, quod lingua mea prædicat, & si ego sum ma
non lingua, ita & de reliquis membris & toto corpore sentias.

Et omnia quæ faciet, prosperabuntur.

Si de ligno seu palma hæc dicit, illud tangit, q̃ sola palma dicitur altius
pondus sursum niti, ut in trabibus palmaceis usum esse dicunt.

Facere & agere.

Facere hoc loco (nisi sum nimio audax) non significat opera bona iustifi
nam hæc satis sunt nomine fructus commendata, sed facturas seu plasmata po
tius, quo modo opera artium facimus. Siquidem & Philosophi, agere prudẽ
tiæ, facere arti tribuunt, & eandem differẽtiam in Hebræa lingua cernere licet
(mea temeritate) nã uerbum עשה asa pro facere, & פעל paal, pro agere sæpe
accipi uideo. Sicut psal. xxvij. Quoniam nõ intellexerunt opera dñi, & opera
manuum eius, Vt sit opus manuum dei, ipsum plasma, sicut dicit: Opus manu
um mearum Israel, & Geñ. j. Fecitq; deus &c. Et psalmo. xcviij. Ipsius sit mag
& ipse fecit illud. Opera autem dei sunt, ea quæ per creaturas facit, maxime au
tem uerbum & gratia, quibus agit & agere nos facit.

Esto itaq; facere, instituere, ordinare, diuersis ministeriis Ecclesiastici distri
huere, & ut Apostoli Petrus & Paulus docuere, multiformis gratiæ dei minis
stratores facere, Ecclesias fundare, multiplicare, ut sic ipsi fideles sint plasmata,

opera

opera facta eorũ: Sic enim Galatas parturit, & Corintheos genuit Apostolus: Opus meum, inquit, uos estis in domino. Intelligis ergo spirituale esse hãc fabricam beati uiri, non palatia, non imperia, non pompas: Hæc enim & gentes faciunt ac pariunt: sed multos bonos ac beatos, sibiq; similes reddere, hoc demum est facere huius beati uiri.

Prosperitas quoq; caue ne carnalis a te intelligatur: in abscondito hæc est, & penitus in spiritu, adeo ut nisi fide eam teneas, potius summã aduersitatem iudices: Nã diabolus sicut foliũ & uerbũ dei, extreme odit, Ita & eos qui ipsum docẽt & audiũt, totius mundi adiutus uiribus persequitur. Miraculorum ergo omnium miraculum audis, quando prosperari audis omnia quæ facit uir beatus. Quid enim mirabilius, q̃ p̃ fideles dum occiduntur crescũt, dũ minuuntur multiplicantur, dum subijciuntur superant, dum expelluntur intrant, uincunt dum uincũtur. Sic enim mũdus est uictus & princeps eius. Sic mirifícauit dominus sanctum suũ: ut hoc sit summæ prosperitatis, quod summæ est infelicitatis: Hæc est prosperitas sapientium, & conuersio uirorum. At nunc illud Prouerb. j. uidemus impleri: Auersio paruulorũ interficiet eos, & prosperitas stultorũ perdet illos. Nũc enim, quia rebus Ecclesiæ personas & nomina fecimus, & spiritum in carnem traximus, ideo bonus status Ecclesiæ, nunc uocatur opulentia, tyrannis, impunitas, pax carnis, & pompa plusq; mundana. Vidit enim diabolus & intellexit tandem prosperitatem hãc spiritualem: ideo cohibuit se, & alia uia nos aggressus, horrenda infelicitate nostra triumphat. Et qui bello uincebatur, pace nũc regnat: mira certe utrinq; dei ordinatione. Scite ergo, & uerissime, S. Hilarius dixit, Ecclesiæ esse naturã ut aduersitatibus crescat, utiq; prosperitatibus decrescat. At hæc sapientia crucis, & noua rerum significatio, non modo incognita est: sed longe omniũ quoq; horrendissima, ipsis etiã Ecclesiæ optimatibus. Nec mirũ postq; desertis sacris literis, infelices hominum constitutiones & ratiocinaria pecuniarum cœperunt legere.

Miraculum miraculorũ.

Ecclesia aduersitate crescit, & prosperitate decrescit.

Non sic impij, non sic.

In heb. semel, Non sic, dicitur: sed hoc parum habet momenti. Et cũ audis impios, recordare eorum, quæ de impietate supra diximus, ne cum impijs, hoc uerbum releges, tantũ ad Iudæos, Hæreticos, & nescio quos longe positos, ne forte & tu, dei timore posito, hoc uerbum dei nõ reuerearis. Sed cũ impius sit, qui sine fide Christi est, tremẽdi sunt tibi hi sermones, ne & tu inueniaris impius. Verus enim pius, tremit ad omne uerbũ dei, sicut Isaiæ ultimo dicit: Ad quem autem respiciam, nisi ad quietũ & humilem & trementẽ sermones meos? Quomodo confides te satis fidei habere? At quantum deest fidei, tantum adest impietatis. Impiorum est, ea quæ bona sunt tota securitate sibi arrogare, & mala ad alios referre: Piorum est mala sibi intentata credere, & bona ad alios pertinere, nec nisi cũ multa indignitate ad illa suspirare, ut nõ per meritum, sed nudam spem misericordiæ dei eadem consequantur.

Pius tremit ad uerbũ dei.

Igitur impijs nihil prosperum, foliũ arescens, nec plantati ad ritos aquarum. Item in spiritu loquentẽ, audi in spiritu. Impios em̃ florere & bene habere oĩs scriptura clamat, & idẽ multis in psalmis uidebimus, ita ut de ipsis solis possis dicere: Foliũ eorũ uiret, oĩa quæ faciunt prosperantur, fide ergo opus est.

Sed tanq̃ puluis, quem proijcit uentus a facie terræ.

Additum est

Qui palea & puluis sint.

Additum est, a facie terræ, sed sine periculo intelligentiæ: Sic nec illud quod heb. במוץ cāmotz, sicut palea, puluis, aceris seu ꝙſquiliæ aristarū Idem est enim, siue puluis, siue acus, fauilla, palea dicatur: ꝙ enim sunt de bus Lucæ, iij. Cuius uentilabrum in manu eius, & purgabit aream suam gregabit triticum in horreum suum, paleas uero comburet igne inex li. Hoc purgamentum, has paleas, hos pulueres, hoc loco significari bites: quanꝯ uere & proprie acus & comminuta palea significetur. xxj. eadem sententia: Erunt sicut paleæ ante faciem uenti, & sicut turbo dispergit.

Obserua, non simpliciter paleas appellat, sed eas quas proiicit uentus eas quæ trāquillæ iacēt, sed dispersas, uagas, inquietas paleas uult

Iudæi propelluntur.

Et de Iudæis primo intelligendus est. Hij tripliciter propelluntur. Primo poraliter a turbinibus, id est, uolūtatibus, & indignatione hominū, habitant: ut ad oculum cernimus, nullas esse eis certas sedes, omni expositis uento huiusmodi propellenti. Secundo, ꝙ uento doctrinæ cunfertur mēs eorū per pestilentes doctores, dū nō sunt plātati in Chri mēte aūt in certis doctrinis dispulsa, iam nec cōsciētia certa & quieta Tertio, in nouissimo die turbinibus æternis intolerabilis iræ dei pelli genturꝙ, nunꝯ requiem habituri, ne ad momentū quidem. Hos pro quuntur Hæretici, præsertim postremis duobus turbinibus.

Propulsio in Ecclesia.

Et quid aliud arbitraris in Ecclesia esse, ꝙ turbinem iræ dei? quo in diuersas, tam inconstātes, tam incertas, easdemꝙ infinitas glossas & opiniones Theologorum propulsi sumus, & interim Christo gnito, in multas syrtes, charybdes, symplegadas conscientiarum miserrime collisi sumus. Habent autem & cæteri impij suos turbin cellas cupiditatum, uoluptatumꝙ, in diuicijs, honoribus, fauoribus, ctibus huius mūdi, quibus infelicissime concutiunt, quia unicam pe lidum cordis nostri firmamentum, contemnunt.

Ideo nō resurgēt impij in iudicio, neꝙ pctōres in cōsilio iustorum.

Sat dictum, qui sint impij & peccatores: modo tu ne sine tremore ho sermones audias, quasi pius & sanctus sis. Timor ipse pietas est, imm tiæ & pietatis caput & principium.

Surgent, Hebræus habet, nō resurgent: Neꝙ de resurrectione mortuorum loquitur. Nō enim dixit, Non resurgēt homines in iudicio, sed impij. Alia est

Resurrectio carnis & spiritus.

יקמו resurrectio hominū, alia impiorum. Proinde recte in symbolo, carnis magis hominum resurrectio dicitur. Et Apostolus, mortuorum seu hominum re surrectionem uocat: euidenter duas resurrectiones hominis astruens, carnis & spiritus. Surgere autē hic significat, ꝙ impij non stabunt coram deo in illud psal. v. Neꝙ habitabit iuxta te malignus, neꝙ permanebunt insipientes ante oculos tuos. Et psal. xxiij. Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Sic de Christo quoꝙ dicit: Dum exurgeret in iudicio deus. Et psal. xj. Nunc exurgam dicit dns. Idem ergo est, Nō surgēt, quod minime būt, non seruient, non ministrabunt deo, sicut ꝙ maxime præsumunt.

Iudicium, hic officium significat, tropo scripturæ, Sic totus liber Iudicū, a iudicibus seu rectoribus uocatur. psal. cxxij. Quia illic sederūt sedes in iudicio, sedes super domū Dauid. Ita de Christo psal. cix. Iudicabit in nationibus, id ē, erit iudex.

erit iudex gentium. Et psal. lxxj. Iudicabit pauperes populi, id est reget eos. Et psal. xcv. Iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in ueritate sua.

Est itaq; sensus.

Impij nunq̃ eo ascẽdent, ut sint iudices & rectores fideliũ, sed neq; in cõsilio id est cõgregatione eorũ, hoc est nec de primatibus, nec infimatibus iustorum erunt. Apertius ergo erat: Ideo nõ surgent impij in iudicium, neq; peccatores in cõcilium iustorum, prorsus nõ censebuntur inter seruos dei.

Sed quid? Nunquid impios rectores, & malos homines deturbabimus, & e medio nostro ejciemus? Aut nõ est concilium fidelium, ubi præsunt impij, & intersunt peccatores? Absit.

Dixi in spiritu loqui Prophetam, ideo in spiritu audiẽdum, sicut enim Iudas erat Apostolus, & nõ erat Apostolus. Et ut Ioan. dicit: Exierunt ex nobis, sed non erant ex nobis. Ita impij dũ præsunt, ad hominẽ uisibiliter præsunt, reuera non præsunt. Nã & Zacharias, O pastor, inqt, & Idolũ derelinquẽs gregem, Simul pastorẽ appellãs, quo noie apud homines honorabaẽ, simul Idolũ quo reuera apud deum dãnabaẽ. Ita & Christus, ut intelligeremus præsidẽtiam nõ esse rem ipsam fidelis, multos impios in hac uita remunerat, tam uili mercede, Tolerãdi itaq; sunt utriq;, sicut palea intra triticum usq; ad uẽtilati nis diem. *Impij ad hominem præsunt, nõ in spiritu.*

Et uide ne id Propheta clare indicet, cum enim præmisisset: Non sic impij, non fuisset necesse repetere in alio uersu, sed sufficerat dicere: Ideo nõ surgent in iudicio, neq; in cõsilio peccatorũ, sed detraxit psonas & externã hominum faciem, quia homines diuites, potẽtes, & si qua alia facies est, possunt surgere in iudicium, & esse in cõsilio iustorum, cum hæc omnia ad corpus pertineant, sed impij & peccatores nunq̃. Igitur emphasis & epitasis tota in uocabulis impij & peccatores uiget. Reuera & in spiritu nũq̃ præsunt, nunq̃ intersunt impij fidelibus, licet tanta specie uitæ fulgeant, ut nulli magis præesse & interesse fidelibus putentur. Hanc enim laruam & hypocrisim, qua se inflant & præsumunt, secumq; alios fallunt, persequitur hic psalmus, Denicq; hunc esse huius uersus sensum, sequens uersus declarat.

Quoniam nouit dominus uiam iustorum, & iter impiorum peribit.

Poterat interpres omissa uarietate sua, dicere uia impiorum, cum sit eadem dictio, & satis pulchra erat Antithesis, uia iustorum, uia impiorum, seruata simplicitate uocabuli.

Tam speciosa (inquit) est uia impiorum, ut apud homines uideantur surgere in iudicium & cõcilium: Sed ille qui non fallitur, nouit uias eorum, & scit eos impios esse, & coram eo non sunt in ullo Ecclesiæ suæ numero: Nouit solos iustos, impios nõ nouit, id est nõ approbat. Proinde quod illi minime omnium credunt, uia eorum peribit, peribit, inq̃, quæ tanto successu crescit, ut æterna uideatur futura. Vide q̃ nos a specie prospera absterreat, & uarias tentationes & aduersitates nobis commendet. Nam hanc uiam iustorum, homines omnino reprobant, putantes & deum ignorare eam, quia sapientia crucis hæc est, ideo solus deus nouit uiam iustorum, adeo abscõdita est etiam ipsis iustis, Dextera enim eorum ducit eos mirabiliter, ut sit uia, non sensus, non rationis, sed solius fidei, in caligine & inuisibilia uidentis. *Impios deus non nouit.*

Quando ergo impijs pastoribus obedimus, non impijs, sed hominibus obedimus, non enim impietatem eorũ audimus aut sequimur, sed humanam præsidentiam tolleramus. Rursum, qui eos ejciunt & deturbant, ut in Boemia factum *Impijs obedire pastoribus.*

ctũm uidemus, Nunquid impios deturbantẽ nõ, sed homines deturbari, et etiam deturbati impij, impij manent. Tunc autẽ impius deturbatur, quũ ab impietate ad pietatem ducitur quod nõ fit in furore, externe uiolento, sed in ritate interne orante, foriscp monente, si deus cooperatus fuerit.

Cui hæc intelligẽtia nõ placet, maneat in illa, cp impios primum lucrum pellat: Nam hos & multis alijs locis expellendos ab Ecclesia prædixit. Sed hæretici & quicuncp palam suam profitentur impietatem, tum ipsi seipsos Ecclesia alienãt, tum Ecclesia quocp eos alienat & excõmunicat, quãuis se solos Ecclesiam esse & populum dei iactitent.

Accõmodãdi sunt affectus psalmis. In fine, hoc monendum, quod illustrissimi patres, præsertim Anastasius Augustinus tradiderunt, hoc est, ut affectibus psalmorum, affectus nostros commodemus & attemperemus. Cũ enim Psalteriũ sit, non nisi affectuũ quidam palæstra & exercitium, sine spiritu psallit, qui nõ spiritu psallit, ut ait legis, Beatus uir qui nõ abijt in cõsilio impiorũ, oportet simul affectũ mouere, detestari, ac deprecari cõsilium impietatis, non solũ pro te, sed pro tota nostra Ecclesia, Sic uiam peccatorum, sic doctrinã pestilẽtiæ. Nã hoc igne (charitatis affectu) comburẽdi sunt hæretici, & quicuncp impie sapiunt ac docent: igne

Comburendi Hæretici. ignem, quia cõtempsimus, tradidit nos deus in reprobũ sensum, ut omnia facere mus, & hæreticos igne naturali cõbureremus, rursum cõburemur infe. Ita dũ sonas, Sed in lege dñi uoluntas eius. Nõ hic stertas ac tibi secure placeas, quasi iam sis legis dei amans, sed quãto potes ardore affectus, suspires ad eum qui solus uenit ignẽ mittere in terrã, nec quãdiu uiuis, aliter de te sentias, ac de eo qui nõdum amet legem dei, & uehemẽter egeat uoluntate ista legis.

Ita dum omnia prosperari audis iusto, optãdum id tibi est, & gemendum omnibus, qui in aduersitatibus quibuscunch sunt cõstituti. Ita ne solitudo, ut purum dei uerbum reiectis hominum fabulis & somnijs in Ecclesijs floreat. Quod si qua talia fieri uideris, gratulandum, gaudendum est, & age

Exercitium in psalmis agendum. gẽdæ benignitati diuinæ. Nec te ad impossibilia cogi existimes, face & gaudebis ac gratus eris, Scio. Primũ, uno psalmo, immo uno uersiculo mi exercere, sat, pfeciſti si unum uersiculũ per diem uel hebdomadã affectibus uiuum & spirantem facere, facto hoc initio, omnia sequentur, nec erit tibi thesaurus cumulatissimus, intelligentiarũ & affectionum, ne tædio ac desperatione absterrearis inchoare. Nam hoc uere est psallere, sicut ut scriptura de Dauid dicit pcutere manu citharã. Leues enim articuli cordarum rœdorum, qui per fidiculas currunt & eas uellicant, ipsi affectus sunt in animo psalmorum, cursitantes & eadẽ mouentes, sine quibus ut cordulæ nõ sonant, ita nec psalmus psallitur, quia non tangitur.

Hæc uolui hoc primo psalmo monere semel, ut non sit necesse per singulos idem repetere. Scio autẽ futurum, si quis exercitatus in hac re fuerit, plura per se inuẽturus sit in Psalterio, cũ oẽs omnium cõmẽtarij tribuere possint. Video

Fructus psalmorum. D. Ber. hac arte præstitisse, & omnẽ suæ eruditionis copiã hinc hausisse. Idem & in B. Aug. & alijs olfieri puto. Quare & nos ex eodem fonte bibere oportet has aquas uitæ, ne nos illa irrisio Prophetæ Amos apprehẽdat: Sicut Dauid per tauerũt se habere uasa (id est psalteria) cãtici. Et iterum: Aufer a me tumultum

Boatus in Ecclesia. carminum tuorũ, & cãtica lyræ tuæ nõ exaudiã. Quid enĩ putas deo audiatur, boatus ille aut murmur, quo passim templa occupãtur sine mẽte & spiritu, nisi quoddã examen muscarũ alis suis murmurãtium? cui si id addas, uerebas deo placere, ludibrium & phãtasma ex deo uiuo & uero feceris.

Psalmus

PSALMVS SECVNDVS.

QVARE fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania?
Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in unum,
aduersus dominum & aduersus Christum eius.

HVNC psalmum esse a Dauid factum, & de Christo loqui, cogit autoritas primitiuæ Ecclesiæ, de qua Lucas Act. iiij. scribit: Vnanimiter leuauerunt uocem suam ad deum, & dixerũt: Dñe, qui fecisti cœlum & terrã, mare & omnia quæ in eis sunt, qui spiritu sancto per os Dauid patris nostri, pueri tui, dixisti: Quare fremuerũt gentes, & populi meditati sunt inania, Astiterũt reges terræ, & principes cõuenerunt in unum aduersus dominum, & aduersus Christum eius: Conuenerunt enim uere in ciuitate ista, aduersus sanctum puerum tuum Iesum quẽ unxisti, Herodes & Pontius Pilatus, cum gẽtibus & populis Israel facere, quæ manus tua & cõsilium tuum decreuerunt fieri &c. *Intellectus psalmi.*

Firmandus est itaq; animus hoc sensu, nec alio doctrinæ uento agitandus, de cœlo enim confirmatus est iste intellectus, commotus est locus, finita hac eorum oratione, ut scribit idẽ Lucas. Perspicuum est ergo, per reges terræ, intelligi Herodem & Pilatum, etiã si Pilatus nõ erat rex, hij duo enim simul cooperati sunt, ut implerẽt q̃ cõsilium dei decreuerat, sicut hic dicũt (id est Christum perderent) Non enim alij hoc fecerũt reges, nec de alia re loquitur, q̃ quæ sub Pilato, cõtra Christum gesta est. Reliquum est, ut hunc nihili nodum dissoluamus, aut Pilatum regẽ appellatum cum Herode, aut tropo scripturæ usitatissimo nomine patris totum appellatum. Sicut Israel uocat filius primogenitus, cum multi inter eos essent Idolatræ, rursum omnes arguuntur ubi pauci meruerunt. Ita unus rex, utrunq; regem facit.

Iam per principes intelligi sacerdotũ principes, per gẽtes milites Romanos sub Pilato, qui Iesum comprehenderunt, flagellauerunt, crucifixerunt: Per populos, uulgus Iudæorum, seu Israel, ut ipsi dicunt, satis clarum est.

Hoc loco gens & populus manifeste discernuntur, sed nõ ausim dicere, nec credo constantem esse per omnia hanc differentiam, quanq̃ uocabulum gentium frequentissime usurpetur cõtra Israel seu Iudæos, ita ut Ecclesia gentium, & Paulus Apostolus gentium, iam celebri autoritate & usu, dicatur contra Iudæorum Ecclesiam seu quæ ex Iudæis uenit. *Gens & populus.*

Nota partitionis obseruantiam, gentes fremunt, populi meditantur inania, reges assistunt, principes conueniunt in unum. Gentes, ut irrationales bestiæ fremunt, quid enim facerent, ignorabant? Populi autem garriebant, & sua consilia cõferebant, locuti, scilicet nequitiam in excelsum, & sermonibus odij circundederunt eum, ut psalmo. cviij. Venite occidamus eum, & nostra erit hæreditas. Et Caiphas Ioan. xj. concilio coacto dixit: Vos nescitis quicq̃, nec cogitatis: Expedit uobis ut unus homo moriatur pro populo. Iste ergo tractatus inanis, quo quærebant toties Christum perdere, & accusationis commenta coram Pilato, hic inanes meditationes uocat. Reges autem stauerunt (sic enim ex hebræo, astiterunt intelligendum est) id est definierunt, pronunciauerunt, stabiliuerunt fremitum & meditationes illorum, data sententia super Christum, Volens, inquit, satisfacere populo, Pilatus dimisit illis Barrabam, *Partitio stultorum.*

Iesum uero tradidit, ut crucifigeretur. Principes conuenerunt, consiluerunt, persuaserunt simul & firmati sunt; ut Iesum perderent: Concitauerunt enim turbam, ut magis peterent Barrabam &c.

Aduerte, Verecundiam & modestiam oris prophetici, & tenuiter, & ut ita dicam compatienter, furorem illorum exprimat, cum enim furiales illas uoces, Tolle, Crucifige, Crucifige eum, & alios clamores feroces Iudæorum, quibus Christum accusarunt, potuisset dicere, furias & impetus, meditationes eorum uocat. Meditatio autē, ut supra diximus, garritus & fabulatio oris est. Et enim hæc mala meditatio: Nam sicut amans de amante, libenter multa loquitur, ita & odor quoq; de eo quem odit, assidue & pessima loquitur & garrit. Similis uerecundia in uerbis, fremuerunt, astiterunt, conuenerunt, cū res ipsa fuerit longe atrocior, & uis horum uerborum indicet.

Modestia sacræ scripturæ.

Quo docemur oportere mala hominum, nō more detractorum exaggerare, sed quantum potest fieri extenuare, ut ostendamus nos, non tam nostra indignari, & illorū miseria dolere. Benignus est enim spiritus sanctus, nō gloriatur in malis alienis, sed sua bonitate, miseretur oībus. Nā sic sanctus Petrus & Christum memorat, nō maledixisse nec cōminatum fuisse, cum pateretur, nec uindictam optasse, sed omnia tradidisse ei qui iuste iudicat.

Extenuenda mala proximi

Argumentum psalmi.

Inania dicit, quo uerbo pene totius psalmi argumētum comprehendit. enim Propheta ostendere Christum a deo patre institutum regem, multis & magnis gentium & Iudæorum, regum & principum resistētibus, consiliis, diis, furoribus non potuisse impediri, Sed adeo illos inaniter omnia cœpisse, ut & seipsos irriserint, & eo ipso quo restiterunt, magis promouerint regnum Christi, quasi hoc psalmo, exempli uice, illud ꝓbare uoluerit, ꝙ primo, dixit: Omnia quæcunq; faciet prosperabuntur, In quantum deinde intelligitur. Nam huc illud pertinet psal. xliij. Specie tua & pulchritudine tua intende, prospere procede, & regna. Et. cxvij. O domine bene prosperare benedictus qui uenit in nomine domini. Prosperitas enim Christi (ut dixi) non mundana, neque carnalis, sed spiritualis est. Quis est enim qui cum pateretur Christus, nō putasset eum unc̄ futurum hominē infimum ac uilium, rectorem regem omnium? Quis non meditationes populi tunc stabilitas, & nō inanes esse crederet, quando & autore deo a se dānatum ad maledictum crucis gloriarentur, ac inæternum firmata arbitrarentē meditata sua? Adeo semper opus est fide & spe, in operibus dei, non tantū ferendis, sed & intelligendis, quæ sunt omnem sensum, supra omnem captum, implentur.

Prosperitas Christi.

Et illud quoq; fidei uerbum est: Aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Nam pro domino & pro Christo agere uidebantur cum omnibus actis, tum maxime sibiipsis. Sic & hodie & semper impij pro gloria dei, contra gloriam dei, horrendo periculo operantur, Sic enim deus administrat mundum, & stultificat eius sapientiam, ut illi qui pro gloria dei agere iudicantur, proferunt blasphemiam eius agant, & qui blasphemiæ criminātur, hi uere pro gloria dei certent, in absconditis, in fide, in sancto, uia eius, Atrium nō mensuratur, quia datum est gentibus, ait Apostolus.

Opera dei.

Prius dicit, Aduersus dominum, deinde, aduersus Christum eius, quia omne peccatum primo omnium offendit deum, ipse enim est nō solum iustitia, sed amor quoq; iusticiæ, & ex ipso accipiunt, quicunq; diligunt iusticiam, neque enim peccatum esset, nisi deum offenderet.

Sed ideo quoq; sic ordinat uerba, ut pro nostra consolatione & exhortatione discamus,

discamus, nunq̃ nos pati iniuriã, quin prior & magis offendatur deus, q̃ nos, & tantam esse super nos dei patris curam, ut ante sentiat, indigniusq̃ ferat no stram iniuriã, q̃ nos ipsi, ut ab affectu uindictæ nobis temperemus, quin potius eorum misereamur, quos uidemus per nos in tãtam maiestatem, pro sua perditione irruere, cum nõ modo non possint nocere, sed seipsos potius horribiliter perdant. Sic ait: Qui tangit uos, tangit pupillã oculi mei. Nã & Propheta uelut ex animo cõdolens illorum temeritati: Primum, interrogatiue incipit, ut quid fremuerũt? quare seipsos irridentes? cur molliũtur stulti impossibilia? O utinam saperent & intelligerẽt, Deinde exhortatus eos monet, ut solida pro inanibus operentur, hoc est, ut erudiantur potius & intelligant ad seruiendum Christo in timore. Denicq̃ & ipsa uerborum tenuitate, inanitatem, & frustraneos conatus satis eleuat, fremuerunt, inqt, meditati sunt, astiterunt, cõuenerunt. q. d. fremere potestis, abolere nõ poteritis, meditabimini multa garrientes, nihil efficietis, statuerunt reges, & non fiet, cõsulent principes & irritũ erit. Quid igitur reliquum uobis, nisi inani conatu multa uoluisse, ardua tentasse, omnia exquisiuisse & nullum illorum cõtigisse, sed omnia longe in contrarium euasisse? Ita impijs fremitus & consilia & studia aduersus pios permittit deus excitari, sed hæc oia sunt uelut fluctus tumẽtes aquæ, qui tumore suo uelut obruturi littus irruunt, & anteq̃ ad littus peruenerint in seipsis humiliãtur & euanescunt, aut inani loquacitate in littore colliduntur. Iustus enim ut littus solidus in Christi fide, has languidas minas & cito ruituros tumores, fidens cõtemnit. Scit enim q̃ Moab superbus est ualde, & nunq̃ tãta eius uirtus quãta præsumptio, & maior indignatio, q̃ potestas, sicut Isaiæ & Hiere. dicũt. Qua cruce satis digne torquẽtur impij, quãdoquidẽ insignis est tortura, uelle omnia nocere, & nihil nocere posse, ut etiã gẽtes de inuidia dixerint: Inuidia siculi nõ inuenere tyrãni maius tormentum, q̃ in re Christianorum eo maioris est gratiæ, quod non solum torquẽtur impij, nec solum nõ nocere possunt, Sed cõsulente deo, sua tortura, sua inani machina, maxime omniũ promouere cogũtur, quod impedire nituntur, ut nec amici tãtum possint Christiano prodesse, quãtum inimici.

Impiorum inanes conatus.

Dirumpamus uincula eorũ, & proiciamus a nobis iugũ ipsorum.

Hunc uersum connecti oportet uerbis illis, fremuerunt, meditati sunt, astiterunt, ut sit sensus: Hoc scilicet, fremuerunt, hoc garrierunt, hoc statuerunt, hoc concluserunt, ut dei & Christi iugo colla subducerent, uincula eorum rumperent, & dicerẽt: Nolumus hũc regnare super nos, Lucæ. xvj. Aut illud Iob. xxj. Qui dixerunt deo, recede a nobis, sciẽtiam uiarum tuarum nolumus. Quis est omnipotens ut seruiamus ei? aut quid p̃dest nobis, si orauerimus illum? Induxit enim Propheta impios, ita loquẽtes. Alijs aliud uidetur. Ego interim hunc sensum sequor. Proinde, quod alijs scrupulũ iniecit, q̃ plurali numero, eorum & ipsorum dixit, ad dñm & ad Christum eius referri debet, qui sine dubio duo sunt, Deus & homo, mittens & missus, sicut si diceres: Reiecit populus tam legatum q̃ principem, nec acceperunt consilia eorum.

Vincula eorũ non eius.

Significari autem uinculis & iugis præcepta diuina, per allegoriam, uel metaphoram, Hieremias. v. probat: Ego aũt dixi, forsitan pauperes sunt & stulti, ignorãtes uiam domini & iudicium dei sui. Ibo igitur ad optimates, & loquar eis: Ipsi enim cognouerunt uiam domini, & iudicium dei sui. Et ecce magis hi simul confregerunt iugum, ruperunt uincula. Eiusdem. ij. A seculo confregisti iugum meum, rupisti uincula mea. Quanq̃ hic locus deprauatus est,

Vincula & iugũ præcepta diuina.

cum in hebræo prima persona, deus dicat: A seculo confregi iugum tuum, & rupi uincula tua, ut sint uincula contraria uinculis, iugum, iugo, uia dei, uiae hominum, iudicium dei, iudicio hominum.

Vincula, mandata Christi sunt, quibus in uia eius ambulare docemur. Iugum seu funes, iudicium, quo prohibemur operari mala, ut sit illud iustificatio spiritus, hoc mortificatio carnis. Duo enim sunt, quæ præcipiuntur: Declinare a malo & facere bonum, quorum prius ad crucifigendas carnis cupiditates, posterius ad bona opera faciẽda pertinet. Nec refert, si hæc quis permuter, ut uincula pro iudicijs, & iugum pro iusticijs accipiat, idem enim permanet sensus, quo habito, uerbi contentio contemnenda est.

Est autem uersus allegoricus, nam Rumpere pro contemnere, & irritum facere, Vincula pro præceptis, Proijcere, pro non obedire, negligere, non recipere, Iugum pro eruditione & disciplina castigandæ carnis, accipitur. Non autem allegoricum dico, more recentiorum, quasi alius sensus historialis subesse sit quærendus, ꝙ qui dictus est, sed ꝙ uerum & proprium sensum figura locutione expresserit.

Illud uide, Peruersis omnia peruersa, sicut dictum est, Cum peruersio peruerteris. Legem Christi, quæ libertatis & suauitatis est, uincula & iugum appellant, seruitutem & difficultatem arbitrati. Rursus suam legem, quæ uere est seruitus & infirmitas, libertatem & facilitatem esse credunt. Adeo impia omnia ceduntin malum, sic Hieremiæ. xxiij. Quia dixistis sermonem istum, onus domini, & misi ad uos, dicens: Nolite dicere onus domini, propterea, Ecce ego tollam uos & derelinquam, & dabo uos in opprobriũ sempiternum &c. Necesse est enim, ut cui sua placent, diuina displiceant.

Onus domini leue & suaue. Phariſæorum grauia onera sunt.

Iterum fidei oculis opus est, non enim Propheta dicit hæc, quod uellent uere dominum & Christum intellexisse, quando dixerunt: Dirumpamus uincula eorum, quum pro deo & pro lege eius sese agere crederent, si Christum reijcerent. Sed Propheta, dominum & Christum appellat, quos, ab illis ignorantibus, contemptos describit, & uide an ne ideo, toto uersu uoluerit allegoria uti, ut illos aliud simulasse, aliud fecisse ostenderet, & quandam operis allegoriam in cæcitate sua perfecisse, dominum & Christum reijcientes, quando maxime pro eis facere simularent.

Quid si per Tapinosin, pronomen, eorum, posuerit propheta, ut simul quasi se referat & intelligat, dominum & Christum eius, simul eorum insigniter arguat contemptum, quo Christum nec noĩe dignantur, nedum pro domino & Christo agnoscunt. Igitur hucusq; conatum eorum descripsit, quo Christum noluerunt regem constitui, quem dominus iam constituerat, in quo non tantum cõtra Christum, sed multo magis contra ordinationẽ dei machinati sunt, sicut figuratum est in Dauid & Saule: Nam & ipse Dauid diuino præcepto, rex inunctus erat, at Saul & Deo in hac ordinatione, & Dauid pertinacissime restitit, nec absimiliter & ipse fremuit, multa meditatus, multum steti, multa consuluit contra eum, sed sicut inaniter omnia præsumpsit, ita & Iudæi & gentes aduersus Christum, ut sequitur.

Qui habitat in cœlis irridebit eos, & dominus subsannabit eos.

In scripturis repetitio.

Tautologia ista seu repetitio eiusdẽ, quæ frequens in scripturis est, firmitatis indicium est, autore sancto patriarcha Ioseph, Geñ. xlj. ubi uisiones Pharaonis interpretatus dixit: Quod autẽ uidisti secũdo, ad eãdem rem pertinẽs somnium, firmitatis

firmitatis indicium est, eo ꝙ sermō dei fiat, & uelocius impleatur. Ergo & hic, irridebit & subsannabit, idē repetitur, ut nō sit dubiū, certissima omnia fore.

Quod benignus spiritus, pro nostra paraclesi & consolatione facit, ne scili/cet in in tentatione deficiamus, sed in certissimam spem nos erigamus, Quia ueniens ueniet, & non tardabit. Quare & si in humanis locutionibus Tauto/logia uiciosa & superflua uideatur, In rebus tamen dei, summe necessaria est, propterea, ꝙ spes (ut ait Sapiens) quæ differtur, affligit animam, uera, inq̄, spes, quæ in passionibus & cruce laborat. Dura est enim omnis mora ijs, qui in pas/sionibus Christi exercitantur, ideo opus habent, firmissima & securissima pro missione dei, qua sustententur.

Rursus sicut in promissionibus bonorum, nō potest satis inculcari cōsolatiō afflictis, ita in minis malorum nō potest satis intētari terror insensatis, duris & incredulis. Ideo & in hac parte opus est Tautologia, ut in terrorem mittantur, certissima & firmissima comminatione. Nam sicut illis nimium adest timoris & minus spei ac securitatis: Ita his nimiū adest securitatis & spei, nihil autē fer/me timoris, sicut psal. xiij. Nn est timor dei ante oculos eorū, His opus est, ut ti/meant dn̄m, illis, ut sperēt in misericordia eius. Vt stet utrinq̄, uia media & re/cta, quæ describitur sic: Beneplacitum est dn̄o, super timētes eum, & in eis qui sperant sup. misericordiam eius. Nobis ergo hæc scripta sunt, ut ꝑ patiētiam & cōsolationem scripturarum, spem habeamus. Nā hoc quod de Christo hic scri/bitur, exēplum est oīum Christianorū, q̄libet enim syncere uolēs Christianus esse, præsertim, si & uerbū Christi doceat, suos patietur Herodes, Pilatos, prin/cipes, reges, gentes, populos, qui fremāt in eum, meditentʒ inania, erigant se ad uersus eum, & conueniāt in unum, quod si ab hoibus hæc nō fiunt, a dæmoni/bus, nouissime a cōsciētia, ꝓpria, saltem in morte fiēt. Tum opus est, huius & si/milis cōsolationis meminisse: Habitator cœli irridebit eos, & dn̄s subsannabit eos, atq̄ in hac spe fortiter cōsistere, nullaq̄ causa uacillare.

Suos Hæro/des & princi/pes sacerdo/tum, ueritatis hostes, syncē re Christū do/centes cogun/tur pati.

Et quo firmior sit fiducia afflictorum, Emphaticos dicit, *Ridebit & subsan/nabit*, q. d. Adeo certū est, eos inania moliri, quantūlibet oīum sensui uideātur solidissima, ut dn̄s nō dignetur, uelut serio ac in re magna illis resistere: Sed ut in re prorsus nihili, rideat & subsannet, sicut & psal. xxxvj. in eādē sentētiam, Obseruabit, inquit, peccator iustum, & stridebit super eum dentibus suis: Dn̄s autem irridebit eum, q̄n̄ prospicit, ꝙ uenīet dies eius. Deinde aduersarios no/stros nō modo humiliādos, sed etiā ridēdos esse. O quāta uis fidei in his uerbis regnitur, quis enī patiēte Christo, & triūphantibus Iudæis, deum ridere sensit? Ita & cum nos premimur, quando credimus rideri aduersarios nostros a deo, cum nobis tam deo q̄ hominibus irrisi & subiecti uideamur?

Irrisio autem hæc diuina est, ut dixi, ꝙ Iudæos & gentes Christicidas, irrisos fecit toti orbi terrarum, resuscitans eum a mortuis, & ex desperato Christi re/gno in uno populo, æternum florere fecit imperium eius super omnem crea/turam, adeo in diuersissimum euētum eorum studia uertens, ut cantemus: Ex/celsus super omnes gentes dominus, & super cœlos gloria eius. Qui humilia/tus est subter omnes Iudæos, & infra terrā quoq̄ fuit ignominia eius. Proinde sicut in uersibus præcedētibus, passio & mors Christi prophetata est: Ita in hoc uersu, Resurrectio eius, licet obscurius prædicta est.

Irrisio diuina.

Sed quid illa Periphrasis, Qui habitat in cœlis? nempe quietum simul iudi/cem, & mire abscōditū, pro nostra spe erigenda depingit. Habitat ille, qui pro nobis sollicitus est, securus & quietus, & si nos turbamur, nō turbatur ille qui

Deus sedet & habitat.

curam nostri habet, nos fluctuamus, sed ille sedet, ut non in æternũ det fluctuationem iusto. Verum hoc totũ adeo abscondite, ut nisi in cœlis sis, nõ cognoscas. In terra, in aquis, in omnibus creaturis, pateris, abnegata est tibi ubiq; & in omnibus spes auxilij, donec fide & spe, omnia transiliens, eum attingas, qui in cœlis habitat, tunc enim & tu habitas & in cœlis, sed fide & spe. Hic ergo ancora cordis nostri figenda est, in omnibus tribulationibus, qua ratione fiat, ut non modo facilia, sed & ridicula sint mala mundi.

Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos.

Quod de Tautologia dictum est uersu proximo, & hoc uersu seruetur. Infert satis enim & dei contemptoribus, nihil satis dici potest: Ridet enim hastam vibrantem Behemoth ille, Iob. xlj. & æstimat maleũ sicut stipulã, reputat ferrum quasi paleas, & æs quasi lignũ putridum: Non fugat eũ uir sagittarius, in stipulam uertũtur ei lapides fundæ &c. Cuius hic Tautologia forte nõ esse uidet.

Loqui deum in ira. Quando autem locutus est ad eos in ira sua, aut quæ fuit ira sua? utiq; tunc, quãdo irrisit eos, quod intelligemus, si quid sit loqui deũ in ira sua scierimus. Hieremiæ. xviij. dicit: Repente loquar aduersus gentem, & aduersus regnum, ut eradicem & destruam & disperdam illud &c. Ergo loqui in ira, est eradicare, destruere, disperdere, hoc est, quod Iudæis contigit, qui dixerunt: Ne forte ueniant Romani & tollant locum nostrum, & gentem, melius est ut unus moriatur, ne tota gens pereat. Has inanes meditationes irrisit dñs, dum id quod impius timuit (iuxta Prouerb.) uenit ei, & per Romanos eradicauit, destruxit, & disperdidit eos. Ira itaq; & furor dei, fuit impetus Romanorum, sicut Esa. dicit: Væ assur, uirga furoris mei, & baculus ipse est, In manu eius indignatio mea, Ad gẽtem fallacem (id est hypocritã & simulatricem) mittã eum, & contra populum furoris mei, mãdabo illi &c. quæ uerba meo iudicio, oĩno desumpta, exercitu dicta sunt. Quod enĩ dicit, Mandabo illi, hoc in isto uersu dicit, loquetur ad eos, quia mãdato & uerbo dei, omnia fiunt. Ipse dixit & facta sunt &c. Quare hoc uerbum, loquetur, absolute accipiẽdum est, hoc modo: Loquetur, id est uerbo suo statuet, mãdabit, ordinabit, sed quod sit, contra eos nõ pro eis. Deinde non in misericordia, sed in ira. Nam loquitur & contra iustos & filios suos, dum mandat eis inferri Crucem & Mortem, Iuxta illud j. Reg. xvij. Dñs præcepit ei, ut malediceret Dauid &c. Sed in misericordia. Q; si præpositio, ad, mutetur in, aduersus, & uerbum, loquetur, in uerbum, mãdabit, clarior erit textus: Tunc mandabit, aduersus eos in ira sua.

Nec solum destruet & disperdet eos, sed & conturbabit eos, quia foris pugna, intus pauore, eos consumpsit. Conturbat sane & filios suos, miroq; pauore exterret, sicut Christus in horto, sed in misericordia. Iudæos uero, dum a Romanis uastarentur & occiderentur, perpetuo incipiente pauore conturbauit. Impossibile est enim, ut impius moriens, non expauescat æterno pauore. Mitis fuisset pœna si tantum uastati fuissent, sed q; in ira uastati sunt, amox est, longe autem atrocissimum, quod in ira uastati & occisi etiam, in furore conturbantur, & in sempiternum horrorem per mortem sunt protrusi. Iam uide

Pœnæ Christicidarum. catalogum pœnarum horribilium, quæ Christicidis paratæ sunt. Primum, amissa gloria, propter quam in Christum maxime insaniunt, fiunt ridiculum deo & omnibus, ubiq; ignominiam sui spectantes, quod superbis & inanibus, non leue malum est.

Deinde

Deinde amissis omnium rerum auxilijs, uastantur, radicantur, destruuntur, ut in corpore quoq; nullum sit eis solatium.

Tandem summum accedit malorum, q̄ tribulatio & angustia cōturbat animas eorum, æterno pauore. Ita in fama, in rebus corporalibus in rebus æternis plectuntur, nullaq; sit creatura, nec deus illis propitius. Obsecro, quis non misereatur inimicis suis, quis non ploret pro eis, quis non omnia pro eis, nedum ab eis ferat, qui firmiter credat, hæc intolerabilia mala illis imminere? Deinde uide ordinem.

Christianus qui credit deplorat inimicos, nō odit.

Primum, ridentur & subsanantur, uersa eorum gloria in summam confusionem (Hæc enim extrema possessio est) deinde uastantur, exuti rebus & facultatibus paternis, quæ est altera possessio. Vltimo, terrentur pauore, ablata omni spe & fiducia in spiritu, quæ est intima & nouissima possessio, atque hij fiunt, tanq; puluis ante faciem uenti.

Atque iterum uides, impiorum pœnam describi, pauorem & horrorem. Sicut enim regnum dei est iusticia, & pax & securitas, ita necesse est, infernum esse peccatum, pauorem & horrorem.

Ego autē cōstitutus sum rex ab eo, super Zion montē sanctum eius.

Hic mutatur persona, nō enim de se Dauid loquitur, sed Christus. Hebræus uero patris personam sonat: Ego constitui seu ordinaui regem meum, super montem Zion, sanctum meum. Nec puto rem tanti esse momenti, ut propter uerbi cōtrouersiam digladiemur, cum uterq; sensus bonus sit, nisi q̄ hebræus textus tropo scripturæ usitato magis conuenit, quo patri tribuitur autoritas, Iuxta illud psal. cix. Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis. Et psal. lxxxviij. Et ego primogenitum ponam illum, excelsum præ regibus terræ. Stapuleñ. putat dici posse: Ego autem unxi regem meum, nixus uerbo fidelium, Act. iiij. ubi dixerunt: Cōuenerunt aduersum puerum tuum Iesum, quem unxisti. Sed uidēt uerbum, unxisti, nō ex isto uersu, immo ex secūdo sumpsisse, ubi dixerāt, aduersus Christum eius, quod sonat, aduersus unctum eius, quod confirmandi affectu repetunt, Vere inquiunt, illi Christus & unctus est, quem tu unxisti, id est, Christum fecisti.

Illud pro mea paruitate sapio. Sanctum meū, nisi hebræus cogeret ad mōtem Zion copulari, non inepte ad Christum pertinere uidereē, ut esset sensus: Ego constitui regem meum super Zion mōtem, nō quemlibet hominem, sed eum qui est sanctus meus, unctus a me spiritu sancto. Nam Christus sanctus dei, & sanctus Israel dicitur in scripturis, ut psal. xv. Nec dabis sanctum tuum uidere corruptionē. Et psal. lxxx. Dñi est assumptio nra, & sancti Israel, regis nostri. Sed hebræus (ut dixi) Montem sanctum meum, habet.

Est itaq; sensus: Illi noluerūt eū regnare super se: & aduersus me, & regē meū conuenerunt, uerum consilium meū stabit, & uoluntas mea fiet, Quis resistet uultui meo? occiderūt illi eum, Ego regem cōstitui eum, Subduxerūt sese illi, Ego mōtem Zion sanctum subieci ei, & omnes terminos terræ, Ac sic irrisi & subsannati sunt, & inania meditati palam ostenduntur.

Pertinet iste uersus ad locum communem ambitionis & arrogātiæ, quibus hodie in Ecclesia Christi, nihil impudentius dominatur, Sic enim Heb. v. Apostolus eum tractat. Nec quisq; sumit sibi honorem, nisi uocatus tanq; Aaron, nec Christus seipsum glorificauit, sed qui dixit ad eum: Filius meus es tu. Et iterum:

Locus communis ambitionis & arrogātiæ

iterum: Sede a dextris meis, hoc est, quod totus psalmus hic pene inculcat, quod omnia Christi a patre ordinata, non a Christo ipso arrogata & ambita dedicabit. At decreta nostra iam multis annis uix aliud, q̃ de dignitate, potestate, privilegijs, multo & graui ambitionis fœtore tractant, sine ulla patris ordinatione aut constitutione.

Laus Hierosolymitanæ Ecclesiæ.

Ecclesia Christi, mõs Zion uocatur, quod incœperit &, misso spiritu sancto, ibi instituta est. Et quanq̃ nulli sit loco addicta, tamen necessarium erat, ut in aliquo certo loco exordium haberet. Vnde & postea illinc mota est in omnem terram, ut impleretur illud Christi Ioan. iiij. Venient dies, quando nec in Hierusalem nec in monte hoc patrem adorabitis. Atque ita Ecclesia iam nullum locum & omnem locum habet. Simul spiritu sancto magistro, Ecclesiæ Hierosolymitanæ, hec modestia seruata est, ut nunquam de primatu & dignitate cum alijs Ecclesijs certaret, sicut Romana & Cõstantinopolitana certauerunt diuturno & scãdaloso certamine. Cum tamen illa (si primatus quærẽdus esset) omnibus iuribus anteferri cæteris debuisset, tum q̃ Christus ipse pontificalius fuerit, rex constitutus a deo patre, tum q̃ Ecclesia tota ibi exorta, exinde natæ omnes Ecclesiæ, uereq; mater Ecclesiarum ipsa sola, ibi omnes Apostoli, & discipuli uelut presbyteri fuerint, sed noluit deus id fieri, ut arrogantiam

Contra primatum.

istam primatus reprobam nobis ostenderet, nec affectandam ulli alteri, quam nec ei, cui debebatur, permiserit.

Monarchiam Papæ nõ damnat.

Non quod damnem Romanæ Ecclesiæ Monarchiam, sed quod detester eam ui & impetu extorqueri, ac uelut præcepto dei arrogari, quæ multo fœdius consensu, & charitatis uinculo debuerat stabiliri, ut esset, non dominantis potestatis, sed seruientis charitatis Monarchia. Arrogantiam damno, rem commendo: Aurum non est malum, sed libido carnis. Quanquam etiam hic satis resistit uigilanter Christus, q̃ nunq̃ orientis Ecclesias huic subijci passus est.

Ecclesia speculadicitur.

Igitur mons Zion uocatur, usitatissimo Tropo synecdoche, continens pro contento, sicut Hierusalem ciuitas, pro populo ciuitatis. Non solum autem hac ratione, sed & noĩs, rei, & formæ allegoria. Nomen Zion, speculam significat, Ecclesia autem non tantum specula dicitur, quod deum & cœlestia perfidem (id est a longe) speculatur, sapiens quæ sursum sunt, nõ quæ super terram: Sed etiam q̃ in ipsa sint ueri speculatores & uigiles in spiritu, quorum est, populi subiecti curã habere, & insidias hostium & peccatorum obseruare, qui grace,

Zionicus aut Zionius pro Episcopo.

Episcopi, uelut speculatores uocantur, quos ob eandem causam Zionicos aut Zionios ab hebræo fingere possis. Res autem est, q̃ Zion mons est, ita Ecclesia coram deo, spirituali altitudine sublimis est, propter magnitudinem uirtutum, donorum, gratiarum, operationum &c. quibus eam deus exaltauit, super omnem potentiam, sapientiam, iusticiam, hominum, Iuxta illud Isaiæ. ij. & Mich. iiij. Erit mons domus domini in uertice montium, & eleuabitur super omnes colles, Quod iterum cogor interpretari, ppter carnales istos somniatores, qui uerba dei semper trahunt ad pompam mũdi. Exaltarur Ecclesia, super

Altitudo Ecclesiæ.

omnem potestatem & altitudinem mundi, non diuitijs, aut potentia, sed fide, spe, charitate, & uirtutibus cõtemptricibus diuitiarum & potentiæ mundanæ, q̃ enim Ecclesia nunc in his est sublimis, non Ecclesiæ proprium est, sed peregrinus quidã leuiathã, ideoq; tantũ decreuit in sapiẽtia uerbi dei, in sanctitate uitæ, in uirtute operum &c. Hij enim sunt mõtes & uertices uerissimi Ecclesiæ Christi, in quibus nõ potest eam mũdus æmulari: In illis autem mundum ipsa iam diu

iam diu superat, si Ecclesia uocari debet, quæ talia facit. Nam Ecclesiam ueram Christi, certum est, semper eandem manere.

Forma Zion montis fuit, ꝙ ipse in uertice Meridiano erectus, ciuitatem Hierusalem sub se habuit, in latere Aquilonis decliuem, & ad se accliuem, ut psalmo. xlvij. Mons Zion, latera Aquilonis ciuitas regis magni. Ista decliuitas & accliuitas potest significare pugnam internam populi Christi, quæ est inter carnem & spiritum, Caro ad Aquilonem, Spiritus ad Meridiem tendit. Aut duas illas uitas, actiuam & speculatiuam, illa declinat ad curanda temporalia propter alios, hæc ascendit ad cœlestia, & pendet ad speculam, in qua sunt Episcopi uita & uerbo excellentissimi, alios ad se trahentes. In quorum medio est mons Moria, mons templi, hic est Christus deus & homo, qui utrancꝫ complectitur, in utracꝫ moratur, sicut idem mons Moria, inter Hierusalem, sub monte Zion situs figurat. Est enim mons Moria, id est, uisionis, in quo Abraham obtulit filium suum, in quo & Salomon postea ædificauit templum, & nos quoque super Christum offerimur cum Isaac, & ædificamur in templum dei peruerum Salomonem. Christus enim mons, Moria nobis est, ꝙ deus nemi-nem uideat neꝙ agnoscat, qui non hoc loco, id est, super Christum & in Christo offertur & ædificatur, super hunc enim solum respiciunt oculi domini. Unde uocatur mons, Dominus uidebit in æternum, Verum Hæretici & superbi alios montes uisionis seu inuisionis potius erigunt, dum iusticijs & operibus suis mereri dei respectum uolunt.

Situs montis Zion & Hierosolymæ.

Sanctus dicitur, non figurali illa sanctitate legis aut externæ consecrationis, in spiritu enim loquitur. Ideo non contentus dicere, Montem sanctum, addit, meum. q.d. qui & mea sanctitate sactus est, nō qua lapides, ligna, parietes sanctificantur, sed qua mens & corpus, unctione gratiæ spiritus consecrantur, & per fidem, spem, charitatem, purificatur de die in diem. Est enim sanctum, qd ab usu ꝓphano seperatum, solis sacris & diuinis usibus dicatum est. Quod cerimonialiter & literaliter fit per pontifices homines, sed ueritate & spiritu per spiritum sanctum diffusum in cordibus nostris.

Sanctū quid sit

In quibus omnibus manifeste distinguit Christi regnum, ab omnibus alijs regnis. De hoc solo rege pronunciat: Ego constitui, seu ego constitutus sum, quæ persona, cum sit deus inuisibilis & spiritualissimus, omnino spiritualem constitutorem indicat, cum cæteros nō ipse per seipsum, sed homines per homines constituit, uisibiles per uisibiles, non ergo regnum Christi est de hoc mundo, sed in spiritu & ueritate. Item: Regem meum, non regem hominum, seu quem homines constituunt. Christus ergo rex in spiritu & coram deo est. Deinde quancꝫ super montem Zion constitutus est, tamen adiectum est, Sanctum meum, seu sanctum eius, ut regnum Christi intelligatur quidem esse, populus in Zion, sed is qui spirituali sanctitate sanctus est. Vides iterum, non in potestate, nec sapiētia, nec dignitate mundi Ecclesiam Christi consistere. Et si sunt qui extra Monarchiam nouam, nullum Christianum existere garriant, cum Monarchiæ potentia nihil pertineat ad spiritualem sanctitatem.

Prædicās præceptum eius, Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te.

Hebræus, hoc loco septimum uersum incipit hoc modo: Narrabo dei præceptum, Dñs dixit ad me, &c. quæ cohærentia meo iudicio id efficit, ut sciamus de quo

de quo præcepto uelit intelligi, q̄ sese narraturum dicit. Nempe de illo quod subiungit, Dñs dixit ad ad me, filius meus es tu &c. Hoc inquit habeo ex mandatis, ad hoc sum rex cōstitutus, ut annūciem oībus me esse filiū dei, claritatem enim patrē debeo. Nā hic est scopus uniuersi Euāgelij, Christū nosse filium dei, sicut Matth. xvj. Quem uos me esse dicitis? Respondit Petrus: Tu es Christus filius dei uiui. Super hanc Petram ædificata est Ecclesia. Ita & Paulus, j. Cor. Nos prædicamus Christum uirtutem & sapiētiam dei. Et ipse per totum Euangelium Ioan. aliud nō facit, q̄ ut sese filium dei ostendat, semper patrem deum prædicans, q̄d & in passione ei obiectum est, pro capitali crimine. Venit enim Christus ad instituēdam fidem, qua creditur in eum ipsum filium dei. Hæc autem fides est, Plenitudo omnium legum, Iustitia in seculum seculi, opus magnificētiæ dei, mortificatio carnis, resuscitatio spiritus, uictoria mūdi, uictoria carnis, uictoria inferni, Sicut ait: Et portæ inferi nō prævalebūt adversus eam. Breuiter hæc est oīa in oībus. Sicut Ioan. viij. Si nō crediderit is, quia ego sum, moriemini in peccato uestro. Rursum Ioan. vj. Qui credit in me nō morietur in æternum. Hinc Apostolorū Epistolæ plenæ sunt fidei doctrina, quia ipse est uita æterna. Sicut Ioan. iij. Qui credit in filium, habet uitā æternam, qui autem incredulus est filio, nō uidebit uitam, sed ira dei manet super ipm. Et xij. Ego ex me ipso nō sum locutus, sed qui misit me pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicam & quid loquar, & scio, quia mādatum eius, uita æterna est, quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi pater, sic loquor. Claret ergo, quod præceptum dei prædicarit, scilicet fidei, in seipsum filium dei, in salutem omnibus, qui credunt eum, qui credunt in nomine eius &c.

Fides omnia.

Sed dices, si hoc uolui tspiritus, cur nō planius uerba disposuit, in hīc modū: Annunciabo dei præceptum, q̄ ego sum filius eius, hodie genuit me? Respondeo: Spiritus sanctus ubiq; sui similis est, sic enim & in Euāgeliorū, quando de se suaq; diuinitate loquitur, omnino id obseruat, ut autoritatem patris semper adducat, & totum quod ipse est, in patrem referat. Ego, inquit, a me ipso non loquor, doctrina mea non est mea, & pater in me manens, ipse facit opera, & multa alia. Ita & hic, cum se præcepto patris diceret annunciaturum se esse filium dei, primū inducit patrem ad se dicētem, ut magis patrem in filio, de filio loquētem, quā ipm filiū de seipso audiamus. Vt sit sensus: Annūciabo dei præceptum, me esse filium dei, sed non hoc faciā mea autoritate, neq; fore me uidear, quin potius, Quid pater de me dixerit, uobis annūciabo, ut ipsum de me dicentem audiatis, qui mihi mandauit annunciare id quod ad me dixit, ut sic autoritate illius mihi de me credatis.

Filius patri omnia accepta refert.

Et nota, mutatio ista personarum iam patris, iam filij recitantis uerba patris de seipso, uenerabilis & sacra est, diuinitatis naturam & æqualitatem sanctius commendans, q̄; ut ego pro mea immundicia latius audeam uersare. Denique hic psalmus unus principalium psalmorum est totius Psalterij. Id sufficiat, q̄ etiam Pauli Apostoli autoritate hic uersus, de generatione diuinitatis loquitur, Hæbræis. j. dicentis: Cui enim angelorum dixit aliquando, Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Psalmus hic unus de principalibus.

Iam hoc unusquisq; per se obseruabit, q̄ uerba patris exprimūt unigenitum filium, Dixit, inquit, ad me, scilicet unū nō ad multos, filius meus es tu unicus, sine dubio tam singularibus notis insignem illū præ cæteris filium significās, de q̄ psal. lxxx. Quis similis erit deo ī filijs dei? q. d. Multi filij dei, sed inter eos unus, q̄ deus est, quis huic similis? Item, Ego genui te, solus, solum &c.

Deitas filij.

Et illud,

Et illud, q̃ uigilanter & digne S. Patres interpretati sunt, Hodie genui te: id est, in æternitate. Aeternitas est, quod genitus est, gignitur, gignet̃ sine fine, cui hoc est esse filiũ, quod nasci ex patre: nec nasci cœpit, nec desinet, sed semper nascit præsentissima natiuitate. Recte hodie genitus dicitur, id est, nascẽs semper: Nam hoc hodie, non habet hesternũ nec crastinũ, sed semper diurnũ sicut Ioan. viij. Antequã Abrahã fieret, ego sum. *Aeterna filij generatio.*

Vbi estis nunc miseri & ambitiosi homines, qui uices huius regis in Ecclesia uel ambitiose quæritis, uel infructuose tenetis, qui non annũciatis dei præceptum, non prædicatis Iesum Christum crucifixum filium dei, in salutem credentium, sed thesauros colligitis, delitijs affluitis, lasciuitis in omni pompa rerum? Hic filius dei constitutus homo rex, non quærit quæ sunt, sed annunciat dei præceptum: qui regnum suum non sibi, sed alijs in salutem accepit, in gloriam patris: At hoc unum officium uerbi, quod solum episcoporum est, solum præ cæteris omnibus omittitur. Deinde si sunt, qui illorum uice doceant, non præceptum domini, non Christum, sed suas fabulas, aut, si optime, leges & traditiones hominum docent. Proinde ne credas ibi Ecclesiam, montem sanctũ dei esse, ubi Christus Christũ non purissime docet. Pondus enim uerbi grande est, quod dicit: Annunciabo dei præceptum. dei inquit, non hominum præceptum, consilium, historias. Et ipse ego annunciabo: nã nisi Christus loquatur in nobis, præceptũ dei nunq̃ annunciabimus. Ego, inquit, ero in ore tuo, & dilata os tuum, & implebo illud. *In sacerdotes & Episcopos uerbi dei præuaricatores.*

Nihil ergo discordat nostra translatio in sensu cũ Hebræa, nisi q̃ distinctio uaria non nihil & sensui officere solet, quo tamen habito, distinctio non nocebit, quare contentiosus esse nolo.

Discernit itaq̃ hic uersus, genus doctrinæ, quod in nouo testamento docetur, ab eo quod in ueteri docebatur: olim lex, quæ irã operabatur, & peccatum augebat: nũc fides, quæ remissionẽ operatur, & iustitiã adimplet, docetur: ideo illic legifer homo Moses & seruus, hic legifer Christus deus, & dominus omniũ: ille faciebat seruos peccati, hic liberos iustitiæ. *Doctrinæ noui & uet. testamenti discrimen.*

Non q̃ etiã nunc non doceatur lex, cũ Christus dicat Matth. xiij, utraq̃ doceri a docto scriba in regno cœlorum, tam uetera q̃ noua, sed q̃ gratiæ prædicatio propria sit noui testamenti, & legis propria ueteris testamẽti, cũ enim nullus sit in hac uita, in quo impleta sit omnis plenitudp noui testamenti, nullus quoq̃ inuenietur, in quo non sit aliqua pars ueteris testamẽti reliqua. Transitus enim est & phase quoddã hæc uita, de lege ad gratiã, de peccato ad iustitiã, de Mose ad Christũ, consummatio autẽ futuræ resurrectionis est.

Postula a me, & dabo tibi gentes in hæreditatem, & possessionem tuam terminos terræ.

Et hoc ad præceptum pertinet, quod annunciandum sibi Christus, mandante patre, desumpsit. Dixit, inquit, dominus ad me, mandauitque mihi pater, ut postulem ab eo gentes in hæreditatem. Et hoc præceptum eius annunciabo, ut credatis & sciatis, me constitutum, non tantum regem super Zion montem sanctum eius, id est, super populum Israel, sed & hæredem ac dominum uniuersorum, ut qui hoc mandatum dei a me audierit & crediderit, per me ad patrem ueniat, & saluus fiat.

Iterum uides Christi regnũ non arrogantia sua præsumptũ, sed patris autoritate & mandato firmatũ. Sic enim ambitiosis non modo non oportuit exemplum aut patrocinium relinqui, sed uitiũ eorũ, etiã diuina autoritate compesci. Nec sic tamen satisfactum est monstro tam ualido: Christus dominus omnia, nihil citra dei mandatũ in Ecclesia gerit & facit: & uermiculi hominũ, temere & audent omnia, temeritate propria, in Ecclesia non sua.

Inuentiones hominũ in ecclesia.

Quid autem hoc sibi uult, ꝙ constituendo super montem Zion, non precipitur, ut postulet regnum montis Zion: super gentes autem promittitur hereditas, non nisi postulanti, immo postulare iusso?

Forte, ꝙ Israeli promissa fuit in Abraham benedictio & regnũ Christi, gentibus autem sine promissione donata est misericordia. Vt Ro. xv. Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circũcisionis, propter ueritatem dei, ad confirmandas promissiones patrum, gentes autẽ super misericordia honorare deum &c. Veritas Iudæis exhibita est, & promissio exoluta: Gentibus autem misericordia libera, impartita. Hinc misericordia & ueritas usitatissime copulatur in prophetis, quanquam & illud fuit gratuitæ misericordiæ, quod promittere dignatus est. Ideo Zion Christo non postulanti datur in regnum, Gentes autem postulanti in hæreditatem, tanquam donum Christi: ut quibus nihil promissum esset. Sic & Isa. ultimo: Annunciabũt gentibus gloriam meã, & adducent fratres uestros de cunctis gentibus, donum domino. Ita Israel regnũ, ita gentes donum, uelut dos filiæ Pharaonis, quam dedit ei Pharao, rex Aegypti. Denicꝙ ubi Christus rex super Zion constituitur, uerbis utitur præsentibus, & rem ipsam fieri ostendentibus. At ubi hæres denunciatur, primum postulare iubetur, & in futurũ ei promittitur. Quæ omnia impleta uidemus in dextris Apostolorum, quando discipuli non prædicabant uerbum nisi Iudæis, donec Paulus de cœlo uocatus mitteretur Apostolus in Gentes. Igitur Christus iam rex super Zion in terra constitutus postulat, sed in cœlis regnans, accipit gentes postulanti promissas.

Etiam hic non otiose dicit, A me, ut ostendat hoc regnum & hanc gentium hæreditatem, Christo, non ab hominibus, nec humano modo, sed diuinitus, hoc est, spiritualiter collata.

Hic unus est eorum locorum, contra quos temerarie pugnant, qui negant esse Christianos eos, qui non sunt sub Romano pontifice. Hi enim deum patrem mendacem facere conantur, ut qui terminos terræ Christo subiecerit, cui ipsi nec dũ Europam totam subijciunt: An non possunt esse Christiani, quia Turca aut Schyta, temporaliter illic dominatur? Quomodo ergo Romæ potuerunt esse sub Nerone & Domitiano? An non sunt illic Episcopi, qui non emunt pallia? Non sacerdotes, quia non pendunt annatas? Quid si eo uenerunt sunt Episcopi, quo magis opulentia, fastu & pompa uacui, uerbum dei docẽt, & regunt populum Christi? Certe apostolus Paulus Episcopos definit Act. xx. per attendere gregi, & regere Ecclesiam dei: Attendite, inquit, uobis & uniuerso gregi, in quo posuit uos spiritus sanctus Episcopos, regere Ecclesiam. cũ tamen ad presbyteros loqueretur: ut in textu colligit aperte beatus Hieronymus. Quod & uerbo, attendere, uicina significatione, monstrauit. Ar regere Ecclesiam, & attendere gregi, nonne fieri potest solo uerbi ministerio, & oratione, citra ullum, qui nunc est Episcoporum, tumultum? Igitur nos (ne coarctemus Christi hæreditatem) nec propter perfidiam Turcarum, nec propter aliorum errantiũ multitudinem: uerbũ huius psal. mendacij arguamus, alioquin quis

Christiani nõ sub Romano pontifice,

Episcopi definitio.

quis etiam inter nos scire poteſt, qui ſint Chriſtiani in ueritate? An non & nobiſcum abundant mali, & pauci ſunt boni? Maior eſt diuini uerbi autoritas, quam noſtra capacitas: quanto magis quam noſtra ſuſpitio, & in facie externi ritus occupata phantaſia.

Arbitratur B. Aug. tautologiam hic eſſe, idem uidelicet, per gentes in hæreditatem, & per terminos terræ in poſſeſſionem, ſignificari, quæ ſemper (ut diximus) firmitatis indicium eſt, qua magis iuuatur fides noſtra, eſſe ſcilicet Chriſtianos, etiam in aliis mundi partibus, ubi Apoſtoli alij prædicauerunt, quantumlibet dominetur illic iniquitas.

Reges eos in uirga ferrea, tanquam uas figuli confringes eos.

Iterum phantaſmata carnis amolienda ſunt, ne quiſq; regnū Chriſti, ferro & armis parari aut ſeruari ſibi fingat, cum ſcriptū ſit: Non in curribus & in equis, neq; in tibijs uiri beneplacitum erit ei. Et Apoſtolus. ij. Corinth. x. Arma noſtra non ſunt carnalia. Nam & Turcas, quos hodie non niſi ferro quærimus, uincere oportuit, augēdo Chriſtianorum numerū qui inter eos ſunt: Aut cur non & eos qui inter nos mali ſunt, ferro peſequimur, præſertim magnates populorum? Sed abſit. Regnum Chriſti in iuſticia, ueritate, pace, conſiſtit: his rebus partum eſt, eiſdem & tuebitur. Vnde & ſuperius, cum ſeſe regem conſtituiſſet: nullum, prorſus officiū commendauit, præterq; uerbi, dicēs: Prædicans præceptum domini: nō equitans caballos, nō uaſtans oppida, nō quærens theſauros terrarum: ſed hoc unum, prædicās ea quæ præcepit deus, id eſt, Chriſtum deū & hominē: quod Paulus Ro. j. Euāgeliū uocat, dicēs: Segregatus in Euangeliū dei, quod promiſerat ante de filio ſuo &c.

Regnū Chriſti iuſtitiæ & pacis.

Verbum dei carnalib. ferarum.

Vides autem & hunc uerſum, eſſe totum allegoricum, non ſine cauſa, ſiquidem ſignificat quandam allegoriam, quæ geritur re ipſa & uita. Cū enim uerbum Chriſti, ſit uerbum ſalutis & pacis, uerbum uitæ & gratiæ, atq; hæc, non in carne, ſed in ſpiritu operetur: neceſſe eſt, ut ſalutem, pacem, uitam, gratiam, carnis opprimat & expellat: quod cum facit, apparet carni ferro ipſo durius & inclementius. Aliud enim ſentitur, & aliud fit, quoties homo carnalis uerbo dei ſalubriter tangitur: nempe illud. j. Ro. ij. Dominus mortificat & uiuificat: deducit ad inferos & reducit, humiliat & exaltat. Hanc allegoricam operationem dei, pulchre Iſa. xxviij. depingit, d. Vt faciat opus ſuum, alienum opus eſt eius, ut operetur opus ſuum, peregrinum eſt opus eius ab eo. q. d. cum ſit deus uitæ & ſalutis, & hæc opera eius propria, tamen ut hæc operetur, occidit & perdit, quæ ſunt opera eius aliena, quo perueniat ad opus ſuum proprium: Occidit enim uoluntatem noſtram, ut ſtatuat in nobis ſuam: mortificat carnē & concupiſcentiam eius, ut uiuificet ſpiritum & concupiſcentias eius.

Hoc eſt quod ſupra ſine allegoria dixit: prædicans præceptum domini. Spiritus enim accipit uerbum dei, ut præceptum iucundiſſimum: tunc enim fit, ut mons Zion ſanctus in regnum, & gentes in hæreditatem, & termini terræ in poſſeſſionem cedant. At caro fert præceptum ſeu uerbū dei indigniſſime, nec agnoſcit ipſum, cum ſit ei penitus & omnibus modis contrarium: Ideo ut uirgam & ferrum, & confractionem ſui accipit. Et ſic completur allegoria, tam ſignificante hoc uerſu, q; exhibente re & opere.

Reges eos. Heb. תרועם. Throem, quod B. Hiero. tranſtulit, paſces eos. At Ioan. Reuchlin in rudimentis ſuis, huius uerbi multas oſtēdit ſignificatiōes,

Prudentißima expoſitio uerbi heb.

ſcilicet, paſcere, regere, abſumere, affligere, amicus, cogitatio, cõquaſſare, ſeu confringere & conterere. Et hæc ultima ſignificatio, quãtum ego infantio, omnium aptiſſima eſt huic loco. Primum, q̃ uirga ferrea, omnium ſenſu, magis idonea ſit ad conterendum & confringendum, q̃ ad paſcendum uel regendũ. Deinde ad regendum ſuffecerat dicere, uirga; ad paſcendum autem, nec̃ uirga, nec̃ ferrea, apte dicitur. Ferrea autem uirga quid fiet, niſi contritio & contractio? Iuxta illud Dan. ij. Quomodo ferrum comminuit, & domat omnia, ſic comminuet & cõteret omnia hæc. Ad hæc, q̃ hoc modo Tautologia pulchre concinit, quia ſequitur: Tanquã uas figuli confringes eos: ut idem hic conteres, quod reges ſeu paſces. Vtroq; uerbo ſignificatur humiliatio ſuperborum per uerbum dei, quod tunc confringit & conterit, quando terret & humiliat, ſic Rho. j. per Euangelium reuelari dicit, iram dei de cœlo futuram. Sic Act. ij. ad uerbum Petri conuerſi & compuncti dixerunt: Viri fratres quid faciemus? hoc eſt, quod alibi increpationes, commotiones orbis terræ, tremores terræ appellat ſcriptura. Omnium autem pulcherrime Micheas. iiij. Surge (inquit) filiatura filia Zion, quia cornu tuum ponam ferreum, & ungulas tuas ponam æreas; & comminues populos multos, & interficies domino rapinas eorũ (id eſt, eos ipſos diabolo uelut ſpolia ablatos) & fortitudinem eorum domino uniuerſæ terræ: Ecce quid ſit regere eos in uirga ferrea, nempe comminuere (ut hoc dixit) cornu ferreo populos multos.

Virga dei, Euangeliũ Chriſti.

Virga itaq; eſt ſacroſanctum Euangelium Chriſti, hoc enim eſt ſceptrũ regni eius: ut pſal. xliiij. Virga rectitudinis, uirga regni tui. Et pſal. cix. Virgã uirtutis tuæ emittet dominus ex Zion. Ita Iſa. xi. Percutiet terrã uirga oris ſui, & ſpiritu labiorũ ſuorũ interficiet impium. Quid eſt uirga oris Chriſti, niſi uerbũ dei, quo conterit terrã, hoc eſt, terrena ſapientes? Quid ſpiritus labiorũ, niſi idẽ uerbũ ſpiritus, quo interficit impiũ, ut uiuat pietati, mortuus impietati? Hæc eſt uirga, cuius faſtigiũ in manu Ioſeph, adorauit Iacob, Gene. xlix. Hæc uirga, cuius faſtigiũ oſculabatur beata Heſter, eiuſdem. v.

Dicitur uirga metaphoricos, ſeu potius allegoricos: Primũ, quia gracilis & facilis eſt, ut manu geſtari poſſit, quia iugum Chriſti ſuaue, & onus eius leue, Matth. xi. Moſi autem manus graues ſunt, Exo. xvij. Ita ut ſuppoſitis lapidibus ab Aaron & Hur ſuſtentarentur: hoc eſt, ut Act. xv. Petrus exponit, onera legis importabilia. Contra manus Chriſti imponuntur etiam paruulis, paſſim in Euangelio, & ægris, ut bene habeãt. Sed & Moſes duas grandes lapideas & graues tabulas habet, deinde leuitæ olim grãdes & multas tabulas tabernaculi portabant: de quibus Nu. iiij. Hæc ſunt, inquit, onera eorum: uere onera grauia & multa, ſi ſola conſiderentur: Verũ nulla, aut certe modica, ſi eccleſiaſticas leges & iura hodie tyranniſantia ſpectes: Nos enim nõ tabulas, ſed ſyluas & rupes integras hodie portamus, & manus pontificum tam graues, ut orbis uniuerſus non ſuſtentare poſſit: & hoc merito, quia uirgam Chriſti proiecimus: ideo contigit nobis illud Iſa. vij. Quia abiecit populus iſte aquas Siloe, quæ fluunt cum ſilentio, propter hoc adducet dominus ſuper eos aquas fluminis fortes & multas.

In onera pontificiæ legis.

Secundo, quia recta eſt: Euangelium enim & lex ſpiritus per rectitudinem & uiam compendij ducit ad uitã, ubi lex literæ, per longas figurarũ & operum ambages, ac uelut per tædioſiſſimum iter deſerti, uix perducit tamẽ uſq; ad cã peſtria Moab, nec ad terram promiſſionis peruenit, ſed cũ Moſe deficit.

Tertio, q̃ lex Chriſti nuda & reuelata eſt, ſicut uirga ſine theca portatur: lex Mo

lex Mosi in arca, & tabulæ uelatæ portabantur: q̄ omnis lex, omnis operatio citra Christi legem, umbra, & absconditæ iusticiæ signum sit, nō autē res ipsa: quæ per legem Christi reuelatur Ro. j. Iusticia dei reuelatur in Euangelio ex fide in fidem.

Ferrea autem dicitur, primum (ut dixi) propter carnem, cui lex Christi est dulcissima, etiā si spiritu sit suauissima: imponit enim crucē & mortem, omnibus desiderijs eius, paupertatē, humilitatē, patiētiam. Hec sunt tria cornua crucis, Paupertas enim cōcupiscentiam oculorū & auaritiā: Humilitas superbiā uitæ & ambitionem: Patientia, concupiscentiā carnis & uoluptatem conterit. Inde Isa. xxvij. uocat gladium durum & fortem: Visitabit dns in die illa, gladio suo duro & grandi & forti super leuiathan serpentem. *Christi lex, ferrea carni.*

Secūdo, quia inflexibilis & inuincibilis rectitudinis, seu (ut B. Aug. hic sentit) Inflexibilis iusticiæ, quantum libet enim multi fuerint conati, uerbū dei in suum sensum torquere & incuruare, permansit tamen inuictæ rectitudinis, mendaces conuincens eos, qui se torserunt. Non est enim arundinea, sicut baculus Aegypti, iiij. Reg. xviij. & Isa. xxxv. super quem qui innixus fuerit, manus eius ingredietur, & perforabit eam. Est autem arundo doctrina hominū, omni uento opinionum agitata. At uox ista clamantis in deserto, ut nō est uenta mollibus, ita nec arundo uacua & uento agitabilis, sed plena & solida, ac ferrea. Quod autem scripturæ aliqui tribuunt cæreum nasum, & uelut arundinem motabilem dicunt, factum est opera eorum, qui sancto uerbo dei in suas ineptas & instabiles opiniones & glossas abutuntur, facientes, ut uerbum dei dum omnibus conuenit, nulli conueniat. *Arundo doctrina hoīm.* *Cæreus nasus*

Tertio, sicut ferrum omnia comminuit & domat, ut Dani. ij. dicitur: Ita uerbum Christi, magna comminuit, id est, superbos humiliat: distorta componit, id est, indisciplinatos castigat: erecta incuruat, id est, elatos inclinat: Aspera cō planat, i. iracundos mitigat: Breuia prolongat, i. pusillanimes consolatur: longa abbreuiat, i. præsumentes exterret: crassa dilatat, i. tenaces reddit largos: lata coartat, i. prodigos facit frugales: obtusa exacuit, i. indoctos erudit: acuta hebetat, i. sapientes stultificat: rubiginē pellit, i. accidiam fugat: Summa, omnem formā uiciosam destruit, & in aliam deo placitā mutat: &, ut Apostolus. ij. Timo. iij. dicit: Omnis scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiēdum, & erudiendum in iusticia, ut perfectus sit homo dei, ad omne opus bonum instructus. *Verbū Christi multipharium proficit.*

Tanctꝫ uas figuli, similitudinem miscet allegoriæ, pro illustranda sententia, Apostolus. ij. Corin. iiij. Vas fictile, allogorisans, corpus, immo hominem in corpore significat: habemus (inquit) thesaurum hunc in uasis fictilibus, ut sublimitas uirtutis sit dei, & non ex nobis. Hæ sunt lagenæ illæ fictiles Gedeonis, quæ iuxta uocem tubarum concussæ & collisæ ardent & lucent, ac Madianitas cōfusos & persequūtur & fugāt: hoc est, Martyrū & sanctorū corpora, uarijs crucis passionibus cōfracta, charitatis & ueritatis exēplis mūdū erudierūt, & impios cum impietate sua effugauerūt. Et tropologice, dū caro seu carnalis homo uerbo crucis & uirga ferrea cōfringit, uitiorū & cōcupiscentiarū turba confusa, dispersit a facie uirtutū & gratiæ illustrantis hominem. *Vas fictile.*

Est autem similitudo hoc loco, non res ipsa obseruanda: non enim Christus suos confringit & discutit, membrum corporis a membro discerpens: sicut fictilia confracta in multas particulas disgregantur. Sed q̄ hæc corporalis dissipatio, similitudo sit spiritualis dissipationis, hoc est, q̄ membra corporis corpo

Vt se habeat nouus homo.

raliter non dissipata, dissipantur in suis malis desiderijs & actibus. Lingua ni loquitur quæ carni placent, auris non audit detractionem, oculus non videt turpia, manus non rapit aliena, nō tractat illicita: & in uniuersum, corpus peccati, quod membris antea utebatur pro suis concupiscentijs repente, deserto bo, dissipatis ac ab eo officio deturbatis, membris destitutum, quandā schola Babylonē repræsentat, dum (ut apostolus Ro. vi. ait) Mēbra quæ prius exhibita fuerunt seruire immundiciæ & iniquitati ad iniquitatem, nunc exhibeantur seruire iustitiæ in sanctificationem. Sic in Euangelio quoq; fortior ille armatus non modo aufert, sed & distribuit. Nā hebrea dictio תנפצם Thenaphezem, disperges, dissipabis, disijcies eos, significat, autore Reuchlin.

Igitur uas figuli, omnes Christiani sunt: Primū, q; sicut uas figuli facillime frangitur: ita mites homines incredulitatis duritia non obstinati, facile cedūt uerbo dei, non contradicunt neq; resistunt. Qui uero mētis sunt duræ (ut in uerb. xxviij. uocātur) corruent in malum, & sine dubio subuertētur sicut muri tes, & conterentur sicut rupes, ut. iij. Reg. xix. Helias uidit.

Secundo, q; uas fictile confractum, prorsus fit inutile ad usum priorem: ut illud Isa. xxx. impleri uideas, Non inuenietur de fragmentis eius testa in qua portetur igniculus de incendio, aut parum aquæ de fouea. Loquitur enim de lagena figuli ualida contritione comminuenda, fere ad uerbum cū uersu illo consentiens: Ita impius cōuersus, & in Christū mutatus, pristinæ uitæ redditus inutilis, dicens cū apostolo Gal. vj. Mūdus mihi crucifixus est, & ego mūdo.

Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram.

Interpres Etymologus, pro iudices terræ, dixit, qui iudicatis terram. Addens etymologia, Reges dixit, non, qui regitis: uerū hoc parū ad rem. Descripto regno Christi, sanctam & fidelem, eruditāq; subiungit exhortationem, ostentans ac contendens, ut subiectos Christo reddat oēs, maxime maiores,

Arduū, docere maiores.

Sed q; audax & (ut hodie solemus loqui) q; seditiosus & scandalosus propheta iste procacissimus, qui os in cœlum ponit: non infimates & plebeculā, sed summos uertices & reges ipsos audet inuadere, & eos docere, qui tum titulo & officio docendorum populorum inflati, tum usu & opinionis honore securi, impatientissimi sunt huius maximæ infamiæ, esse uidelicet eos indoctos & ineruditos, egereq; ut doceantur & erudiantur. facile nanque est, indoctam plebem, discipulatui assuetam, discipulam habere. At reges, iudices terræ, magistros, rectores, doctores, pontifices, plebi non modo æquare, & in discipulorum ordinem post tantum docendi & regendi usum cogere, uerumetiam tacita plebe eos discipulos requirere, quis quæso ferat? Quis non tremat hic cum Iohanne Baptista uerticem Christi tangere? At tangendus tamē est, & aqua Iordanis, descendentis uidelicet humilitatis, baptizādus, ut adimpleatur omnis iustitia, cum qui sublimis est, humiliat se sub infimo, & infimus paruet sublimitatis humilitatem.

Cōtra adulatores pontificum.

Verum benignus & optimus spiritus, sciens totam populi inferioris salutem in recta maiorum institutione sitam, tanto magis eos ipsos primum blande & paterne monet, ut sensui suo cedant, paratiq; sint doceri, quanto non simum ipsorum, sed omnium subditorum rem agūt: Quodq; ipsi errare non possint, nisi communi totius populi malo, iuxta illud: Cæcus cæcum ducit, & ambo in foueam cadunt. Nō solum autem hac ratione eos monet, sed quia scit eos (ut dixi

dixi)potestate & officio inflatos, semper in ore habere illud Ioan. viij. Tu do-
ces nos: & illud Hieremiæ. xviij. Non enim peribit lex a sacerdote, nec con-
silium a sapiente, nec sermo a propheta. Hac enim uesica & fiducia inflati, soli
ti fuerunt resistere ueris prophetis, nō aliter q̄ hodie resistitur ueritati, cuicūq̄ *Peruersitas nostrorū suarū, luporū & serpentum.*
ab adulatoribus pontificum, garrientibus, q̄ non præsumitur tantæ celsitudi-
nis apex errare: &, Ecclesia non potest errare: Papa non potest errare: Concili
um non potest errare &c. Illi tamen in ueteri testamento rigidius fuerūt astri-
cti obedientiæ pontificum, q̄ nos Christiani: Siquidem tunc sub pœna mortis
debebant audire sacerdotem leuiticū: At hodie quando oēs sumus sacerdotes,
& illud Isaiæ nūc impletur. liiij. Dabo filios tuos uniuersos doctos a domino.
Et Hiere. xxxj. Non docebit ultra uir proximum suum, & uir fratrem suum,
dicens: Cognosce dominum, omnes enim cognoscent me a minimo eorū us-
q̄ ad maximum, ait dominus. Et quum. j. Cor. xiij. Paulus manifeste præcipi
at, ut si cui sedenti facta fuerit reuelatio, prior debeat tacere. Ideo in nouo testa
mento sic sunt audiendi superiores quicunq̄, ut liberum relinquatur cuiq̄ in
fimo de superioris sententia iudicare, in his quæ sunt fidei, multo magis q̄ pro
phetis liberum fuit maioribus Israel resistere, non obstante dei præcepto. Nā
in synagoga, ubi sacerdotium in externis tātum cerimoniis agebatur, sine pe-
riculo erat, quicunq̄ error sacerdotum. At in Ecclesia ubi res spiritus & fidei
agitur, omnium prorsus interest obseruare, ne sacerdos erret. Cum deus sole-
at infimo reuelare, quod summo ne dignatur quidem ostendere, ut regnū su-
um sit firmum in humilitate, qua sola subsistit.

Obserua Emphasim aduerbij, nunc: Nunc, in q̄, post q̄ Christus constitu-
tus est rex omnium, in quo tempore duo sunt, quæ uos maxime remorabun-
tur, ne recta cognoscatis.

Primum, q̄ Christus ille a uobis crucifixus, mortuus, damnatus etiam auto
re deo maledictus secūdū legem Mosi, prædicatur dominus dominantium:
Difficillimum omnium erit, agnoscere eum regem, qui tam desperata & igno *Difficile iudæis credere in Christum.*
miniosa morte interijt: Sensus fortiter repugnat, ratio abhorret, usus negat, ex
emplum deest, plane stultitia hæc gētibus & Iudæis scandalum erit, nisi super
hæc omnia, mentem eleuaueritis.

Secundum, q̄ rex iste sic regnat, ut omnia quæ in lege sperastis contemnen
da, omnia quæ timuistis amanda, doceat, crucem mortemq̄ proponit. Bona
quæ uidentur, & mala, iuxa uilipendenda esse suadet, longe in alia uos bona,
eaq̄ quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt,
uos transpositurus. Moriendum est uobis, si sub hoc rege uiuere uultis: Crux
& odium totius mūdi ferenda: ignominia, paupertas, fames, sitis, breuiter ma
la omnium fluctuum mundi non fugienda. Hic est enim rex, qui & ipse stul-
tus factus est mundo & mortuus: deinde conterit suos uirga ferrea, & tāq̄ uas
figuli confringit eos. Quomodo hunc sustinebit, qui sensu nititur, qui rem ra
tione metitur, qui stat in ostio papilionis sui, qui faciem sui Mosi uidere ne-
quit? Ideo intellectu opus est & eruditione, quibus hæc transcendatis & ui-
sibilibus contemptis, in inuisibilia rapiamini: non sapiētes ea quæ super ter-
ram, sed quæ sursum sunt, ubi Christus est &c.

Proinde uerbū intelligite, in heb. sonat השכילו ascilu, q̄ absoluto statu si-
gnificat, intelligētes facite, sc̄z uosmetipsos (ut Hiero. exponit) uel alios, hoc ē
sic agite, hoc cōtendite, ut sitis intelligētes, & spūalia cœlestia sapiatis, q̄ nra
uernacula dicimus: **Seind weiß vñ verstendig.** Simili sentētia qua psal. xxxij

Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Est autē hæc intelligentia, non de qua Philosophi opinantur, sed fides ipsa, quæ in rebus prosperis & aduersis potens est ea uidere, quæ nō uidentur: Ideo nō exprimens quæ intelligant, absolute dicit, intelligite: id est, facite ut sitis intelligentes, orate ut sitis creduli. Non em̄ habēt nomen, neq; speciē, ea quæ fides intelligit.

Intellectus ex fide.

Nam præsentiū rerum prosperitas uel aduersitas penitus subuertit omnē hominem, qui fide non intelligit inuisibilia. Hic enim intellectus ex fide uenit iuxta illud: Nisi crediderit is non intelligetis. Et hic est ingressus ille caliginis, in qua absorbetur, quicquid sensus, ratio, mens, intellectusq; hominis cōprehendere potest. Coniūgit em̄ fides animā cū inuisibili, ineffabili, innominabili, æterno, incogitabili uerbo dei, simulq; separat ab oībus uisibilibus. Et hæc est crux & phasē dñi, in quo necessariū prædicat hunc intellectum.

Erudimini iudices terræ, Aug. tautologice dictū accipit. Est aūt & hoc uerbum, Erudimini, absoluti status, pro eo quod est, agite ut sitis eruditi, hoc est e rudibus animalibusq; sensuum & sensilium rerum affectibus & opinionibus eruti, ut non pueriliter de Christo, regnoq; eius sentiatis. Animalis enim homo non percipit ea quæ dei sunt, j Cor. ij. Mihi aūt eruditio uidetur significare auersionē cordis a rebus pereuntibus, sicut intellectus cōuersionē & comprehensionem rerū æternarū: illā Crux operat̄ in carnis mortificatione hanc fides in spiritus uiuificatione.

Terram significare figurate homines in terra, notius est q̄ ut indicari egeat, nisi q̄ Aug. libentius tropologisans, corpus significari putat.

Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore.

Mira sententia, & in oculis nostris absurda: Timor enim & odiū & ingemiscendum operatur, non famulatū: & tremor uehementer obstat exultationi. Deinde & alij psalmo cōtrariū dicit, ubi seruire domino in lætitia iubemur. Quidigitur? Mediatorē apostolū Paulū audiamus, qui, j. Corin. j. dicit. Q; mundus in sapientia dei nō cognouit per sapientiā deum, placuit deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes: q. d. in stultitia sapientes fieri oportet, in angustia & prosperitate, deum (sicut oportuit) benefactorem non agnouimus, nec laudauimus, placuit ut nunc in cruce & aduersitate eum agnoscamus & laudemus: Ita in securitate non seruiuimus deo cū lætitia, placet ut in timore seruiamus ei cū lætitia, & in tremore exultamus, & in summa, sicut oia dei mundus peruertit, Ita rursum deus omnia mūdi peruertit. Creatura tota data est ad erigendum illuminandūq; hominem: At ipse illa utitur ad excæcandū & incuruandum seipsum. Quare rursus deus utitur creatura tota ad excæcandū & incuruandum hominem. Hæc est crux Christi & prædicationis illa stultitia, qua saluos facit credentes. Nam sentientes, ratiocinātes, sapientes, intelligentes, in his omnibus offenduntur & perduntur.

Prædicationis stultitia.

Est itaq; sensus, quando Christus dominus in uirga ferrea regnat, & cōfringit ueterem hominem uerbo crucis, atq; id uoluntate & mandato patris, qui omnia ei subiecit, oportet ut ei subiectos uos agnoscatis, subiectos autem in more, quo patienter & humiliter feratis crucem eius, timentes ne quo animus manum & consilium eius sustinētes, reprobi efficiamini: sicut illi, psal. lxxvij. Filij Ephraim conuersi sunt in die belli. Hoc autem præstabitis, si uos nunq; indigna pati, sed multo maiora mereri agnoueritis. Superbi enim, qui sibi tantum

tantū bonis digni uidētur, securi sint, non uerētur cum Iob omnia opera sua: ideo in tempore tentationis non subsistūt, sed (sicut Matth. vij. de domo stulti uiri super harenam ædificata dicitur) magna ruina colliduntur, & peiores redduntur. Timor itaq; iste in tota uita, in omnibus operibus, est magna pars crucis, immo fere tota crux.

Quin insuper cum Apostolo Rhom. v. Gloriandum est in tribulationibus exultandum cum tremore. Ex quibus omnibus colligitur, duplicem esse dei seruitutem & exultationem. Est enim

Seruitus hypocritarum.

Seruitus in securitate, & exultatio in domino sine tremore, hæc sunt hypocritarū, qui securi sunt, sibi placent, nec inutiles serui sibi uidētur, merita multa habentes: de quibus psal. ix. Auferuntur iudicia tua, a facie eius. & (quod sequitur mox) illud psal. xiij. Non est timor dei ante oculos eorū. Hi iustitiam sine iudicio faciunt in omni tempore, nec permittunt Christum esse iudicē tremendum omnibus, in cuius conspectu non iustificatur omnis uiuens.

Exultatio iustorum.

Seruitus in timore, & exultatio cum tremore, iustorum est, qui iustitiam faciunt, & iudicium omni tempore, utrunq; semper temperantes: nec unq; sine iudicio, quo terrentur, ac desperant de se, suisq; operibus: nec sine iustitia, qua confidunt & exultant in misericordia dei: Horum totius uitæ officium est, seipsos in omnibus accusare: Deum in omnibus iustificare & laudare, ac sic implent illud Prouerb. xxviij. Beatus homo qui semper est pauidus. Simul illud pri. Thessa. ultimo: Semper in domino gaudete. Ita inter molam inferiorē & superiorem. Deut. xxiiij. Conteruntur & humiliantur, & exuta theca frumenti, fiunt farina purissima Christi.

Soli domino seruiendum.

Emphasin istam tuo relinquo studio, qua dicit: Seruite domino, non tibi, non uentri, non auro, non denicq; iustitiæ, potestati, sapientiæ tuæ, nec ulli prius rerum: Hæc enim species sunt idololatriæ. Ita exultate ei, non uobis, non ulli creaturæ, sed soli domino.

Hoc autem fit, quando in omnibus tibi *nihil* arrogaris boni, de quo confidas ac glorieris, sed soli deo tribuas omnia, & *ipsum* in omnibus laudaris, benedixeris, amaueris: Tibi uero omne malū attribueris, in quo timeas, tremas, diffidas. Sicut Iob pro utroq; tempore dixit: Dominus dedit, dominus abstulit: Sit nomen domini benedictum.

Hæc omnia cū sint difficilia uidebis, si utrunq; tempus obserues. In aduersitate enim arduum est, non deficere, non querulari, non impatientem fieri, & timore malorum, non facere aut omittere cōtra dei præceptū, ac sic timore dei superare timorē creaturæ, non cedere affectibus & obiectis, sed adhærere uerbo domini, usq; etiā ad mortē. Hic enim ꝓbatur, an dño seruiatur, an plus dei uoluntas timeatur, cū creaturæ cuiuscunq; uiolentia. Porro in prosperitate etiā magis periclitatur tremor dei, cū in aduersitate timor dei. Hic enim exultatur secure, & difficile est timere, nedū tremere, dū omnia cedunt ex sententia.

Idcirco, meo iudicio, tremorem cum exultatione, & timorem cum seruitute aptissime coniunxit: q; seruitus laborem aduersitatis importet: exultatio autē otium prosperitatis: atq; in hac adeo commendandus fuerit timor, ut etiā tremorem ibi necessarium assereret, q. d. plus timendum est, ubi timor nō est, & quo felicius omnia habent, eo solicitius timendum, atq; adeo tremendum, cū exultare ac effusius lætari contigerit.

Apphendite disciplinā, ne qñ irascatur dñs, & pereatis de uia iusta.

In heb.

In heb. Dominus & iusta non habentur, sed nihil officit. Fere ab oībus
translatio reprobatur: Apprehendite disciplinā. Nā heb. נשקו בר Nascu Bar
dicitur, quod Hiero. in Psalterio heb. transtulit, Adorate pure: quia Bar enim
purū & electum significat. Idem in Cōmentario lo sic dicit: In hebræo legitur
Nescu bar: quod interpretari potest, Adorate filiū, Bar enim & filium signifi-
cat. Vnde Simon Bar Iohanna, filius Iohannis in Euangelio: Et Bar Ptolemeus
us, filius Ptolomei: Barnabas, filius ꝓphetæ, & similia. Burgen & Lyra
Osculum. sic: Osculamini filiū, nusc̄ autem dicitur Bar disciplinam significare. Osculā-
ri autem interpretantur homagium prestare: ut sit sensus: Osculamini filiū, q̄
est, cum reuerentia & humilitate regem & dominum Christū suscipite. Ne-
tentemus utrunc̄ omnia concordare. Osculū primo signum est reuerentiæ &
adorationis, quo modo sacra & diuina osculamur & honoramus: aut humi-
ter ꝓstrati, pedes & uestigia osculamur, sicut Maria Magdalena Christi osculata
lata est: iuxta hoc Hiero. transtulit, Adorate pure.

Secundo, est signū recognitionis & fidei prestādæ, ut in homagio, ubi osculari solemus manū, agnoscentes hocipso dominū quē osculamur. Tertium
signū est perfectissimæ amicitiæ & charitatis, quo solemus oculos aut faciem
osculari, de quo Apostolus præcipit Ro. xvi. Salutate inuicē osculo sancto, q̄
osculo Christus suos discipulos legitur reuertentes excipere solitus. Verum
quando hoc modo osculantes soleant mutuo sese apprehendere & amplecti,
nostra translatio habet: Apprehendite disciplinam.

Cum autem absolute dicat: Osculamini filium, nō pedes, nec manum, nec
faciem commemorans: Iustum est ut pro tota latitudine osculi accipiamus, ut
Christū, osculo pedum adoremus, sicut filium dei uerū deū: osculo manus ex-
cipiamus, sicut legitimum dominum & sempiternum adiutorem ac saluato-
rem: osculo oculorum uel faciei, amplectamur sicut dulcissimum fratrem, amā-
cum & sponsum animæ nostræ. De ijs tribus osculis uide Bernhardū primo
Osculari filiū pio Canticorum: ut sit sensus: Osculamini filiū, hoc est, Christum deum colite
summa reuerentia: Christo domino subiecti estote summa humilitate: Chri-
sto sponso adhærete summa charitate: Ecce amor & timor, utriusc̄ modus &
Latria. medium, humilitas: Hæc perfectissima est latria.

Iam illud Bar, quod filium, purum, disciplinam, translatū est, sic concinno-
mus: q̄ fides Christi, est uere disciplina nostra: Ideo qui Christum credendo (id
filium osculatur) uere disciplinam apprehendit, portans crucifixum Christū
in seipso (ut ad Galatas scribitur) Non enim Christus secūdū carnē osculatur,
aut apprehenditur, sed in spiritu, id est, dū crux & passio eius, quibus disciplina-
namur (Heb. xij.) amanter suscipitur: Ideo nostra translatio ad uerbū nihil est
ad sensum aūt propriissima. Porro, pure adorare, illud tangit quod in Re-
xi. scribit, de adoratiōe impura Baal, d. Derelinquā mihi in Israel septē milia
utrorū, quorū genua non sunt incuruata ante Baal, & omne os quod nō adora-
rauerit eū, osculans manū. ubi (ut obiter dicā) osculans manū, non est in textu
sed idē uerbū Nasca, quod nunc osculari dictū est significare, ponitur, ubi dici-
tur, q̄ non adorauerit eum: qnod forte quispiam hebraista interpretatus, glos-
Iniquitas ma- sauit, osculans manum, ut modum adorationis exprimeret, ac deinde in textū
xima. relatum est ab imperito scriptore. At in hunc sensum tamen Iob. xxxi. loquī-
tur, d. Si osculatus sum manum meam, ore meo, quæ est iniquitas maxima, &
negatio contra deum altissimum: quo tropo scripturæ B. Greg. interpretatur
significari hoiem in suis operibus fidentē, ac de iustitia nō accepta in Christo,
sed ui

sed uiribus propriis obtenta gloriantem. Hic enim adorat & osculatur manū
suā, ore suo: quia se laudat in se, sibi placet in se, nō in domino laudatur ani/
ma eius, Ideo est iniquitas maxima, & negatio altissimi, ut quæ id quod dei est
sibi tribuat, seipsam in idolum Baal sibi statuens, secū adorans, se autorem faci/
ens bonorum suorum: Nam בעל Baal autorem seu dominum significat. Sic
Isa.ij. Opus manuum suarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorū. At hæc
est adoratio impurissima: quare Christum osculari, Christum agnoscere sal/
uatorem, & illius manum osculari, hoc uere & pure & purum adorare est, hoc *In timore ser*
filiū adorare ē. Si filius (inquit) uos liberauerit, uere liberi eritis. Concluda *uire Christo.*
mus itaq; Vult propheta, ut seruiāt Christo in timore: se peccatores agnoscāt,
& semper accusent, solum deum iustificent in Christo: Sed cum ei possint oc/
currere, & prætendere se legem seruasse, iustos esse, non peccasse, nec Christo
ad iustitiam opus sibi esse. Huic præsumptioni pessimæ occurrens dicit: No/
lite existimare uos esse iustos, exinanite hanc opinionem Idolatrā, ne uos deo
æquetis, nolite fidere in iustitijs uestris, immo filium osculamini, filium ample
ctimini, illius manus, illius iustitia, illius salus uos seruabit. Atq; hoc nisi feceri
tis, irascetur iustitiæ uestræ, & peribitis de uia, seu (ut ego somnio) peribitis cū
uia uestra. Nam hebraice satis obscure dicitur והאבדו uethobedu derech, id
est, & peribitis uia, quod per eclipsim pro, peribitis cū uia, dici mihi uidetur, iu
xta psal.j. Iter impiorum peribit. Veruntamen nullius sensui præiudico, ego
non uideo, quomodo de uia iusta pereant: qui in uia iusta nondum sunt. Ter
reri autem periculo suo possunt, qui in uia sua tanquam iusta sibi placentes,
Christum ueram uiam non agnoscunt.

Cū exarserit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo.

Hæc pars ad uersum præcedentem pertinet in hebræo, qui totus sic ordina/
tur: Adorate filium ne forte irascatur, & pereatis cum uia, quoniā exardescet
breui ira eius. Beati omnes qui confidunt in eo.

Est ergo sensus: Maturate & festinate Christū adorare, ne pereatis in ira ei⁹.
Ac ne uos ipsos fallat s, quasi adhuc longe sit: Scitote, quoniā cito & in breui
exardescit ira eius, subito dū non speratis ueniet: sicut Matth. xxiiij. Si dixerit
malus seruus ille in corde suo, morā facit dominus meus uenire, ueniet domi
nus serui illius in die qua non sperat, & hora qua ignorat. Sic Prouer.j. Cū ue
nerit repentina calamitas. Et.j. Thes.v. Ipsi diligenter scitis, quia dies domini
sicut fur in nocte, ita ueniet. Cū enim dixerint, pax & securitas, tunc repenti/
nus eis superueniet interitus. Terribilis est ergo ista cōminatio, quia si subito
apprehenderit ira dei, non erit qui eripiat. In fine pulcherrimo psalmum cō
cludit epiphonemate. Hæc est, inquit, summa summarū: Beati oēs qui confi/
dūt in eo, ideo enim passus est, ideo resurrexit, ideo cōstitutus est rex, ideo ac/
cepit oia in hæreditatē, ut saluare possit omnes, qui confidunt in eo.

Hæc autem confidentia iustificat sola, sine operibus legis: ut Apo. ad Ro. &
Galat. docet. Verum difficillima est tot resistentibus aduersitatibus, tot alli
cientibus prosperitatibus: Beati ergo qui non fuerint scandalisati in eo quod
opus est diuinæ gratiæ, nō aūt humanæ uirtutis. Sic enim spūs benignus nō in
æternū cōminatur, sed territos rursum consolatur sine fine: Si (inquit) timetis
iram eius, nolite desperare, confidite: Beati oēs qui confidūt in eo: Ideo enim
terret ira eius, ut ad fiduciā illius uos urgeat. Amen.

Psalmus

PSALMVS TERTIVS.

Psalmus Dauid cum fugeret a facie Absalom filij sui.

Cur hic psal. præponatur alijs, qui de historijs multo prioribus factis sunt, rum me mouet, neq; enim adhuc uidi satis idoneas ordinis rationes: nam ria psal. l. de uxore Uriæ, sine dubio ante historiam huius psalmi facta multorum aliorum historiæ priores ista fuerunt.

Omnium interpretationes afferre nō est cōsilium, & tamē in tanta quā eligam, ipse nondū certū habeo. Ad allegorias nō facilis sum, præ quando legitimum & propriū illū germanūq; sensum quæro, qui in one pugnet, & fidei eruditionem stabiliat. Ne autem historica intelligen in hoc psalmo sit, multa uidentur obstare. In primis, illud quod B. Aug. uit: Ego dormiui, & somnum cepi, quod resurgentis Christi uerbū esse Deinde, q̄ in fine super populum benedictio dei pronunciatur, quod ad uersalē Ecclesiā pertinere conuincitur. Hinc B. Aug. tripliciter eum interpre tatur: Primum de Christo capite: Secundo de Christo, id est, Christo & Eccle sia capite & corpore: Tertio tropologice, de quolibet priuato.

Saluus esto cuiq; suus sensus. Ego interim de Christo interpretabor, eodem, quo Aug. argumento, q̄ quintus uersus non uideatur apte de quoq; intelligi alio q̄ Christo. Primū, q̄ dormitio & somnus hoc loco omnino signi ficat mortē naturalē, non autem naturalem somnū, quod ex eo coniici potest, quia sequitur, Exurrexi: Si enim de somno corporis diceret, euigilaui diceret quanq; hoc non ita urget, hebræo uocabulo inspecto. Deinde quid noui reci taret, si se dormisse & iacuisse recitaret? Cur non etiam ambulasse, comedisse, bibisse, laborasse, eguisse, aut aliud simile corporis opus recenseret? Insuper ab surdum uidetur in tanta tribulatione iactare, non aliud q̄ corpois somnum, quæ potius eum coegisset maxime uigilare, periclitari ac laborare, præsertim cum ista duo uerba, dormiui & somnum cepi, quietam significent dormitionē in stratu suo iacentis, qualis non est, qua præ tristitia dormitur. Sed illud magis urget, q̄ ideo se exurrexisse gloriatur, q̄ dominus susceptor eius fuerit, qua dormientem susceperit, & in somno non reliquerit, quam gloriam, quomodo, noua religione, de aliquo somno corporis, ac non de omni quotidiano somno sonaret? præsertim quando susceptio dei simul indicat extremam derelictionem dormientis, quæ non contigit in corporali somno, ubi etiam hominibus custodibus seruari potest dormiens: omnino susceptio ista dei, non somnum, sed grandem laborem subindicat.

Vltimo, huic fauet & ipsum uocabulum חסיצותי hekitzothi, quod hic absoluto in statu positum, & transitiuū tertij, significat, feci exurgere seu euigilare, q. d. feci ut essem euigilans, suscitaui meipsum: quod certe de resurrectione Christi aptius, q̄ de somno corporis intelligitur, tum q̄ dormientes excitari soleant, tum q̄ non magna res est, nec tanta prædicatione digna, quempiam a se ipso euigilare, cum sit quotidiana. Hæc autem, quia per spiritum uelut nouata & singularis inducitur, aliud erit omnino.

Quæ si ita sunt, consequēs est, q̄ ubicunq; titulus psalmi historiā indicat, nō semper esse necessariū historiā in psalmo cantari, sed historiam intelligi occasionem fuisse, qua futura prophetæ, spū illustrante, monstrata intelligerent.

Esto igitur tituli sensus, Psalmus (id est, carmen) Dauid (ei reuelatum, seu per spi

per ſpiritum ad eum factum) cū fugeret &c. id eſt, occaſione talis hiſtoriæ. Ne/
q; enim tempore eiuſdē hiſtoriæ & fugæ ab eo conditū eſſe cōuenit, qñ erat an
xietate & triſti expectatione inquietiſſimus. Spirituſſanctus aūt lucidū & qui
etum organū requirit, nec in tentatione, ſed poſt tentationē homo demum ſa
pit, quæ cū eo geſta ſunt. Ideo ueriſimilius eſt longe poſt hiſtoriā compoſitum
eſſe, quando quieta meditatione, intellexit myſteria ſui euentus.

Notandū aūt, q; in omnibus ſuperſcriptionibus Dauid datiui caſus eſt, qui
in hac cauſa æquiualet accuſatiuo cū præpoſitione ad, quo tropo in cæteris pro
phetis dicitur, Verbum domini factum eſt ad hunc uel illum, aut in manu hu/
ius uel illius. Huius prophetæ propriū eſt, uerbum dei appellare, pſalmū, can/
ticum & eruditionem, & alijs titulis adornare, ut uidebimus: Deinde in dati/
uo caſu, ſibi tribuere eiuſdē uerbi reuelationē, ut ſingulariē prophetam, ſeu ſin/
gulares prophetias huius libri commendaret ſpiritusſanctus.

Neceſſarium erit hiſtoriam .ij. Reg. xv. pernoſſe, & ſacramenta eius intelli/
gere. Primus Abſalom, populū Iudaicū repræſentat, tam figura geſtorū q; no/
mine. Nomine quidem, quia Abſalom, pater pacis, interpretatur, quod felicis
erat ominis, ſi cætera non cogerēt de pace mala, quā mūdus dat, id eſt, de odio
Crucis Chriſti intelligere. Exhorruit enim populus iſte peculiariter crucē &
mala mundi, propterea q; bona mundi & pax huius uitæ eis in lege promiſſa
erant. Hinc eorū uox, pax pax, cū non eſſet pax, quia nec legem ſeruabāt, nec
poterant: ſed & Apoſtolus eos crucis inimicos appellat.

Abſalom.

Re autem geſta, quia abſalom .ij. Reg. xiiij ſcribitur fuiſſe formoſiſſimus in
omni Iſrael, nec ulla in eo macula a ueſtigio pedis uſq; ad uerticem, & cæſaries
inauditæ copiæ, ut ſingulis annis tonſa uenderetur ducentis ſiclis pondere pu
blico: ubi dicitur, mulieribus eam ad ornanda ſua capita fuiſſe uenditam. Hæc
eſt ſynagoga ſpecioſa præ omnibus populis terræ, gloria patrū, præeminentia,
cultus unius ueri dei, donū legis, ſcientiæ, prophetiæ, & multorum aliorū. Ro/
ma .ij. & .ix. Deinde cæſaries copioſiſſima, ſplendidum ordinem ſacerdotum
& leuitarum in uertice & ſummo loco ſynagogæ, diuitijs & delitijs abundanti
um & luxuriantium & ſuperbientium ſignificat: de quibus Iſa .iij. Decaluabit
dominus uerticem filiarum Zion, & erit pro criſpante crine caluitium, id eſt,
pro glorioſo ſacerdotio &c. Et pſal. lxvij. Verumtamen deus confringet capi/
ta inimicorum ſuorum: uerticem capilli perambulantium in delictis ſuis. Nā
& hoc quod Abſalom occidendus, capillis pendebat in quercu, inter cœlū &
terram, ſignificat ſacerdotes pendere in opinionibus ſuis carnalibus, nec cœle
ſtia nec terrena legis attingere & intelligere. Et detonſa ac mulieribus uen/
dita, ſignat ſacerdotes eiuſmodi de uertice ſynagogæ in ſpiritu ſeparatos, non
niſi cupiditatibus & uoluptatibus ſeſe tradidiſſe: Nec enim uoluptates quem/
piam ornant, ſed ipſis magnum accedit ornamentum & illectamentum, tan/
tis in illis optimatibus addictis ac uenditis.

Et ad rem. Abſalom affectator regni & hæreditatis contra patrem ſuum Da
uid, expulit eum de ciuitate, uſus conſilio Achitophel, qui poſtea ſtrangulauit
ſeipſum laqueo in domo ſua. Sic populus Iudaicus cōtra Chriſtum: Hic eſt, in/
quit, hæres, uenite occidamus eum. Item Ioan. xj. Si dimittimus eum ſic, oēs
credent in eum: uſus ad hoc cōſilio & auxilio Iudæ proditoris, qui ſimiliter, ut
Achitophel, cohortibus & miniſtris ſe armauit: Similiter in domū conſcientiæ
ſuæ deſcendēs, ac deſperans, laqueo ſe ſuſpendit. Achitophel enim, frater me/
us inſultus dicitur. Ad quod Dauid alluſit .j. Reg. xv. qñ dixit: Infatua obſecro

Præfiguratur Iudas.

Dauíd autem egreſſus nudis pedibus, & operto capite, ſignificat Chriſtum eductum ad Golgatha, qui & ad literam nudis pedibus, & capite coronea & ſanguine uelato inceſſit, ſed allegorice, Caput, diuinitas abſcondita in infirmitate: Et pedes nudi, id eſt humanitas ſola omno ſibi relicta: Rex eius ad urbem, occiſo Abſalom, Reſurrectio Chriſti eſt: in peccatis mortui tamen uicto populo ſynagogæ, tunc enim percuſſa maxilla eorum, & dentes eorum contriti, ut pſal. iſte dicit, ꝙ Chriſtum amplius uorare nõ poſſunt, iam nõ amplius moritur. Dicit itaq;

DOmine quid multiplicati ſunt, qui tribulant me: multi inſurgunt aduerſum me.

Fere idem ſcopus eſt huius pſalmi cũ præcedente, ſimiliſq; ſententiæ: & hic incipit a querela & uana aduerſariorũ Chriſti præſumptione, & finit in triumphante conſolatione, dicens: Quoniã tu percuſſiſti, & dñi eſt ſalus &c. Niſi ꝙ hic & rẽ breuius & affectũ patiẽtis plenius tractat. Tria enim ſunt, quæ uehementer quatiunt patientẽ: Solitudo, impotentia, deſperatio, quas augent confortantq; tria aduerſariorũ: Multitudo, potẽtia, fiducia. Ad ſolitudinem & multitudinem perſecutorum pertinet, quod dicit: Domine quid multiplicati ſunt, qui tribulant me: Alioquin, niſi ſolitarius & derelictus eſſet, quo modo pateretur? quomodo tentaretẽ? quomodo tangeretur? fultus uel æquali uel maiore multitudine pro ſe certantiũ: Sicut diabolus ſenſit Iob, i. Numquid fruſtra Iob timet deum? Nonne tu uallaſti eum ac domum eius, uniuerſamq; ſubſtantiam eius per circuitum?

Ad impotentiam ſuam, & hoſtiũ potẽtiam pertinet, quod dicit: Multi inſurgunt aduerſum me, necq; enim patereꝛ etiam ſolitarius, niſi infirmior a robuſtioribus opprimereꝛ: ſicut Samſon ſolus a Philiſteis nihil pati potuit, quos tamen percuſſit. Quare generali canone obſeruandũ eſt, patientiã nullã eſſe eius, qui habet unde reddat & uindicet, aut unde reſiſtat ne opprimi poſſit, uerumq; enim patiẽtis eſt, necq; ulciſci, necq; reſiſtere poſſe.

Grauius autem eſt, inſurgere, ꝙ ſimpliciter tribulare: ſicut grauius eſt eſſe impotentẽ ꝙ ſolitariũ, & grauius hoſtem eſſe robuſtũ ac inuictum ꝙ multũ, ideo dicit illi ſtant, erigunt, firmant, roborant, prævalent, confortati ſunt ſuper me: Ego autem nuto, cado, infirmor, proſternor penitus. Hanc enim illorum inualeſcentiam, & ſuã deiectionem, uerbo, ſurgunt, ſignificat, quomodo & ſupra pſal. ij. Aſtiterunt reges terre, eandem potentiã expreſſit. Verum ultra hæc duo fortiſſime & extreme urget hoc quod ſequitur.

Multi dicunt animæ meæ, non eſt ſalus ipſi in deo eius. Sela

Hoc certe Chriſtus in cruce audiuit: confidit in deo, liberet eum nũc ſi uult ſicut & pſal. xxj. prædictum eſt: Omnes uidentes me, deriſerũt me: locuti ſunt labijs, & mouerunt caput: ſperauit in domino, eripiat eum, ſaluum faciat eum, quoniam uult eum. Hæc enim fiducia, illuſio, irriſio: inſultatio, Epinicion & encomium aduerſariorum, tanq; de triumphato & deſperato penitus inimico, extremũ eſt & amariſſimum tribulationis, ſi quidẽ cecidiſſe & occubuiſſe multis & robuſtis hoſtibus, tum primũ atrociſſimum eſt, quando ſpes reſurgendi, etiam in

etiam in ipso deo denegatur, sicut & psal. xl. Verbum iniquum constituerunt aduersum me, nunquid qui dormit, adijciet ut resurgat? In hac autem desperatione fuisse Christum nouimus non q̄ ipse desperarit, sed quod ab omnibus etiam discipulis desperaretur, hoc est, sine spe resurgendi haberetur tanq̄ mortuus a corde eorum, ut psal. xxv. dicit: Hic quæritur consolator, & non inuenitur, quin pro consolatione, desperatio, cum amarissima irrisione ingeritur, quod diabolicum est.

In hebræo absolute habetur, in deo, sine pronomine, eius, quod ad epitasin facere mihi uidetur: ac si dicas, non modo derelictum & oppressum dicunt ab omnibus creaturis, sed & deum, qui omnibus adest, omnia seruat, omnia curat, me unum præ rebus uniuersis, non seruare. Qualem tentationem & Iob vij. gustasse uidetur, ubi dicit: Quare me posuisti, sic contrarium tibi. Nihil est enim tentatio quæcunq̄, uel uniuersi mundi, & totius simul inferni in unum conflata, ad eam, qua deus contrarius homini ponitur, quam tremens deprecatur Hiere. xvij. Non sis mihi tu formidini, spes mea in die afflictionis: de qua infra psal. vj. Domine ne in furore tuo arguas me. & sæpius per totum Psalterium uidebimus. Hæc est insustentabilis prorsus, & ipse proprie infernus, ut eodem. vj. psal. dicetur: Quoniam nō est in morte &c. denicq̄ nisi expertus sis, ne cogitare quidem illam possis. *Tentationum longe maxia.*

Nota modestiam immo singularem quendam affectum eius, qui in hac parte tentatur. Interrogatiue dicit: Quid multiplicati sunt? quo uelut innocentem se studet probare, & indigna sibi fieri indicat. Attamen non audet eos accusare, & nomine iniustorum aut peccatorum appellare, sed ambiguo uocabulo utens, dicit: Quare tam multi sunt tribulatores mei? At infra post uictoriam, constanter, & cum fiducia peccatores & iniustos pronunciat, dicens: Aduersantes mihi sine causa (ut noster textus habet) & dentes peccatorum contriuisti. Nam dum intra tentationem torquetur, se unum esse sibi uidetur, cur soli deus sit contrarius, & irremissibiliter iratus, solus ipse tunc peccator est, omnes alij iusti, & deo autore contra se cooperantes, nihil reliquum est, præter gemitum hunc inenarrabilem, quo insensibiliter spiritus adiutus dicit & quærit: Quid me tot tribulant unum? sed & ipse Dauid in hac historia eodem affectu laborans, dixit, ij. Regum. v. Si dixerit mihi, non places, præsto sum, faciat quod bonum est coram se. O magnam sui abnegationem, deum contrarium sibi etiam eligens &c.

In fine huius uersus ponitur dictio hebraica סלה Sela, quā quia sæpius habebimus, hoc loco semel absoluemus. Nec hodie satis cognitum est, quid faciat ipsa, aut quid significet. Septuaginta interpretes, pro ea transtulerunt græce διαψαλμα q̄d beatus Aug. interpretat pausam, interruptionē & discontinuationem psalmodiæ. Sicut ecōtra σύμψαλμα uocat compositionem seu continuationem psalmodiæ. Dicit etiam, q̄ ubicunq̄ diapsalma ponitur, seu Sela, notari aut rerum aut personarū mutationem. Hunc sequitur Cassiodorus. SELA.

Beatus Hier. ad Marcellam uarijs ex Origene adductis, putat uerius ipsam significare cōnexionem superiorū & inferiorum in Cāticis, aut certe sempiterna esse, quæ dicta sunt: Vnde & Aquila diligentissimus explicator hebraicorū nominum transtulit, semper, uel in sempiternum.

Burgensis psal. lxxxiij. dicit ipsum nihil significare prorsus, sed esse tantum uelut supplemētum melodiæ, & nihil habere præter melodiam cui iungatur, negatq̄ q̄d sempiternitatē significet: unde nō nisi in psalmis, quia cāticа sunt,

& ad melodiam dictata, & uno cantico Abacuk reperitur, nec nisi semel in dem cantico Abacuk, ibi: Et sanctus de monte Pharan. Sela.

Hunc quasi sequitur recentior Stapulensis, qui putat esse Sela hebraei le aliquod ei, quod nobis in Ecclesiasticis antiphonis est, signatura tonum finalium sub uocalibus Euouae, id est, seculorum amen, quae non cantantur dem cum antiphona, & si melodiae eius iungitur.

Ioannes Reuchlin in rudimentis suis hebraicis, duas opiniones recitat teram Ionathe Chaldaei, quem traduxisse scribit, Sela, id est, in uirtute sem rum, cum Rabi Eleazar addiderit, ꝙ cuicunque loco sacrae scripturae addi Sela, ei nullus finis erit, neque in hoc seculo neque in secula seculorum. Ad ram Abraham Ben Esdrae, qui Sela putet significare, id quod uere, & hoc ip cere hebraeis, quod etiam secum eos nihil habere putetur, nisi ꝙ iungitur monia, ut Burgen. dixit.

Tanta itaque diuersitas facit, ut ego me fatear nescire, quis eorum ius us dicat.

Ea sane quae me contra omnia ista dicta mouent, sunt haec: Primum, q empla ex psalmis & Abacuk non quadrat. Nam quod hoc loco ponitur Sela & si fauet sententiae B. Aug. contra B. Hierony. quia res mutatur, non autem persona, nec connectuntur praecedentia & sequetia per ipsum, tamen hoc co tra utrunq; urget, ꝙ aliquando in fine psalmorum ponitur, quandoq; in eiusd dem personae uerbis, & eandem exhortationem continuatis, ut uideri potest hoc psal. iij. & .iiij. Nam in fine. iij. psal. dicit: Super populum tuum, benedi ctio tua. Sela. Et. iiij. In cubilibus uestris compungimini. Sela. Sacrificate sacri ficium iustitiae. Hic est continua eiusdem personae, ad easdem personas exhor tatio, & tamen Sela interponitur, quod cōtra B. Aug. est. Quod autem in fine ponitur contra beatum Hieronymum est.

Quod si utriusque sententia quoquo modo defenditur, seu connectendo, seu distinguendo sententias aut personas. Ad hoc tamen nihil est quod possit dici: Cur non aeque ponatur in psalmo ubicunque uel distinguitur, uel con nectuntur sententiae aut personae, & quidem apertius nō raro, q̄ ubi ponitur, ut obseruanti facile occurrit.

Quod autem non significet sempiternitatem (ut recte Burgen. senoit, satis conuincit, uel hic, quem in manu habemus uersus, qui dicit: Non est salus ipsi in deo eius. Sela. Quis ita insaniat, oro, ut Christo uel iusto, sempiternam allo rat tribulationem, sine salute dei? quum psal. vij. dicat eam fuisse paulam & breuem, ut uidebimus. Et psal. lxxxij. facti sunt in adiutorium filijs Lot. Sela. Nunquid Assur in sempiternum ueniet filijs Lot adiutor. Denique tum Sela, paucissimis uersibus conueniet, ut psalmo. iiij. In cubilibus uestris compun gimini. Sela. Et quaeritis mendacium. Sela. Inaeternum compungetur, & men dacium quaerent filij hominum.

Reliqua est ergo sentētia Burgen. quā nec probo nec improbo, licet & con tra eum possit dici, cur talis cauda harmonica his & nō alijs locis ponat.

Septuaginta interpretum uirtus.

Ego interim cum. lxx. interpretibus remanebo, qui & in alijs multis locis, nescio quid diuinioris habuere sensus (etiā si a proprietate uerborum frequen ter dissideant) ut illud psal. ij. Apprehendite disciplinam, ꝙ̄ expositā explicate dixerunt, quod hebraeus osculamini filium, obscurius dixit: Nam hoc ue re est Iesum Christum amplecti, disciplinam & crucem amplecti, & (ut Pau lus solet dicere) passionibus Christi communicare. Alioquin erunt, qui

Christum amplecti.

Christum

Christum fateantur se nosse, factis autem negent. Non enim qui loquitur, sed qui uiuit IESVM Christum crucifixum, saluus erit. At uiuere Christum, hoc est, crucifigi, ut Galath. ij. dicit: Christo crucifixus sum, uiuo iam non ego, uiuit uero in me Christus.

Ita & hic suo diapsalmate, quid ad gramaticam significationem uoluerint, nescio: Diuinabo de mysterijs.

Videtur enim, suo more mysterium indicasse, qñ ausi sunt interpretari diuisionem, pausam & morā, quā Sela hebræis nō significat, nec sunt leuiter moti, q certum sit, nec iota, nec apicem frustra in sacris literis scribi.

Ita pausam hanc, mea temeritate suspicor significare insignem aliquem affectum, quo psallens pro tempore, mouētē spiritu, afficitur. Qui, quoniam non est in nostra potestate, nō in omni psalmo, nec omni uersu a nobis haberi potest, sed prout spiritus sanctus dat moueri. Ideo Sela in psalmis, tam confuse, & citra ullam rationem ponitur, ut in hoc ipso indicet, secretam & nobis incognitam, nec quideri possibilem motionem spiritus: Quæ, ubi uenerit, omissis uerbis psalmi, quietem & pausantē poscit animam, quæ capax fiat, uel illumi tionis uel affectionis, quæ offertur. Ita hoc uersu, cum agat de insigni illa tentatione spiritus, qua deus iratus sustinet, nedum creatura, motus est propheta ad eam profundo affectu sentiendam & agnoscendam. *Nota.*

Hæc mea, citra cuius cq iudicij præiudicium, & satis de Sela.

Tu autem domine susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum.

Tribus tria opponit, susceptorem, multis tribulantibus, gloriam, multis insurgentibus, exaltatorem capitis, blasphemantibus & insultantibus. Itaque solitarius quidem est coram hominibus, & iuxta sensum, sed copiosissimo præsidio tutus, minimeq solitarius coram deo & in spiritu: Sicut Ioan. xvj. Ecce uenit, ut me solum relinquatis, & nō sum solus, quia pater mecum est. Ita impotens & oppressus est scd'm faciem, & in oculis hominum: Sed coram deo & in spiritu robustissimus, & adeo in uirtute dei cum fiducia glorians, cum Apostolo, ij. Corinth. xj. Cum infirmor, tunc fortior sum, & libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Christi: & de tota Ecclesia psal. lxvij. dicit: Et infirmata est, tu uero perfecisti eam. Ita scd'm hominem & uisionem insipientium, desperatus est, nec in deo salus ei reliqua, sed in abscondito huius tempestatis exauditus & exaltatus, iuxta illud psal. lxxx. In tribulatione inuocasti me, & liberaui te, & exaudiui te in abscondito tempestatis. Vere in abscondito tempestatis, quia tempestas ista tribulationis, sic abscondit exauditionem & salutem, ut nihil minus cq salus appareat, & deus nō exaudiens, sed indignās duntaxat sentiatur. Hæc, qui intellexerit aut expertus fuerit, simul intelliget, cq stulte & temerarie a multis doceatur, posse hominem naturaliter deum super omnia diligere, cum nullus sit homo relictus naturæ suæ, qui non exhorrescat mortem, mortisq pœnas, nedum infernum, & iram dei intentam ferat, & tamen nisi hæc uincantur amore dei, non potest diligi deus super omnia. *Deum super oīa diligi.*

Proinde, uerba huius uersus, uerba sunt non naturæ, sed gratiæ, non arbitrij liberi, sed spiritus robustissimæ fidei, quæ per caliginem tempestatis mortis & inferni, uidens deum etiam derelictorem agnoscit susceptorem, deum *Quod est extra captū tuū, caue iudices.*

perſecutorem, agnoſcit auxiliatorem, & deum damnatorem, agnoſcit ſalua-
rem. Non enim quæ uidẽtur & ſentiũtur æſtimat, ſicut equus & mulus, qui
non eſt intellectus, ſed ea quæ non uidẽtur, intelligit. Spes enim quæ uidetur
non eſt ſpes, quod enim quis uidet, quid ſperat? Ro. viij.

Eiuſdem ſententiæ eſt, quod pſal. liij. ſcribitur: Quoniam alieni (ecce mali
& alij, puta impij & aduerſarij) inſurrexerunt aduerſum me (unicum ſolita-
& ſolitarium) & fortes quæſierunt animam meam (ecce fortes & uni inſur-
prævalentes) & non propoſuerunt deum in cõſpectu ſuo. Quaſi diceret, non
credunt deum eſſe mecum, ſed deſperatum, atque adeo ipſimet deo me inu-
ſum arbitrantur. Item pſalmo. lxxxiij. Deus iniqui inſurrexerunt aduerſum
me, & fortes quæſierunt animam meam, & non propoſuerunt te in conſpe-
ctu ſuo, id eſt, ſum derelictus & ſolus, illi multiplicati tribulant me, ipſe in-
potens & oppreſſus, illi inſurgunt & ſtant potentes ſuper me. Sum deſpera-
tus nec ſalus mihi in deo eſſe dicitur, illi fidentes gloriantur de uictoria ſuper

Vita iuſti uiri cruce Chriſti cõſummatur.

me. Ita uidemus, oportere uitam iuſti uiri, exemplo Chriſti, his tribus partibus
crucis conſummari, ut ſit ſolus, impotens & deſperatus, quatenus ita dignus
fiat, deo ſuſceptore, glorificatore, exaltatore. Sic Ioſue cum filijs Iſrael ceſſi-
dit, & fugam ſimulat in bello contra Haiatas, qua tamen arte eos funditus de-
leuit. Ioſue. viij. Sic & filij Beniamin cæſi ſunt, a filijs Iſrael. Iudic. xx. cum fu-
gam ſimularent, & mox, facie uerſa, illos cæderent pene ad interniciem. Crux
enim & paſſio inſidioſiſſimæ & mundo pernicioſiſſimæ fugæ ſunt. Quibus
nulla feliciore uirtute, diabolus, mundus, caro ſuperatur, & mirabili dei con-
ſilio, dum uincunt, uincuntur.

Clarum autem eſt, gloriam hoc loco accipi pro gloriatione, ſeu pro re ipſa,
in qua gloriatur, iuxta tropum ſcripturæ, quo dicitur: Spes mea in die afflictio-
nis. Hieremiæ. xvij. & pſal. xxj. Spes mea ab uberibus matris meæ. & lxij.
Dixi, quoniam tu es ſpes mea, hoc eſt, tu es in quo & de quo ſpero: Sic deus
meus miſericordia mea, ſic dominus illuminatio mea, & ſalus mea &c. Ita hic:
Gloria mea tu, in quo glorior, ut ſit ſenſus: Illi confidunt in gloria ſua, & in

Vbi & quomodo gloriãdũ.

multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur. pſal. xlviij. Virtus eorum eſt glo-
ria eorum, ego uero nõ in uirtute mea glorior, quam non habeo, nec in impo-
tentia cõfundor, quam patior, ſed glorior in tua uirtute: Tua potentia eſt glo-
ria mea. ſicut pſal. lxxxviij. Quoniam gloria uirtutis eorum tu es. Et Hiere. ix.
Qui gloriatur, glorietur noſſe me, non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, nec
fortis in fortitudine ſua, nec diues in diuitijs ſuis. Ita Corinth. x. Qui gloriatur,
in domino glorietur.

Quod ſi cui rigidior grammatica placet, ס כבוד Cabod hoc loco proprie
δοξαν græce ſignificet, quod latine dici ſolet, gloria, ideoq; aliud eſſe ס gloria-
tionem, quæ græcis καυχημα dici putatur, & hebræis מאר pheer, ſeu תמארת
tiphæareth, nec ſic abſurde intelligitur, deum eſſe gloriam iuſti uiri, quo mo-
do. j. Cor. vij. uirum uocat gloriam dei, & mulierem gloriam uiri: Quia deus
glorificatur, honoratur, laudatur, celebratur in ſanctis ſuis, quos liberauit.
Rurſus, & ipſi glorificantur, quos tanto beneficio deus dignatus eſt, dum con-
fitentur de ſe, nõ ſuis, ſed dei uiribus ſeſe fuiſſe adiutos. Verum apud me diffe-
rentia modica eſt, in his duobus nominibus, præſertim hoc loco, niſi ס gloria
extra perſonam paſſi, aliorum de ipo ſignificat opinionem bonam, & nomen
celebre. Gloriatio uero ipſius perſonæ, ꝓprium affectum, & fiduciam in deo.
Sequatur quiſq; quod uoluerit, in ſpiritu enim & coram deo, nec gloria ſine

glorifica-

glorificatione, nec gloriatio sine gloria haberi potest, ut enim gloriéris & feli-
citer superbias in deo, oportet opinionem tui apud deum esse bonam, atq; id,
uel sentire uel firmiter credere. Et ita deus gloria tua uel cogmita uel credita, fa
cit te gaudere, & in deo gloriari. Quis enim nō glorietur, exultet & omnibus
contemptis inæstimabiliter superbiat, qui sciat uel credat opinionem sui esse
apud deum bonā, hoc est, deum de ipso bene sentire, sibi in ipso placere, uelle
adiuuare, pro eo pugnare, eum omnibus commendare.

Rursum non satis est opinionem tui esse apud deum bonam, & ibi te esse
amatum, laudatum, gratum (hoc est, in gloria esse) nisi idip̄m scias uel credas.
Scito autem, credito isto, gloriatio & gaudiorum conscientiæ, deesse nullo mo *Gloria & glo*
do potest. Ita fit, ut necesse sit simul & deum glorificari, & iustum gloriari. ut *riatio.*
psal. ciiij. Vt gloriemur in laude tua, & simul sit deus, gloria iusti, & gloriatio.
Gloria in deo, gloriatio in conscientia. Est enim gloria opinio de alio bona.
Gloriatio autem ipsa superbia & fiducia de gloria sua. Vides ergo quātæ fidei
& fortitudinis sint hæc uerba: Etsi, inquit, multi insurgant aduersum me,
mala mihi cogitent, pessime de me opinentur, Scio tamen q̄ non confundar.
Gloria mea dominus, quem de me optime cogitantem constanter confido:
& in hac diuina mei opinione glorior.

Exaltans caput meum. Hoc caput quanq̄ scio ab alijs, tum pro ipso Christo,
tum pro mente ipsa Christi accipi, tamen figurata & tropologica uidetur hæc
esse acceptio. Ideo mea temeritate, puto simplicius accipiendum ad tropum
usitatum scripturæ, pro glorificatione, ut sit totius orationis sensus planus. *Tropi locu-*
Exaltans caput meum, id est, eleuauit me, & in sublimi constituit, iuxta illud *tionis i sacris*
iij. Regum ultimo: Subleuauit Euilmerodach rex Babylonis caput Ioachim *literis.*
regis Iuda, de carcere, & locutus est ei benigne, & posuit thronum eius super
thronum regum, qui erant cum eo in Babylone. Hic claret, q̄ subleuare ca-
put sit ipsum hominem totum exaltare, & In gloriam ac regnum collocare. Ita
Christus, qui per Ioachim regem Iuda figuratus est, cum esset mortuus, & ad
inferos descēdisset, ac iam desperato diceretur: Non est salus ipsi in deo, mox
dextera dei exaltatus est de inferiori lacu super omnes cœlos, super omnem
potestatem constitutus rex regum & dominus dominantium. Eodem more
& psal. cix. dicitur: De Torrente in uia bibet, propterea exaltabit caput, id est,
eleuabitur super omnes. Atq; ut exaltate caput, usu scripturæ, regnum & po-
testatem significat, ita non dissimili tropo, leuare manum, significat præuale-
re & potentem esse in opere, ut Isaiæ. xlix. Ecce leuabo ad gentes manum me-
am, & ad populos exaltabo signum meum, & afferent filios tuos &c. Ita psal.
lxxiij. Leua manus tuas in superbias eorum. Sic leuare pedes, significat uelo-
cem esse in uia, ut Geñ. xxix. Vbi nos habemus, profectus ergo Iacob, he-
bræus dicit: Et leuauit pedes suos Iacob, sed & Germanica uernacula eodem
tropo solemus euntes exhortari, ut uelociter eant, dicendo: heb die fieß vff,
leua pedes tuos. Hæc latius dixi, quia magna pars intelligentiæ sita est, in tro-
pis locutionis, præsertim in sacris literis, quæ suos habent idiotismos, quorum
ignorantia grādes nebulas suscitat, quandoq; in claro die. Igitur leuari caput,
est exaltari in regem & glorificari.

Semper inculco & in memoriam reduco, hæc esse uerba fidei, spei, & chari-
tatis, quibus nos in Christo erudimur, ne deficiamus in quacunq; angustia,
ad nostram enim (ut Apostolus Ro. xv. ait) doctrinam & consolationem scri-
pta sunt, ut per patientiam, spem habeamus. Arduum est enim & diuinæ gra-

tiæ uirtus, deum credere exaltatorem capitis & coronatorem in media mor
& inferis. Hic enim abscondita est exaltatio, & patet non nisi desperatis, i
nulla salus in deo. Itaq; contra spem, in spem hic docemur credere, quæ cr
sapientia, nimis hodie est abscondita in mysterio profundo. Neque enim
Via ad cœlũ. cœlum alia uia est, q̃ ista crux Christi. Proinde cauendum, ne uita actiua cu
suis operibus, & uita contemplatiua cum suis speculationibus, nos sedu
blandissima est utraque & tranquilla, ideo & periculosa, donec cruce temp
retur, & aduersitatibus perturbetur. Crux autem res omnium tutissima, bo
tus, qui intelligit.

Voce mea ad dominum clamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo. Sela.

Hebræus in futuro dicit, ut & sanctus Hiero. trãsfert: Clamabo, & exaudiet placetq; mihi magis q̃ præteritum. Est enim uox iam triumphantis, laudantis glorificantis deum, ac gratias agentis ei, qui se suscepit, seruauit, & exaltauit, sicut sperauerat in uersu præcedente. Nam iste est mos triumphantium & lætantium, ut recitẽt ea quæ gesserunt, quæ passi sunt, & Epinicion cantent suo adiutori. Sicut psal. lxv. Venite & audite, & narrabo omnes qui timetis deum, quanta fecit animæ meæ. Ad ipsum ore meo clamaui, & exaltaui sub lingua mea. Et psal. lxxx. Exultate deo adiutori nostro. Sic Exodi. xv. Cantemus domino, gloriose enim honorificatus est &c. Ita & hic se exauditum, se dormi uisse, se susceptum, percussos inimicos, dentes peccatorum cõtritos deuorat, affectu gratitudine & lætitia plenissimo.

Hoc est, nimirum, quod mutationem facit, & qui hucusq; ad deum in per sona secunda locutus est, subito uertit uerbum ad alios de deo in tertia perso na loquens: Exaudiuit me, inquit, non exaudisti. Item ad dominum clama ui, non ad te clamaui, omnibus enim nota esse cupit, quæ in eum deus bona contulit, quod grati animi est.

Iam illud, quod in hebræo per futurum, dicit: Clamabo & exaudiet me. Affe ctum maiorem habet, q̃ clamaui in præterito, licet præteritum non excludat, immo præteritum præ uæhementia includit, atq; ut explicem, si possum: Affe
Affectus psal lentis. ctus eius est huiusmodi: Ego, qui iã exptus sum, q̃ bonus, q̃ dulcis dominus, q̃ non deserat, q̃ non despiciat clamantes ad se, q̃ fideliter suscipiat, seruet, ex altet, omnes inuocantes se, talem me erga eum habebo deinceps inæternum, ut cum plenissima fiducia ad solum ipsum confugiam. Non timebo etiam mi lia populi, paratus sum in eum sperare, etiam si multo plura & maiora ferenda sunt, & (ut Iob ait) Etiã si me occiderit, in eũ sperabo, hic est ille deus in quem omnes merito confidant, præsumantq;, de quo neminem desperare cõueniat: O infelices, qui uel multitudine uel magnitudine malorum fracti, non intelli gentes q̃ potenter, q̃ mirabiliter, q̃ gloriose, hic deus saluet clamantes ad se. Hunc affectũ sequentia indicãt: Non timebo, inquit, milia populi. Item: Dñi est salus &c. Sic & eodem affectu, psal. xxxiij. dicit: Benedicam dñm in omni tempore. q.d. Stultus ego, qui hucusq; in tempore uno dominũ benedixi, scili cet, prospero & quieto, nesciebam q̃ potens sit etiam in tempore aduerso, pro de etiã in rempore malorũ eum deinceps benedicam. Siquidẽ sunt qui laudent deum tẽpore sereno, iuxta illud: Confitebitur tibi, cũ benefeceris ei. At in tem pore tẽtationis adeo recedũt, ut ad quodlibet aliud potius q̃ ad deũ confugiãt, denicq; nec

ım laudare & benedicere. At nos hic
tempore crucis ſonemus: Laudans
ıs ero: ut tunc etiam deus tibi placeat
dio digniſſimus tibi uideꝛ. Hic enim
tod Iſaiæ. xlviij. dicit: Infrenabo te lau
frenatur, in mediſs aquis & turbini/
e dei. Verum opera ſpiritus ſunt hæc,
ıe impleta, & omnibus qui ſunt Chri/

od. putant nō de corporea uoce, ſed de
iſi puriſſima, propter pronomen, Mea,
ogitationibus interpelletur. Quæ uera *Vox orantis.*
luſam eſſe puto, ꝙ uox affectus, quādo
in erumpat in uocem corpoream. Nam
ce clamauit, & nobis clamādum eſſe do
us & foris dñm inuocemus.
ic mōtem uarie intelligi uideo: Aliſs ipſe
tur: Aliſs de ſumma diuinitate, aliſs aliud
s, modo id (quantum ſomnio) obſerues, *Mons ſine no*
ſal. ij. montem ſanctum Zion, dixit ſuper *mine.*
eſſet rex. Ideo nominādus erat ille mons,
et. Hic uero, a quo regitur, & de quo exau/
ſem nec nomen habens. Quo mihi uideor, *In tentatione*
ntationis auxilium diuinum ſperare quidem *auxilium a do*
pus, & genus auxilij nobis eſſe incognitum, *mino.*
ntur in ea, quæ nec uidentur nec audiuntur,
tq; ita oculus fidei, in tenebras interiores & ca/
ꝙ uidet, niſi quod attenuatur ſuſpiciens in excel
xilium ei: In ſublime uidet, & de ſublimi expe
oc ſublime, & quale adiutoriū futurum, ignorat.
ebat, tamen tētatus eſt in ſimilitudine per omnia
pro nobis, ut & ipſe, qui montem quodāmodo iuxta humanitatem habuerit
ignotum & incomprehenſibilem, pro hora paſſionis, quod & alio pſal. xxj. ſi/
gnificat, dicens: Tu autem in ſancto habitas, id eſt, in abſcondito & inacceſſo
ſecreto. Sicut enim deus eſt ineffabilis, incomprehenſibilis, inacceſſibilis, ita
eius uoluntas, & auxiliū, præſertim in tempore derelictionis. Ideo niſi fides hic
expertum reddat & tētatio probatum, nullis uerbis tradi poteſt, quid ſit mons
iſte ſanctus dei. Idem ergo eſt, ac ſi diceret: Exaudiuit me de monte ſancto ſuo,
quod uulgo dicitur: Exaudiuit me ineffabili, incomprehēſibilicꝙ modo, quod
nunq; cogitaſſem, deſurſum ſcio me exauditum, ſed quo modo, ignoro: Eripu
it me de alto, & de ſummo accepit me (ut alibi dicet) ſed nō cognoſco, quid ſit
hoc altum, hoc ſummum, hic mons. Eadem ratio, quando derelinquit, & non
exaudit, neq; enim ſcimus quo uadat, aut unde ueniat ſpiritus, etiam ſi uocem
eius audiamus, dum ſpirat, ut Chriſtus Ioā. iij. dicit, & Iob. ix. Si uenerit ad me,
non uidebo eum: Si abierit, non intelligam. Sic eſt, inquit, omnis, qui ex ſpiri/
tu natus eſt. Abiit cum abeunte, hoc eſt, relinquitur relinquente ſpiritu & ue/
nit cum ueniente, hoc eſt, exauditur exaudiente ſpiritu, neſcit tamen utrunq;,
quid, & quomodo ſecum agatur.

Hoc eſt,

tiæ uirtus, deum credere exaltatorem
& inferis. Hic enim abscondita est e
nulla salus in deo. Itaq; contra spem, i
sapientia, nimis hodie est abscondita
Via ad cœlũ. cœlum alia uia est, ꝙ ista crux Christi.
suis operibus, & uita contemplatiua c
blandissima est utraque & tranquilla,
retur, & aduersitatibus perturbetur. C
tus, qui intelligit.

Voce mea ad dominum clama
sancto suo. Sela.

Hebræus in futuro dicit, ut & sanctus H
placetq; mihi magis ꝙ præteritum. Est en
glorificantis deum, ac gratias agentis ei, q
sicut sperauerat in uersu præcedente. Nan
dantium, ut recitẽt ea quæ gesserunt, quæ
adiutori. Sicut psal. lxv. Venite & audite, &
quanta fecit animæ meæ. Ad ipsum ore m
mea. Et psal. lxxx. Exultate deo adiutori n
domino, gloriose enim honorificatus est &c
uisse, se susceptum, percussos inimicos, dent
affectu gratitudine & lætitia plenissimo.

Hoc est, nimirum, quod mutationem facit,
sona secunda locutus est, subito uertit uerbum
na loquens: Exaudiuit me, inquit, non exaud
ui, non ad te clamaui, omnibus enim nota esse
contulit, quod grati animi est.

Iam illud, quod in hebræo per futurum, dicit: C
ctum maiorem habet, ꝙ clamaui in præterito, li
immo præteritum præ uæhementia includit, atq; ut
Affectus psalentis. ctus eius est huiusmodi: Ego, qui iã exptus sum, ꝙ bonus, ꝙ dulcis dominus,
ꝙ non deserat, ꝙ non despiciat clamantes ad se, ꝙ fideliter suscipiat, seruet, ex
altet, omnes inuocantes se, talem me erga eum habebo deinceps inæternum,
ut cum plenissima fiducia ad solum ipsum confugiam. Non timebo etiam mi
lia populi, paratus sum in eum sperare, etiam si multo plura & maiora ferenda
sunt, & (ut Iob ait) Etiã si me occiderit, in eũ sperabo, hic est ille deus in quem
omnes merito confidant, præsumantq;, de quo neminem desperare cõueniat:
O infelices, qui uel multitudine uel magnitudine malorum fracti, non intelli
gentes ꝙ potenter, ꝙ mirabiliter, ꝙ gloriose, hic deus saluet clamantes ad se.
Hunc affectũ sequentia indicãt: Non timebo, inquit, milia populi. Item: Dixi
est salus &c. Sic & eodem affectu, psal. xxxiij. dicit: Benedicam dñm in omni
tempore. q.d. Stultus ego, qui hucusq; in tempore uno dominũ benedixi, scili
cet, prospero & quieto, nesciebam ꝙ potens sit etiam in tempore aduerso, qua
de etiã in rempore malorũ eum deinceps benedicam. Siquidẽ sunt qui laudent
deum tẽpore sereno, iuxta illud: Confitebitur tibi, cũ benefeceris ei. Ac in tem
pore tẽtationis adeo recedũt, ut ad quodlibet aliud potius ꝙ ad deũ confugiãt,
denicq; nec

dentiq; nec clamare ad eum possunt, nedum laudare & benedicere. At nos hic eruditur, ut uersum illum psal. xvij. in tempore crucis sonemus: Laudans inuocabo dominum, & ab inimicis saluus ero: ut tunc etiam deus tibi placeat & ametur, quando displicentissimus & odio dignissimus tibi uideor. Hic enim amor dei castus & solidus est. Hoc est, quod Isaiæ. xlviij. dicit: Infrenabo te laudemea, ne intereas: Nam hac laude cor frenatur, in medijs aquis & turbinibus tentationum, ut nō deficiat ab amore dei. Verum opera spiritus sunt hæc, non naturæ, in uno Christo perfectissime impleta, & omnibus qui sunt Christi, in exemplum descripta.

Voce mea. B. Aug. & post eum Cassiod. putant nō de corporea uoce, sed de uoce cordis dictum esse, nec de ea ipa, nisi purissima, propter pronomen, Mea, q; sua uox nō sit, quæ impuris orantis cogitationibus interpelletur. Quæ uera esse credo, non tn uocem corporeā exclusam esse puto, q; uox affectus, quādo uehemens est, se cōtinere nō possit, quin erumpat in uocem corpoream. Nam & Christus in cruce utiq; corporea uoce clamauit, & nobis clamādum esse docuit in angustia, ut sic totis uiribus intus & foris dnm inuocemus. *Vox orantis.*

De monte sancto suo, inquit. Hunc mōtem uarie intelligi uideo: Alijs ipse Christus de seipo exauditus intelligitur: Alijs de summa diuinitate, alijs aliud placet, mihi mons summæ diuinitatis, modo id (quantum somnio) obserues, monti huic non esse nomen. Nam psal. ij. montem sanctum Zion, dixit super quem tanq; inferiorem constitutus esset rex. Ideo nominādus erat ille mons, ut quem regere nō posset, nisi nosset. Hic uero, a quo regitur, & de quo exauditur, innominabilis est, nec speciem nec nomen habens. Quo mihi uideor, eruditi nos omnes, in tempore tentationis auxilium diuinum sperare quidem debere desursum, sed modū, tempus, & genus auxilij nobis esse incognitum, ut fidei & spei locus sit, quæ nituntur in ea, quæ nec uidentur nec audiuntur, nec in cor hominis ascēdunt. Atq; ita oculus fidei, in tenebras interiores & caliginem montis suspicit, nihilq; uidet, nisi quod attenuatur suspiciens in excelso, expectansq; unde ueniat auxilium ei: In sublime uidet, & de sublimi expectat adiutorem, sed quale sit hoc sublime, & quale adiutoriū futurum, ignorat. Etsi enim Christus omnia sciebat, tamen tētatus est in similitudine per omnia pro nobis, ut & ipse, hunc montem quodāmodo iuxta humanitatem habuerit ignotum & incomprehensibilem, pro hora passionis, quod & alio psal. xxj. significat, dicens: Tu autem in sancto habitas, id est, in abscondito & inaccesso secreto. Sicut enim deus est ineffabilis, incomprehensibilis, inaccessibilis, ita eius uoluntas, & auxiliū, præsertim in tempore derelictionis. Ideo nisi fides hic expertum reddat & tētatio probatum, nullis uerbis tradi potest, quid sit mons iste sanctus dei. Idem ergo est, ac si diceret: Exaudiuit me de monte sancto suo, quod uulgo dicitur: Exaudiuit me ineffabili, incomprehēsibiliq; modo, quod nunq; cogitassem, desursum scio me exauditum, sed quo modo, ignoro: Eripuit me de alto, & de summo accepit me (ut alibi dicet) sed nō cognosco, quid sit hoc altum, hoc summum, hic mons. Eadem ratio, quando derelinquit, & non exaudit, nesciens enim scimus quo uadat, aut unde ueniat spiritus, etiam si uocem eius audiamus, dum spirat, ut Christus Ioā. iij. dicit, & Iob. ix. Si uenerit ad me, non uidebo eum: Si abierit, non intelligam. Sic est, inquit, omnis, qui ex spiritu natus est. Abiit cum abeunte, hoc est, relinquitur relinquente spiritu & uenit cum ueniente, hoc est, exauditur exaudiente spiritu, nescit tamen utrunq; quid, & quomodo secum agatur. *Mons sine nomine.* *In tentatione auxilium a domino.*

Hoc est,

Sanctum. Hoc est, quod uocabulum illud, sancto, indicat, quod (ut supra dictum est) separatum & secretum significat, planeq; id quod attingi, nec sensu, nec ratione potest: in quod qui rapitur, in deum inuisibilem rapitur, ac perfectissime purificatur, separatur, sanctificatur. Verum dura hæc res humanæ naturæ & ratione tolerabilis, nisi spiritus domini feratur super has aquas, & tenebras huius abyssi foueat, donec lux fiat.

Angustiati hominis tota stultitia est, q. nõ prorsus ab ipsum. Proinde tota stultitia est in hac re, quod homo non sustinet consiliarium deum, sed adiuuari petit, modo, & tempore a se electo, & sibi placito: q; exinde monte, nominatum sibi facit, & sanctum dei montem, suæ cogitationis fictu prophanat, quantum in eo est. Hic est, sicut equus & mulus, qui cognoscit dominum sustinet, quouscq; sentit aut capit, ultra captum suum non sequitur. quia fide non uiuit, sed ratione sua. exemplis id probari potest omnium historiarum ueteris & noui testamenti (sicut Heb. xj. facit Apostolus) in quibus semper inuenitur deus, sic sanctos suos saluos fecisse, ut uia & modus & tempus prorsus non appareret, sed de sublimi & de cœlo inexpectata uenit, inopinata salus omnibus. Quare optime dicitur, de monte sancto suo, id est, de summa diuinitate: sed non omnes id intelligunt, quod dicunt. Nam de diuinitate summa exaudiri est (ut dixi) insperato & incogitabili modo exaudiri, ita ut nihil minus ibi sentiatur, q; diuinitatis auxilium, seu exauditio. Fides etenim & spes hic loquitur, seu de fide & spe exaudita recitatur historia. At fides & spes exaudita nihil sentit, nihil experitur, nihil intelligit de exauditione, cum sint rerum non apparentium.

Hoc est, quod ipsum Sela, in fine huius uersus notat: scilicet, affectum hunc mora dignum, ut qui non sit leuiter prætereundus, adeo res ardua est, de monte sancto dei expectare salutem: Vir enim insipiens non intelligit has profundas cogitationes dei. ut psal. xcj. dicit. Ideo reprobat quoque dominus cogitationes populorum & consilia principum. Psal. xxxiij. Sciens, quoniam cogitationes hominum uanæ sunt. psalmo. xciij. Immo in isto excessu cogitur exclamare fidelis: Omnis homo mendax. psal. cxv. adeo necesse est hic occidere & captiuari omnem intellectum in obsequium dei.

Ego dormiui & somnum cepi, & exurrexi, quoniam dominus suscepit me.

שכבתי ואישנה Verbum dormiui in hebræo, situm iacentis seu dormientis significat: somnum cepi autem, ipsam dormitionem, ut sit sensus: Ego iacui, ego dormiui, ut significet se in sepulchro positum quieuisse, & mortuum fuisse. De qua requie in multis locis scripturæ fit mentio. sic Geñ. xlix. Requiescens accubuisti, ut leo, & ut leæna. Quis suscitabit eum? Et psal. iiij. In pace in idipsum, dormiam & requiescam. Vbi penitus eadem duo uerba ponũtur, quæ in hoc uersu, nec tamen eodem modo translata sunt. Sic & nostra uernacula dicimus: Jch hab gelegen vnd geschlaffen. ut priore, quietem, posteriore somnum intelligas. Hæc est, quies illa psal. xv. Et caro mea requiescet in spe. Et Isaiæ. xj. Et erit sepulchrum eius gloriosum. Sic enĩ Hiero. transtulit, sed fidenter. Lxx. uero: Et requies eius honor. seu ut heb. habet: Et erit reqes eius gloria. Quasi dicerent, cum aliorũ regum gloria finiat̃ morte, & eorũ gloria (ut ait Apostolus) finiat in confusionem. Huius cõtra, Gloria incipit in morte, in qua finit̃ eius cõfusio,

Christianorũ mors. Ita & omniũ qui sunt Christi, iuxta illud psal. cxv. Preciosa in conspectu dñi, mors sanc-

mors sanctorum eius, quia uita eorum ignominiosa in conspectu hominum, uerum hæc obiter. Ad requiem redeamus.

Hæc est illa quies, quã uetus olim significauit Sabbatũ (quod quietẽ sonat) quã & nostræ etiamnũ feriæ significãt, quibus Christus nos ab operibus nr̃is (id est peccatis) mortuos & quiescentes, ac feriatos facit, ut soli deo uiuamus, ac iam non nos, sed deus operetur, & regnet in nobis, unde præceptũ est olim tanto rigore, ne quod seruile opus in sabbato fieret, sed esset dies sanctus dño. quod B. Aug. super Gen. pulchre interpretatus, docet intelligendum de operibus nostris, quæ semper sunt peccata. Quare herilia & liberalia, ac principalia duntaxat, immo diuina opera nunc facienda sunt, postq̃ sabbatum nobis fecit Christus, suo sabbato & quiete extinguẽs nostra opera. Ad hoc ualet q̃d Christus toto sabbati die in sepulchro iacere uoluit, ut & res & tempus, nomẽ & figura, oĩa in unũ cõuenirent, & religiosissimã hanc quietẽ commendarẽt, siquidẽ horrendũ est, hoc tpe gratiæ & sanctæ qetis, adhuc in suis operibus ne gotiosum esse, & in diuinis opibus inanẽ inueniri. Sicut Iudæi, quib⁹ in hãc rẽ dictũ est: Memẽto ut diẽ sabbati sanctifices, nihil intelligẽtes, in suis operibus remanẽt & sanctificãdo sabbatũ, pessime sabbatum polluũt: Sed hæc mystica. Ad Christũ reuertamur, qui his uerbis sepulturam & mortem suã significat, sicut in principio psalmi huius dictum est. Non enim tam magnifica prædicare credendus est, de naturali quiete & somno, præsertim cum præcedentia & sequentia, cogant intelligi eum, de insigni tribulatione & admirabili uictoria hostium loqui. Quibus omnibus nos ad fidem dei accẽdit, commendans uirtutem & gratiam dei, q̃ potens sit a morte nos resuscitare, exemplum huius in seipso nobis decantans & proponens. Nec⁊ enim est quod nos miseros homines atrocius affligat, q̃ terror mortis, qua in primo Adam omnes sumus multati, nec iucundior nũcius, q̃ audire, mutatã aut superatam (quod melius est) hanc maledictionem, & mortem non modo uictam, sed etiam in adiutorium & ministerium melioris uitæ, q̃ habuissemus, conuersam. Iccirco in morte & resurrectione Christi, hæc consolatio denunciatur, qua nõ maior humano generi nunciari possit, scilicet, commune malum omnium, mortem, esse ita uictam, ita credẽtibus subiectam, ut ad uitam (quam uidetur absorbere) cogatur plus cæteris omnibus cooperari. Quis hic non cantet? quis non cum Christo exulter? Ideo oportuit hanc Christi uirtutem gaudio plenissimam, non modo pressis uerbis & simplici loquela, sed psalmo & sonoro cantico (sicut Epinicia solent) ꝓmi: q̃ magis ad contemptũ huius uitæ & amorẽ mortis, animaremur, quando musica ipsa genuinam uim habet animos exacuendi & concitandi, unde & Heliseus psalten habuit: & tubas ad bellum Moses parauit. Ideo utendam spiritus suscepit, in re tam salutari & necessaria: ut quia arduum est, uita posita mortem appetere, exhortatione cantata, facilius nos moueret & facilius moueri debere monstraret.

Sabbatum & Iudæorum & Christianorũ.

Ad qnod illud accedit, q̃ uerbis utitur leuibus & mortis furorẽ mire extenuantibus, lacui, inquit, & dormiui, non, ait, sepultus fui & mortuus. Amisit em̃ mors & sepulchrum, sicut nomen, ita & uim: atq̃ mors, iam ne mors quidẽ est, sed somnus, Sepulchrum non sepulchrũ, sed cubile uel lectulus est. Quod facit, nõ solũ quia prophetiæ uerba, obscurius & ænygmatice poni oportuit, uerum multo magis, ut nobis mortẽ redderet amabilissimã nedum cõtẽptissimã, ut in qua, sicut in dulci quiete somni, nobis indubitata, & melior exurrectio & uigilia promittatur. Quis enim non est certissimus de expergefactione seu euigilatione,

euigilatione, qui dulci somno quiescit, & non moritur? At hic dicit, se nō mo-
tuum, sed dormiuisse, ideo euigilasse. Atq; sicut somnus utilis & necessarius
ad meliorum uirium instaurationem: ut Ambro. in hymno, Artus fessos ut som-
nus alleuet: Ita mors utilis, & nunc instituta ad meliorem uitam parandā: hoc
est quod psal. sequente dicet: In pace dormiam & requiescā, quoniā tu domi-
ne singulariter in spe constituisti me. Itaq; in morte, non tam ipsa mors, q̄ cor-
tissima uita & resurrectio consyderanda est, his qui sunt in Christo: ut stet il-
lud Ioan. viij. Qui sermonem meū seruauerit, mortem non uidebit in æter-
num. Quomodo non uidebit? nonne sentiet? non morietur? non utiq;, sed ui-
debit solūmodo somnum: & intentus oculis fidei in resurrectionē, per mortē
ita labetur, ut ne uideat quidem mortē, & mors (ut dixi) ne mors quidē ei sit.

In baptismo consepelimur cū Christo, in morte resurgimus.

Et iterū Ioan. xj. Qui credit in me, etiā si mortuus fuerit, uiuet. Hæc autem om-
nia in baptismo inchoantur, & in fine uitæ consummantur: Nā (ut apostolus
Ro. vj. dicit) Consepulti sumus cū illo per baptismū in mortem. Quod credo,
non solū de morte peccati spirituali intelligi, sed etiā corporali: q̄ peccatū non
moriatur penitus, donec corpus extinguatur, seu ut Paulus loquitur, donec
destruatur corpus peccati. Quare ad mortem, statim in baptismo paramur, ut
per mortem ad uitam uelocius perueniamus.

Quærit hic B. Aug. cur in futuro dixerit: Quoniam dominus susciṕiet me:
sic enim & heb. habet, licet nr̄a translatio præteritū, suscepit, habeat. Et quāq;
uerum sit, q̄ in prophetis præterita cum futuris miscentur, quo utrunq; signifi-
cetur, q̄ ea quæ prophetantur uentura, sc̄d'm tempus futura sunt, sc̄d'm scien-
tiam uero prophetantium, pro iam factis habēda. forte tamen etiam ad consо-
lationem & exhortationem nostrā, hoc pertinet. Quod dñs nō solū suscepit,
Christū caput nostrū, sed suscipiet eum quoq; in omnibus suis membris eum
sequentibus, ut sic in persona sua & omnium nostrum, pro se & nobiscum lo-
qui intelligatur. Vox autem ista, hebraica, יסמכני ישמכני, quam Hiero.
transtulit: suscitauit me: & alibi, sustentat, quandā energiam habet, quam lati-
nitas nō reddidit: scilicet, ut Reuchlin interpretat̄, innitetur mihi, accedet, ap-
proximabit mihi: quod eum sensum ferme parit: Eum qui moritur non deseri
a domino, sed de sursum, uelut manu dei extenta & super eum posita, seruari,
ne cadat in profundum, sed potius eruatur & exaltetur, in quo miro artificio
exprimit̄ morientis, & dei seruantis modus. Nam qui moritur, uidetur perire,
ac uelut deorsum absorberi, sed ibi manus dei desursum approximās, seruat eū
ne pereat, ut magis subleuetur in uitam, ac sic sibi quidā perit & cadit, sed deo
seruatur & oritur.

**Non timebo milia populi circundantis me, exurge domine salu-
um me fac, deus meus.**

Hic, Epinicij huius, tertius uersus, idem facit quod præcedentes & sequētes,
hoc est, affectum illum sancte superbum, & aduersitatis contemptorem nobis
commendat, diximus enim hæc dici in persona eius, qui deo liberatori suo gra-
tus & gaudens, laudat & prædicat eius uirtutē & gratiā, per aduersitatis expe-
rientiam ita probatus & confirmatus, ut in futurum, nulla mala prorsus uelit
formidare, sub tutela dei iamiam cognita & explorata. C̄uius autem in Christo
surgēte a mortuis, locum non habeāt amplius tribulatio, seu mors, seu milia cir-
cūdātis populi, tamē sine dubio affectus huiusmodi in ipso regnat & triūphat;

quem in eo

quem in eo prophetari futurum oportuit. Hoc totum non propter Christum, qui nõ indiguit, sed propter nos, quibus etiam si aliquas uicerimus tribulatiõnes, plurimæ tamen supersunt uincendæ. Ideo exhortandi sumus, ut gustata sed mel gratia adiuuantis dei, firmemur ad multo maiora ferenda, exẽplo Christi maxime confortati, atq; hac ratione mihi uidetur, ita uariare propheta, in temporibus uerborum, ut iam in præterito dicat: Voce mea clamaui ad dominũ, & exaudiuit me. Et dormiui, & somnum cepi, & exurrexi. Iam in futuro: Non timebo milia populi. Iam in præsenti: Exurge domine, saluum me fac. Ac rursum, in præterito: Quoniã tu percussisti oẽs aduersantes mihi &c. ut in persona Christi patientis quidem hæc dicat, simul tamen hoc Christi exemplo nos erudiat, facta & facienda nobis esse eadem. Sic & Ioh. xij. pro hora passionis dixit: Nunc ãia turbata est, & quid dicã: Pater saluifica me ex hac hora: Sed propterea ueni in hanc horam &c. Breuiter huic tropo assuescendũ est, q̃ in prophetis & psalmis simul multa dicuntur, uelut pro eodem tempore, quæ diuerso tempore gerunt: Et quædã pro posteriore tempore, quæ priore facta sunt, ut hic in Christi persona: Exurge domine, Saluum me fac: pertinet ante passionem. Illud uero quod præcedit: Voce mea ad dominum clamaui, & exaudiuit me. Et, Exurrexi &c. pertinet post passionẽ. Cæterũ pro mẽbris suis intelliguntur, ut dixi: ex iactabundo & tentationes futuras, animosius expectante corde dicta, fiducia diuinæ uirtutis sese armante & exhortante. *Tropus iuxta tempora.*

Illud notius est, q̃ ut egeat ostendi, q̃ deo non dormienti aut iacẽti dicatur: Exurge, sed uel ut Aug. hic dicit: deo tribuitur, quod in nobis ipse facit, ut exurgat, dum nos exurgere facit, sicut in prophetis locutus dicitur, quando prophetas loqui fecit. Et Apostolus. ij. Cor. xiij. An experimentum quæritis eius, qui loquitur in me Christus: Vel quod tunc exurgere & uigilare dicit: quando effectu præsente ostendit se nobis adesse, qui tropus est uulgatior priore, quo tũc fieri a deo in scripturis aliqua dicuntur, quando fieri a nobis aut sentiuntur aut cognoscuntur: ut Geñ. xx. Nunc cognoui q̃ timeas dñm. Et Luce. vij. ubi dẽ Maria dixerat, remissa sunt ei peccata multa, postea idẽ ad eam reuelans dicit: Remittuntur tibi peccata tua. Ita cum nunq̃ deus non adiuuet, tamen inuocatur ut adiuuet, quin ut inuocaretur dedit & adiuuit, & ne deficiat interim adiuuat, donec adiuuet. *Tropus iuxta diuinas operationes.* *Deus ut inuocaretur dedit*

Videtur autem & hic uersus oppositus primis duobus, ut contra multitudinem tribulantium dicat: Non timebo milia populi circũdantis me, contra potentiam insurgentium: Exurge domine, & contra desperationem iactantes: Saluum me fac deus meus. Aut melius, hic uersus contra multitudinem tribulantium ponatur: Sequens contra insurgentiũ uim, quia dicit: Quoniã tu percussisti omnium inimicorum meorum maxillam: & ultimus contra suggestores desperationis dicentes: Non est salus ipsi in deo: utiq; domini est salus, & super populum tuum benedictio tua.

Epitasis est in uerbis illis, Non timebo milia populi circundantis me: ac si præ magnitudine affectus in deum fidentis dicat: Non timebo, etiam si non modo potens quispiam in populo, sed ipsemet populus quicunq;, deinde etiam si multa essent milia populi, atque ut addam, si me unicum & solitarium ita cepissent, ut penitus circundatus, nulla parte exitum haberem, nec sic timebo, immo securus ero, non meis uiribus, sed quia tu exurges domine &c. Sic inq̃ spiritus sanctus ubiq; nos ad fidei & spei in deum magnanimitatẽ benigniter prouocat.

Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine ca
dentes peccatorum contriuisti.

Præteritum pro futuro ponitur, si in Christi persona ante passionem
atur, sin post resurrectionem, est prosecutio Epinicij & laudis dei, pro
exhortatione, ut dictum est satis.

Ex heb. pro sine causa, Hiero. transtulit, maxillas, hoc modo: Quia pe
sti omnium inimicorũ meorũ maxillas, & huic tum recte cõcinit, quod
tur, Dentes peccatorũ contriuisti. Atq; ita, tautologia esse uidetur.

Est autem ordo. Non timebo inq; milia, nec mei fideles timebũt ullam
titudinem, quantumlibet malorum & potentium, quoniam exploratum
habeo, q; soleas percutere consumptores & deuoratores meos, dum & me
scitas a mortuis, ut me deinceps uorare non possint, & fideles meos per
confortas: ut eis nocere nequeant. quanq; ista percussio intelligi queat de
statione populi Iudaici per Titum & Vespasianum. Nam & si adhuc sint
daces & maledici in Christum & Christianos, tamen contriti & percussi
ut neminem uorare possint. Itaq; dentes & maxillas habent, sed percussa
contritos. Sicut alibi. psal. lvij. Deus conteret dentes in ore ipsorum, mala
onum confringet dominus. Vtitur autem hac metaphora maxillæ & dentiũ,

Dentes peccatorum. pro uerbis mordacibus, detractionibus, calũnijs & huius generis noxijs, qui
hus innocentes opprimuntur: iuxta illud Prouer. xxx. Generatio quæ habet
pro dentibus gladios, & commandit molaribus suis, ut commedat inopes de
terra, & pauperes ex hominibus. His enim Christus deuoratus est, quando co
ram Pilato ad crucẽ eorũ uocibus & accusationibus adiudicatus est. Sic Apo

Aduertãt hæreticorũ combustores. stolus Gal. v. Si inuicem mordetis & comedetis, uidete ne ab inuicem consu
mamini. & multis alijs scripturæ locis, celebris est hæc dentiũ & maxillarũ me
taphora, ac per seipsam satis manifesta. Cõtra & sponsa Christi dentes quoq;

Dẽtes ecclĩæ habet. Canti. iiij. &. vj. Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascendũt de la
uacro, hoc est increpationes, quibus Ecclesia mordet & arguit peccatores, mor
sosq; conuertit, & sibi incorporat, sunt sicut oues detonsæ, mites, scilicet, argui
tes sine furia & zelo, tum tonsæ, id est, rerum cura inanes, non quærentes lucra
& lanam ouium, neq; enim uerbum prædicare potuerunt, etiã Apostoli, & si
mul seruire mensis, ut Act. iiij. scribitur. Sed hæc alias.

Hi dentes figurati sunt in maxilla, quã Sampson leuauit & percussit in ea
mille uiros, Iudicũ xv. Vnde & mitiore intelligẽtia, percutit & cõterit deus dẽ

Deus hostes suos sæpe amicos reddit. tes peccatorũ misericorditer, quãdo per gratiam conuersionis ex maledicis fa
cit benuolos, & ex criminatoribus ac detractoribus iustorũ, prædicatores &
laudatores eorum, Sicut sanctum Paulum lupum uoracissimum robustissimis
dentibus prævalidum contriuit, & Apostolum fecit, deuoratorem omniũ gen
tium usq; in hodiernũ diem. Quo sensu, & Isa. ij. dicit: Conflabunt gladios su
os in uomeres, & lanceas suas in falces. q. d. Mutabunt linguas noxias in salu
tares, & cultrices terrenorum hominum, ut sint uomeres corripiẽdo, & falces
colligendo populos ad Christum.

Nota, nostrorũ dẽtiũ excõmunicationẽ inueuies. Possunt item dentes intelligi allegorice, iuxta B. Aug. principes peccatorũ,
quorum autoritate quisq; de societate recte uiuentium præciditur, & quasi in
corporatur male uiuentibus: quibus contrarij sint Principes iustorum, ut sa
cerdotes, qui exemplo & uerbo bono commouent homines, ut credant, & se
parati a sæculo in ecclesiæ membra transeant. Et ad hoc aptatur illud Cant. iiij.
& vj. de

&.M. de dentibus positum. Verum cuiuis in promptu est, dentium eiusmodi allegorijs abundare, pluribus non agam.

Erit autem psalmus non inutilis, pro consolandis pusillis conscientijs, si ad tropologiam trahatur, & per tribulatores dentesq; peccatorum intelligantur molestissimi illi insultus criminum, & conscientia malæ actæ uitæ. Nam hic uere laborat cor peccatoris, solitarium, infirmum, & desperatum, & nisi contra impetum suorum peccatorum, assuescat oculos sursum leuare, & contra conscientiam deum inuocare, periculum est, ne maligni spiritus (qui in hoc negotio in tenebris perambulante, animam capere anhelant) tãdem absorbeant per tristitiam in desperationem: Ideo fortissime firmãdum est cor, & cum Christo, siue contra peccata conscientiam persequentia, siue contra pœnas salutem impetentes, dicendum cum fiducia.

Domini est salus, & super populum tuum benedictio tua. Sela.

Pulcherrima conclusio, & uelut summa omnium affectuum prædictorum. Est autem sensus: Dominus solus est qui saluet & benedicat, atq; etiã si omnium malorum in unum cõueniat cahos, adhuc dominus est qui saluum faciat: In manu eius, salus, & benedictio: Quid ergo timeam? quid non præsumam? qui sciam deo nolẽte, neminem perdi, neminem maledici, etiam si omnes perdant & maledicant, deo uolente, neminem illorum seruari & benedici, quantumlibet se seruant & benedicant. Atq; (ut Greg. Nazan.) deo dante nihil potest liuor, & deo non dante nihil potest labor. In qua sententia & Paulus dicit Ro. viij. Si deus pro nobis, quis contra nos? Ita rursum: Si deus contra illos, quis p eis? Quare? quia domini est salus, non illorum, neq; nostra, uana enim salus hominum. Inde Apo. vij. Benedictio, & charitas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, uirtus, & fortitudo deo nostro &c. Item, ibidem: Salus deo nostro & agno. Et psal. cviij. Maledicent illi, tu uero benedices. Et Malath. ij. Maledicam benedictionibus uestris, & benedicam maledictionibus uestris. Dicat ergo felix Christus, dicat & Christiana anima in medijs tribulationib⁹, nihil refert q illi me perdunt & maledicunt, non illorum, sed domini est seruare & benedicere. Nec prodest, q seipsos uiribus suis seruãt, seinuicem benedicunt, non ipsorum, sed domini est salus & benedictio, quo non seruante & benedicente, uidentur ad horã seruari & benedici, sed perduntur & maledicẽtur. Rursum illo seruante & benedicente, uidentur nos ad horam perdere & maledicere, sed reuera seruamur & benedicimur: Hoc uult psal. cxlvj. Nolite confidere in principibus, in filijs hominum, in quibus non est salus. Et in huius fiduciæ solatium, olim in lege Mosi prohibitum est, ne homo hominem benedicceret, dicente deo, Nu. vj. Sic benedicetis filijs Israel, & sic dicetis eis: Benedicat tibi dominus, & ego benedicam eis. O præceptũ salutare, & necessarium, cur putas, nolit deus benedici ullum ab homine? nisi quia iam tum illud præcogitabat, Matth. v. Beati estis cum maledixerint uobis homines, & dixerint omne malum aduersum uos mentientes propter me. Sic enim apud homines agitur, ut psal. ix. scribitur: Qm̃ laudatur peccator in desideriis suis, & iniquus benedicitur, nimirum q contra, iustus uituperatur & maledicitur, recte ergo & pientissime dicit dominus: EGO benedicam eis, qd hic uersus uelut repetens, dicit: Super populum tuũ, benedictio tua. Quare hic uersus legendus est, ut Emphasis & Epitasis, cum eleuatione sit in genitiuo, dñi, & in pronomine,

Quare maligantium Ecclesiæ excommunicatione gaudendum.

Hoīs non est benedicere.

tua, ut sic per Antithesin intelligamus simul affectum, iuxtā dissima fidutiā
num, qui conatus aduersariorum malos quasi rideat, & fidutiam ipsorum
sannet, hoc modo: DOMINI est salus, & super populum tuū benedictio
ut discamus maledictionem hominum contemnere, & benedictionem
non quærere, quādo scimus solius dei esse saluare & benedicere. In eadem
tētia insultat eis Isaias. xlj. Benefacere quoq; aut malefacere, si potestis,
q.d. nec nobis nocere, nec uobis prodesse potestis.

Benedictio. Primum uide: Q2 salutem ante benedictionem locat, recto, scilicet ordi
q; benedictio in sacris literis sonat profectum & multiplicationem: iuxta illu
Geñ. j. Benedixit eis, dicens: Crescite & multiplicamini, quæ fieri nō potu
nisi primū seruetur, ne pereat, qui benedicendus est. Et apte opponit hæc du
primis uersibus duobus, salutem domini, tribulantibus & insurgentibus hi
enim perdunt: Benedictionem uero domini, maledicentibus, & dicentibus

Maledictio grauissima. Non est salus ei in deo, hæc est enim maledictio grauissima, postq; enim impi
non habent quod faciant iustis a se perditis, unum est reliquum, ut eis dem
hant, maledicant, blasphemant, sicut in cruce Christus nobis monstrauit, ibi
nituntur & opinionem illorum extinguere, tam apud deum & homines, apud
homines infamando, apud deum fiduciam conscientiæ impetendo, ne in de
glorientur, sed utrobiq; sint confusi.

Simul hic grauis illa tentatio blasphemiæ tangitur, qua homo per dæmo
nes urgetur ad desperationem, ut maledictionem dei super se putet ferri, ac lic,

Contra blasphemiam in deum. deum pro deo non habeat, dum nihil boni de eo sentit, hoc enim est deum bla
sphemare, de quo omnia præcipimur sperare & præsumere, dum fide & spe &
charitate colere eum iubemur in præcepto primo, & Sap. j. Sentite de deo in
bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum. Atq; hoc forte est, quod tam
subito mutat personam, nam cum in tertia psona, dixisset: Domini est salus,
uelut deum apud alios commēdans, mox in secūdam personam redit, dicens:
Benedictio tua. Nam cum hæc blasphemia omnium longissime rapiat a deo,
& tanq; fugiens maledictorem, alium quærat benedictorem, cum alius nō sit

Nota contra pusillanimitatem. benedictor: Monet nos ut tum q; maxime oīum ad deum cōuertamur, quādo
maxime omnium auertimur tentati. Et hæc affectio, quia est insignis & uehe
mentissima, forte nō frustra signatur, per dictionē, Sela, de qua supra satis,

Exposuimus psalmum totum de Christo.

Si cui ista interpretatio non placet, nulla difficultas erit ipsum de Dauid in
telligere, tanq; exemplari eiusdē passionis, & eorumdem affectuum, quos in
Christo & quolibet Christiano descriptos uidimus, nisi quod quintus uersus
non nihil negotij solus dabit in hac expositione, demus tamen occasionem
. meliora ualentibus, & breuiter ita exponamus.

Domine quid multiplicati sunt tribulatores mei? (Absalom scilicet, Archi
tophel & totus populus. ut. ij. Reg. xv. Multi insurgunt aduersum me, Multi
dicunt animæ meæ, non est salus ipsi, in deo eius. Hoc præ cæteris faciebat Se
mei. ij. Reg. xvj. maledicens Dauid, & dicens: Egredere, egredere uir sangui
num, & uir Belial, mittebatq; lapides contra Dauid, dicens: Reddidit tibi dñs,
Ecce premunt te mala tua &c.) Tu autem dñe susceptor meus es, gloria mea,
& exaltās caput meum. Dixit enim, ibidem: Dimitte eum, ut maledicat iuxta
præceptum domini, si forte respiciat dominus afflictionem meā, & reddat mi
hi dñs bonum, pro maledictione hodierna: his uerbis indicat se nōdum des pe
rasse, quin fortiter in deo confisum fuisse, ut cuius præceptum & uoluntatem

agnoscerem

agnoscerent & iustificaret. Voce mea ad dominum clamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo. Hoc fecit, cum diceret: Infatua quæso domine consilium Achitophel, & forte alias quoq; quod non est scriptum: Nam, ut dixi, non in tribulatione, sed post tribulationem psalmum fecisse credendus est. O fortis fides, ad iratum deum loqui, clamare ad percutientẽ se, confugere ad expellen tem se, laudare susceptorem, gloriam, exaltatorem, quem derelictorem cõfun dentem & opprimentem senseris, dignissimum plane exemplum Christianæ fidei. Ego, inquit, uadam, quo iturus sum. Quasi diceret, nescio quo uadam, hoc est, credere, committere se in tãtas tenebras, ubi quid de te futurum sit pe nitus ignores, & tamen bene speres, atq; exauditum te non diffidas. Ego dor miui & somnum cepi, & exurrexi, quoniam dominus suscepit me. Quod pro mea æmeritate intelligam in hunc modum: Talis tunc eram, ut de mea uita, gloria, omnibusq; meis rebus fuerit desperatum: Similis eram mortuo, ac de scendenti in lacum, quantum erat in re & specie coram hominibus, necq; sane in me præter fidem, quicq; uiuebat, nec aliud mihi uisum est, si restituerer in regnum, ẽq; de somno mortis, ac e sepulchro resuscitarer. Nam ad hanc rerum sortem, & ad has portas inferi solet dominus deducere eos, quorum fidem ten tare uolet, necq; enim multum a mortuo differt, ista patiens. Aut si hoc non pla cet, age sit affectus iste: Fui submersus in hac tribulatione, & sicut profundo somno pressi, non sentiunt se uiuere, suntq; mortuis simillimi, ita ego præ ni mia afflictione, in extasi fidei positus, externæ huius uitæ nulla fruebar conso latione, eramq; iam fere mortuus, quo modo Geñ. xlv. de Iacob dicitur, cum audisset filium suum Ioseph regnare in Aegypto, quasi de graui somno euigi lans, nõ tamen credebat eis, adeo scilicet, in desperationem Ioseph apud eum uenerat, cum autem uidisset plaustra, & omnia quæ miserat Ioseph, reuixit spi ritus eius. Ita & hic Dauid sese reuixisse & exurrexisse dicit de ꝓfundo somno cordis, ac uelut morte. Nam de naturali somno & quiete ego fateor me non posse intelligere, sed & ipse Dauid. ij. Reg. xix. cũ reuerteretur, ait: An ignoro me hodie factum regem super Israel? in quo manifeste indicat affectum, quem diximus desperati regni, quantum erat in re præsente.

Dauidis fides.

Non timebo mília populi circundantis me, exurge domine, saluum me fac deus meus. Hec iam reuocatus, dicit: Deinceps, nõ timebo mala, si tu mecum sis, ut psal. xxij. Exurge modo tu, & saluum me fac, sicut modo feciſti, estoq; deus meus, tum nihil erit, quod metuam.

Quoniam tu percussisti omnium inimicorum meorum maxillas, dentes peccatorum contriuisti. Cæsus est enim populus cum Absalom factaq; plaga magna, in die illa uiginti milium. ij. Reg. xviij. Et ita percussi ac contriti, qui eum iam deuorabant & conterebant.

Domini est salus, & super populum tuũ benedictio tua, Sela. Quasi diceret, Et si Semei cum suis dentes maledicos in me fixerint, dicẽtes: Non est salus ei in deo, præmũt te mala tua &c. tamen solius domini est benedicere & seruare, cui soli gloria in secula. AMEN.

PSALMVS QVARTVS.

Ad uictoriam in organis psalmus Dauid.

Obscurissimus plane psalmus ante faciem meam, & uix alius tam uarie expositus, quæ uarietas argumẽtum est, nõdum reuelatæ intelligentiæ.

Primum titulum, quem deinceps quoque sæpius habebimus semel tradi-
mus, למנצח lamnazeach, ante diui Hieronymi translationem uersum
ab antiquioribus, In finem, quod fere unanimiter exposuerunt in Christum
quem Apostolus uocat finem legis. Ro. x. dicens: Finis legis Christus ad iu-
ciam omni credenti. Quem finem rursus dupliciter accipiunt, quod Christus
& a lege tanq̃ finis & summa sit intentus, & legem ipse finierit, ut amplius
nos ei nihil debeamus, seu, ut Philosophi peripatetici dicunt, finis quo & ga-
tia cuius. Verum quid hæc ad titulum psalmi faciant, non uideo, nisi multa
uiolentia, hæc distrahas, & alia contrahas. Non enim omnes psalmi, qui hu-
inscriptionem habent, de Christo loquuntur, nisi hoc de Christo sit loqui,
quod est de quolibet opere gratiæ dei loqui, quod sine Christo nec magnum
nec paruum habemus. At tum oportuit in omni psalmo hanc inscriptio-
nem inscribi.

Hieronymus deinde transtulit, Victori, tum secutum est ad uictoriam,
quod Lyranus e Rabi Sal, sic putat intelligendum esse, uidelicet psalmum
ad hoc factum, ut leuitæ cantores, alternis choris cantantes, niterentur sein-
uicem superare, mensus forte diuinam illam Dauidis melodiam ad laudem
dei institutam, ritu clamosissimorum hominum, qui in templis nostris Ca-
thedralibus, chorales uocantur, qui cui cantent, ignoro, lapidibus & ligni
eos boare audio. Atq̃ tum concordans illud, quod alij in finem inscripserunt,
dicit hunc esse finem, uictoriam, scilicet clamoris, quam chorus uictor futurus
hoc psalmo cantando (iubente scilicet Propheta) quæsierit: etiam ista ludicra
possunt tanto serio doceri.

Cantores clamosi.

De Dauidis tribus musico rũ generibus.

Legimus autem libro. j. Paralipom. xv. fuisse institutа a Dauid tria genera
cantorum: Vnum quod nabilis, hoc est, Psalteriis caneret. Alterum, quod
Citharis, seu, ut uariare solet interpres, lyris. Tertium, quod cymbalis æneis
concreparet, his pro tempore addebantur buccina & tubæ. Atque tertium il-
lud genus, ibidem scribitur institutum, ut caneret in citharis superoctauam
lenazeach, quod transtulerunt Epinicion, id est, carmen uictoriale. Inde for-
te uenit quod lamnazeach, transfertur ad uictoriam, quod psalmis, eiusmo-
di titulo insignis, sit Epinicion. Hic meam confiteor ignorantiam: Nam si
hæc ita habent, nescio, quare non & omnes alij psalmi, Epinicia inscribantur,
qui uel eadem uel maiora in hãc sentẽtiam, q̃ hic psalmus & sui similes, conti-
nent. Tum quæ sit illa uictoria in psalmo cantata, iterum uarium erit, alijs
Christi uictoriam celebrantibus, alijs uero cuiuslibet Christiani in passione,
seu tentatione positi.

Ioannes Reuchlin in sua septena transfert: Ad inuitatorium, quod uelit,
eius generis psalmos esse quædam incitabula ad expergefaciendum, exhor-
tandumq̃ spiritum hominis, atque huic origo uocabuli, mire quadrat. Nam
Naza, instetit, sollicitauit, coegit, urgebat, significare dicit, ut Esdræ. iij. Vt in-
starent super eos, qui faciebant opus domini. Et iterum, ut urgerent opus
domini. Sed & res ipa psalmi non abhorret, quod meo iudicio hic psalmus sit,
mere exhortatorius ad opus domini, id est, ad crucis & mortis tolerantiam.
Verum an constans & perpetua sit hæc tituli ratio per omnes psalmos, lectо-
ris relinquo & curæ & iudicio. Ego hoc libens accepto, esse idem Epinicion
& inuitatorium, quandoquidem solent id genus carmina triumphalia mire
accendere & extimulare animos ad bellum, ita & psalmi ad crucis, tum bel-
la, tum trophea fortiter animant fideles Christi. Atque ita & ego possum

omnia

omnia conciliare: Ad uictoriam, uictori, ad inuitatorium, In finem, quod omnia huc spectent, ut animati hoc spiritus incitabulo, uincamus, & finem obtineamus hostium & omnium peccatorum, quo non superst, nisi triumphus gloriæ.

Musices usus sacer olim, in nostræ Eccle siæ errore ad turpē luxum redactus.

In organis, non est dubium genus pro specie, id est, citharis, accipi. Dictum est enim, q; Epinicia in citharis canerētur. j. Paralip. xv. Est enim organum hoc loco nomen commune in hebræo, ad omne musicum instrumentum. De laude & uirtute musicæ sileo, quæ ab aliis abunde tractantur, nisi q; hic apparet, usum musicæ fuisse olim sacrum, & diuinis rebus accommodatum, successu temporum (ut omnia) in luxus & libidinis seruitutem redactum. Nam hinc spiritus malus Saul pellabatur. j. Regum. xvj. Et Heliseo spiritus propheticus dabatur. iiij. Regum. iij.

Varie (ut dixi) hic obscurissimus psalmus expositus est. Augustinus, aut uerba Christi post resurrectionem, aut hominis in Ecclesia credentis & sperantis in Christo esse credit. Liram & Burgeñ. omitto, quorum ille de Dauid contra Saulitas, hic contra Idolatrias eum accipit. Hieronymus arbitratur non nisi de Christo intelligendum. Singulæ horum interpretationes extra captum meum sunt, sequar spiritum meum, & abundabo in sensu meo, citra cuius q; præiudicium. Ego somniaui mihi, hunc psalmum esse generalem quandam exhortationem ad totum populum dei, præsertim eos, qui operum & uiarum dei ignari, crucis sapiētiam exhorrent. Inter quos primi fuerunt & sunt Iudæi, filij Israel, quos maxime oportuit in hac re esse peritos. Nam, ut Ro. iij. Apostolus dicit: Scimus, quæcunq; lex loquitur, iis qui in lege sunt, loquitur. Quare Dauid una suarum tentationum, uel multis potius probatus, exemplo suo docet, quid agendum sit, & quo modo habendum in quacunq; tribulatione. & sic iuxta titulum, erit psalmus exhortatorius ad uictoriam, quod & ipsa uerba indicant, quibus sese doctorem illorum ostendit, dicens: Filij uiri scitote, iratscimini, sacrificate, sperate &c.

CVM INVOcarem exaudiuit me deus iusticiæ meæ.

Statim ab initio molliculos & querulosos erudit suo exèmplo docens, non alio currendum, sed dominum inuocandum in tribulationibus qui buscunq;. Quoties, inquit, inuocaui, inuocaui autem quoties tribularer (ut psal. cxix. Ad dominum cum tribularer clamaui) toties me exaudiuit, adeo ui delicet clemens & promptus est misereri dominus clamantium ad se, ut quid ergo uos molliculi omnia repletis querimonijs, uana solatia quæritis, ad hominem cōfugitis, & hoc unum remedium nescitis nec quæritis?

Artificium orationis diuini spiritus.

Obserua diuinum artificem & rhetorem incomparabilem, eodem exordio tria facit: Primo, ad filios hominum uersus, ac fraterna charitate pro eis sollicitus, docet quo fugiendum sit tribulatis, atq; id proprio exemplo, & modestissima iactantia. Ego, inquit, sic solitus sum facere, quod & uobis faciendum arbitror. Secundo, ut reddat eos beneuolos & obsequentes, diuinam simul commendat clementiam, exaudiuit me, inquit, q. d. persuasum habeo, quod & uos sit q; clementissime exauditurus, modo uos audeatis & inuocetis. Tertio, quod principale erat, sicut optimus Orator a gratitudine & laude incipit, qui est apud deum & homines optimus beneuolentiæ captandæ modus. Sic enim

iubemur & dominicam orationem ordiri, Pater noster, eo uerbo omnia bo-
ficia dei, affectu dulcissimo comprehensa repetentes.

Hoc est nimirum quod uerbum ad filios hominum uertit, quod tamen
buerat ad deum uertere, uerum noluit illos relictos, & solus & uacuus uer-
ad conspectum dei, ideo & beneuolentiam gratus captat, simul & fratrem
lutis cupidus erudit infirmos, nam sequenti parte, mox ad solum deum uer-
uerbum, dicens: Dilatasti mihi, ubi iam, quos allocutus est parte priore, ser-
ad dei conspectum perduxerit, ut iam non solum audiant, quid fecerit in pr-
teritis tribulationibus, sed etiam uideant exemplum, quo soleat ad deum re-
fugere præsenti tribulatione, ita uerbo & exemplo suauissime confortans.

Iusticia mea egregie tractatur.

lam illud, deus iusticiæ meæ, qđ sine periculo dici quoq; potest, deus iustic
mea, quanq; non negem significare, iusticiam esse a deo, & quod solus deus
iustificet, tamen uidetur mihi Propheta tangere summam quæstionis seu qu
relæ, quam solent infirmiores prætexere, scilicet, q; sibi iniuriam fieri arbitren
tur ab aduersarijs, ideoq; iuste se indignari & irasci, quos Propheta non acer
be exagitans, sed suo exemplo (ut dixi) suauiter erudiens, monet oblinisci ip
am iusticiam, eamq; cum tota causa tradere deo iuste iudicanti, nec plus sibi a
rogare de iusticia, q; deo uisum fuerit, sicut de Christo dicit Petrus, j. Pe. ij.
Qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur non comminaba-
tur, tradebat autem iuste iudicanti (id est, rem deo commendabat, qui iudi-
cat iuste) Ita hic dicit: Quoties ego iniurias patior, inuoco deum iusticiæ meæ,
hoc paratus habere pro iusticia, quicquid ille iudicauerit: Quare aliam iustici-

Consolandi docta ratio.

am meam ignoro, nisi ipsum deum, eiusq; sanctam uoluntatem. Nonne ille
est artificiosissimus modus consolandi infirmos, non damnare quidem eo-
rum causam, nec iustificare, sed ab eis tollere, & in deum trāsferre, simul ipsos
cum causa in deum rapere, ut iusticiam suam id ducant, quicquid deus fecerit,
atque ita dei uoluntatem patienter ferant. Hunc sensum eo libentius sequor,
q; iusticia mea, mihi, usu scripturæ magis causam propriā significet, q; gratiam
illam iustificantem, quam potius iusticiam dei appellat. Ro. j. Iusticia dei re-
uelatur in illo ex fide. Et psalmo. xxx. In iusticia tua libera me (non utique in
mea) Contra Geñ. xxx. Respondebit q; mihi cras iusticia mea. Et psalmo. vij.
Iudica me domine secundum iusticiam meam, & secundum innocentiam me
am super me. Hæc est enī iusticia inter homines, quam & ipsam iudicat deus,

Iusticia inter homines.

licet nullis satis sit coram deo. Et fit, ut inique aliquando inferatur, quod tamen
non inique sustinetur. Recte ergo eos reuocat a fiducia iusticiæ suæ, & in de-
um transfert, ne forte multo maiora digni sint pati coram deo, quantumlibet
iusti sint apud homines.

Et sane est hæc doctrina utilissima, hominibus semper neglecta. Nam si hæc

Iura hominū.

seruaretur, tot fora, iurgia, iura, lites, causæ non essent. Otium enim hominum
ore iactatur iusticia iusticia, ius & ius. Rarus est, qui ad exemplum & uerbum
huius prophetæ iusticiam suam, deo commendet, sinatq; eum esse deum iusti
ciæ suæ, seu potius iusticiam suam. Hinc totus orbis pro iusticia & iure tumul
tuatur, bellis, cædibus, litibus, & infinitis peccatorum & malorum monstris,
& fit, ut iusticia sit causa fere sola omnium iniusticiarum. Sic enim excęcat eos
error, quod statim etiam apud deum iusticiam esse putent, quicquid suis dicta
minibus cōsilijs, & hominum decretis iusticiam esse didicerunt, de quare, nisi
alia nunc agerētur, multa essent necessario dicenda.

In tribu-

In tribulatione dilataſti mihi.

Tautologia eſt, nam idem eſt exaudiri & dilatari in tribulatione, ſicut pſal. cxvij. De tribulatione inuocaui dñm, & exaudiuit me in latitudine dñs. Eſt autem, dilataſti mihi, ſeu latitudo iſta, hebraiſmus, & metaphora uel metonymia propria ſcripturæ, quam nos ſine figura, cõſolationem dicimus, ſicut econtra anguſtiam, triſtitiam, & afflictionẽ dicimus. Sicut enim cor & omnes ſenſus contrahuntur, dum fugiunt & horrent triſtia, ꝙ ſi ex omni parte urgeat malum, iam fere fit anguſtia & undiq; in arctum cõtractio: Ita dilatantur & diſtenduntur, dum ablato malo rurſum bona & iucunda conferuntur. Et ſane ꝙ proprie eo uerbo exprimitur natura triſtitiæ & lætitiæ. Nam & in fronte & uultu toto uidemus, ꝙ contrahantur triſtibus, & dilatentur iucundis rebus. Ideo de impijs pſal. xvij. dicitur: Et contrahentur in anguſtijs ſuis: Vnde & Apoſtolus Ro. ij. duo illa componit: Tribulationem, & anguſtiam, malum, ſcilicet, & fugam mali, ſic tamen ut fugi non poſſit. *Natura lætiæ & triſtitiæ*

Dilataſti me potius: ꝙ dilataſti mihi dicẽdum fuiſſe uidetur: Sed Idiotiſmus hebraicorum uerborum eſt, quod ſæpius abſolute ponuntur, & ſui nominis accuſatiuum abſtractum includunt, uel in nomen ſuum uerbale reſoluuntur: ut dilataſti mihi, id eſt, latitudinẽ feciſti mihi, fuiſti dilatator meus, hoc eſt, conſolationẽ mihi feciſti quoties inuocaui in tribulationibus meis. Et ſic captata eſt beneuolẽtia, ſimul & eruditi infirmiores, immo, ſi uoles, hunc uerſum, ut argumentum huius totius pſalmi habere poteris, proponit enim erudire infirmos, ut inuocent deum & cauſam ſuam deo commendant, dei iuſticiam laudent, conſolationem alibi non quærant, ſed certiſſimam & magno fructu a deo expectent, atq; id efficaciſſime ſuo proprio exemplo, ſe uelut ſocium eis iungens, & eorum caſus ſibi communes faciens. *Grãmatica in ſacris literis.*

Miſerere mei, & exaudi orationem meam.

Confiteor, inquit, ꝙ me exaudiſti, quoties inuocaui, de quo non modo gratias ago, ſed & ſecurus ſum, ꝙ ſicut deinceps & ſemper abundabunt paſſiones in nobis, ita ſemper ſis nos exauditurus clamantes ad te. Qua fiducia etiã nunc tribulatus, iterum inuoco, ut iterum exaudias. Quando autem in hebræo hic uerſus poſterior pars eſt primi uerſus, uoluit mea cogitatio totum hũc uerſum intelligi, tanq; formam præſcriptam infirmioribus, qua ſe gererent iniquetribulati, & hanc particulam eſſe uelut præmãſum cibum, quo Propheta eos, uelut pueros, doceret, quibus uerbis uti debeant inuocaturi deum, nempe iſtis: Miſerere mei, & exaudi orationẽ meam. Vt primo miſericordiam dei ſuper ſe & pro peccatis ſuis implorẽt, quibus forte longe peiora meruiſſent, ac ſic interim uindictæ obliti, cauſam deo committerẽt, tum exaudiri peterent. Nam iuſtus in principio accuſator eſt ſui: Prouer. xviij. Et placẽs deo miſereꝛ primum animæ ſuæ: Eccleſ. xxx. ideo primum pro ſe gratiam implorat, tum demum a pœna liberari petit. Verum hæc non auſim aſſerere. *Modus orãdi.*

Proinde eſto, ꝙ ſit in noua tribulatione, noua inuocatio, in qua nihilominus id quod dixi obſeruandum eſt, ut non tam pro pœna ꝙ peccato ſolliciti ſimus. Primum, miſericordiam dei impetrãtes, ne forte more ſtultorum peruerſiſſimo, noſtram culpam quæ pœnam meruit obliti, alienam culpam, quæ noſtram pœnam operatur, ſolã uideamus, trabem in oculo noſtro relinquẽtes, & feſtucam *Tribulationis cã deprecãda eſt primo, nõ tribulatio.*

ſtucam e fraterno oculo eijcere conantes. Nam primum deprecanda eſt tribulationis (quæ peccatum eſt) non tribulatio, ideo primum deus miſereri noſtri oportet, tum quorum miſertus fuerit, exaudiat.

Pſalmi tribulatorum ſolatia.

Vides ergo pſalmos in hoc eſſe per ſpiritum ſanctum æditos, ut ſint tribulatorum ſolatia, ideoq; qui tribulari nolunt, q̄ ij qui pſalmos die ac nocte uerſant, aut uerſare debent? Nonne illud Amos. vj. eis conuenit, ſicut Dauid putabant ſe habere uerſa Cantici? Quomodo pſallent qui pro diuitijs, priuilegijs, iuribus, bem cædibus inuoluunt, non contenti fulminibus ſuis proprijs? Ideo Pſa rij hodie nullus uſus, niſi quem patitur a uocibus & murmurationibus, ſu indignum, & tamen aſſiduum.

Filij hominum uſquequo graui corde, ut quid diligitis uanitatem & quæritis mendacium. Sela.

Sanctus Hierony. ſic transfert: Filij uiri, uſquequo inclyti mei, ignominio diligitis uanitatem, & quæritis mēdacium. Certe uim hebraicorum, recte tan git hic ſanctus uir, nihil enī de corde habet hic uerſus, pinde perſpicuum eſt interpretem noſtrum, quiſquis fuerit, erraſſe, & beth pro caph legiſſe, & quod amplius eſt, dictionem unam in duas diuiſiſſe, pro לִבְלִמָּה lichlimma (quod ad ignominiā ſonat) legiſſe לֵב לַמָּה leb lamma (quod cor, utquid, ſignificat) ideo ubi Hiero. ignominioſe una dictiōe, ibi, corde, utqd, ille duabus trāſtulit. Et qd heb. כְּבוֹדִי chebodi, noſter, graues, Hiero. glorioſi mei, ſeu inclyti mei reddidit, nā gloria hebræis, eodem pene uerbo ſignificat, quo grauitas.

Nec filij hominum hebræus habet, ſed filij אִישׁ iſch, hoc eſt, filij herois, & qualis pſal. j. dicitur: Beatus uir, non enim hic filij Adam habetur, quo ſignifi catur carnis generatio. Quare nō filios carnis uidetur indicare, aut non ut car nis filios eos alloqui, ſed quomodo magiſter, præceptor, aut quocunq; nomine maior, filios uocat ſuos minores.

Primum, ego ſpiritum meum effundam, deinde alia uidebimus, uerſum ego ſic transfero: Filij uiri, uſquequo gloria mea ad ignominiam, diligitis uanitatem, & quæritis mēdacium? Sela. Ita mihi uerba Prophetæ in perſona dei ſeu Chriſti eſſe uidentur: Primum, Iudæos appellantis, deinde & Gentes, ut Apoſtolus ſolet loqui, ut ſit ſenſus: O filij Iſrael, quouſq; nomen meum apud uos polluitur? quamdiu mea gloria per uos ignominiæ patet? dum me deſero, qui ſum ueritas & uita, diligitis uanitatem, & quæritis mendacium? Quæ quo modo fiant, nunc uideamus.

Dixi, pſalmum eſſe exhortatorium ad eos, qui fidei defectu *in cruce & inſtitutis* ſcandaliſantur, & animo deijciuntur, quod uitium *infidelitatis eſt, & certe* mem ſpiritualis Idolatriæ, quales accuſantur filij Iſrael *in deſerto fuiſſe*, pſal. lxxvij. Generatio praua & exaſperans, generatio quæ non direxit cor ſuum, nec eſt creditus cum deo ſpiritus eius. Hic manifeſte arguitur uitium cordis, quod erat diffidentia, ignorantia crucis, & inſipientia *in* uia dei, quia ibidem dicit: Non ſuſtinuerunt conſilium dei, quo uitio per totum uetus arguuntur teſtamentum. Ab hoc crimine mox uenit, exterior illa & uaria Idolatria pro diuerſitate infinitorum affectuum, ut alius illum, alius iſtum deum quæſierit, & unusquiſq; gloriam deo debitam, increaturam ex qua uel eſſet cōſecutus, uel ſperaret ſolatium, transferret.

Quando

Quando ergo gloria & cultus dei, cõsistit in syncera fide, robusta spe, & perfecta charitate in deum, necesse est, ut qui in deum nec cõfidit, nec credit, nec diligit, sed in quacunq; creatura sese solatur, gloriã dei ad ignominiam uertat, & nomen ac opus, quæ deo debuerat, in creatura quærat. At ita faciunt plane omnes, quotquot in tempore tentationis recedũt (nam de ijs potissimum hic loquitur) Quare ab initio sui ad finem usq;, mundus plenus est Idolatria: cũ quis non semper imagines adorent creaturarum, tamẽ habent affectum illum, qui omnium Idolatriarum fons & caput est: Hic autem est (ut dixi) rebus & creaturis fidere, frui, delectari, qui soli deo debetur, id est, infidelitas & diffidentia, ac per hoc & contemptus, odium q; dei. Sic psal. lxxvij. Et mutauerunt gloriam suam, in similitudinem uituli comedentis fœnum. Quo uersu pulcherrime uim Idolatriæ describit, gloriam eorum uocat, gloriam dei: quia apud eos solos erat gloria dei, (id est, recta fides & cultus dei) qua gloria dei, & ipsi gloriam apud deum & homines habebant. Ita &. j. Regum. iiij. Translata est gloria dei ab Israel. Et Roma. j. Mutauerunt gloriam incorrpti bilis dei, in similitudinem imaginis hominis. Quid est enim, gloriam dei mutari, nisi cultum dei mutari? Nam dei cultus, breuissimo compendio, aliud nihil est, q; gloria dei: Gloria dei nihil aliud est q; ei credere, in eum sperare, eum diligere. Quia qui ei credit, ueracem eum ducit, ac per hoc ueritatem ei tribuit. Qui sperat in eum, potentem, & sapientem, & bonum arbitratur ut a quo possit iuuari & saluari, ac per hoc ei potentiam, qua possit, sapientiam, qua nouit, bonitatem, qua uelit iuuare, tribuit: hoc autem est, uere deum esse, uere deum habere. Tunc mox amor sequitur in eum, sua sponte, sibi placens in tali deo ac præciosissimam opinionem de eo concipiens. Qui autem non credit, mendacem facit, qui non sperat, uel impotentem uel nescientem uel nolentem facit, quæ sunt horrenda: tum sequi necesse est, contemptum dei. Ex quo deinde translatu ad creaturam (cum necesse sit humanum cor credere, sperare, diligere aliquid) fidit uel in diuitias uel fauorem, uel uires suas, uel alia quæcunque, uel in stultam opinionem siue de uero siue de falso prædicatam. Vbi si aliquando (permittente deo) senserit solatium, toto corde & amore huc fertur. Et sic, potentia, bonitas, & omnia quæ ad gloriam dei pertinent, ad ignominiam uersa sunt, & tributa ei cui non debentur.

Mundo nunq; deest Idolatria.

Cultus dei.

Vni deo glia.

Sic in Isa. xxiiij. Gloriam meam alteri non dabo, nec laudem meam sculptilibus. Omnia, scilicet, bona tribuit etiam hostibus suis, sed gloriam sibi seruat, quia non sunt tribuenda bona quæcunq; accipiuntur aut quærunt, q; uni soli deo, quo prædicatur eius solius bonitas ac uera diuinitas. Istis sic cognitis, credo uersum hũc esse facilẽ, q; ignari crucis & uacui fidei, gloriam dei mox ut cœperint pulsari, prostituunt, & ad quodlibet aliud confugiunt, q; ad deũ: Consiliũ, auxilium, salutem, non ab eo cuius sunt, sed a seipsis uel creaturis (in quibus non sunt) quærentes, non credentes ultimum uersum, psal. præcedentis: Domini est salus, & super populũ tuum, benedictio tua.

Videamus ergo, Affectus & Emphases huius uersus: Primum, ut sit acris & uehemens exhortatio, dignissimo titulo eos allo quit, filij (inquit (uiri: qui uir, siue Abrahæ siue Israel, siue Christus intelligat, idẽ erit, quanq; magis proprie Abrahã ego intelligerẽ, cũ de Iudæis primũ intelligo. Hic enim pater multarũ gentiũ uocatus est: & quia nõ hoc tantũ loco, sed & Isa. lj. simili exhortatione dicitur:

dicitur: Attendite ad petram, unde excisi estis, & ad cauernam laci de qu
cisi estis. Attendite ad Abraham patrē uestrum, & ad Saram, quæ peper
unum uocaui eum, & benedixi ei, & multiplicaui eum. q.d. Attēdite mo
modo carnaliter ex illo nati estis, sed quomodo illum uocaui: & non cr
iustificatus est, sed per fidem in me, ita & uos facere oportet, si filij eius e
lueritis. sicut Iohan. viij. Si Abrahæ filij essetis, opera Abrahæ faceretis. Ita
ut Abraham eis proponat patrem nō carnis, & eos moneat fieri filios eius
rituales: potius dicit, filij uiri: q̄ filij hominis, & cum potius sint adulteri
spurij coram deo, qui carnem Abrahæ sine fide eiusdem iactant, tamē ho
tur eos tali hónore, quo blandius & efficacius tales faciat, quales appellat
Paulus Galatarum Ecclesias uocat: cum iam essent seducti & extra fid
fidem exturbati. uerum nihilominus oblique eis opprobat, degenerē esse
q̄ cum tāti herois sint filij, nihil tn minus prestent q̄ filios eiusdem.

Deinde & illa quæstio, usquequo, miram habet energiam: infignem hor
diuinæ longanimitatis suauitatem commēdans, simul grauissimum acdiu
num salutis eorum dispendium commiserans. q.d. cum sitis immo esse debe
filij tāti uiri, de quo unice gloriamini, usquequo grauissimo uestro salutis
riculo, & diuinæ patientiæ abusu, tales nos exhibetis, & ita degeneratis, ut
lo nomine sitis filij tanti uiri. Hoc autem facitis, dum nec creditis nec sperati
in deo in quem ille credidit: quin hanc in me fiduciæ gloriam, in meam &
stram confusionem & ignominiam alio uertitis, ignoratis enim in aduersis
bus non nisi ad me currendum esse. Ego enim (ut Isa. xlvj.) ego feram, ego pe
tabo, ego saluabo. Cur alius hac gloriæ potit, qui nō pōt eam implere? Cur m
hi non datur, qui solus hæc possum & uolo, cui solidebetur? Vides q̄ suauis
quidem sed ardens ualde hæc expostulatio.

Iam & hoc suum pondus habet, q̄ grauissima antethisi gloriam adignomi
niam trahi, nō quāuis gloriam, sed suam propriam, expostulat. Quo solo audito
tu pia mens, penitus debeat contremiscere: horribile enim auditu est, gloriam
dei in ignominiam & laudem dei in blasphemiam uerti, quam omnis creatura
summis uiribus studet uenerari.

Atq; ipsemet hanc rem tanti facit momēti, ut eclyptica, oratione utatur, per
reticeniam, seu aposiopesin, uerbū omittēs dicens, usquequ gloria mea in ignom
minimam, scilicet, mutatur & uertitur. Sicut Paulus Ro. j. Mutauerunt gloriā
dei &c. Hac enim aposiopesi indicat, tantum esse hoc flagitium, ut fas non sit
nominari, præ horrore nimiæ impietatis. Longe enim mitior fuisset culpa, si re
bus creatis abuteremini in ignominiā, & gloriam operis mei ad contumeliam
traheretis, sicut fit, si ex auro fiat uasculū auro indignum, si homo nobilis sit si
ne honore: Sed gloram meam non modo mihi non dari, uerumetiam auferri,
nec simpliciter auferri, sed etiā in ignominiā mutari, hoc scelus est, a quo cæli
stupescant, quod aures non ferant & lingua timeat proferre.

Ecce quanta ui uerborum cogit nos deus noster ad fidem sui, id est, ad salu
tem nostram.

Nunc facile erat alias translationes huic meæ conciliare, licet sensum non
adeo reddant expressum. Filij hominū &c. q.d. Vere filij hominum estis, ma
gis q̄ filij uiri, quem referre debetis, sed carnem eius & patrum uestrorum, nō
fidem eorum sapitis, usquequo graui corde, & pondere infidelitatis deorsum
mentes, infidutia rerum incumbitis, ac gloriam quam mihi debetis, creaturis
tribuitis? sicut iam satis est dictum.

Ita & illud

In & illud Hiero. Filij uiri usquequo ignominiose diligitis uanitatem. q. d. cedit hoc ad gloriæ meæ ignominiam & uestræ, quod deserta fiducia mei, diligitis alia & me, qui sum ueritas &c.

Pulchro ordine, primum, uanitatem diligi, deinde mendacium quæri dicit: Primum est enim omnium, affectus ipse, seu amor, seu uoluntas, seu studium, quo si peruersus & impius est, mox opiniones parit impias, falsas & mēdaces. Ex ijs autem duobus (ut psal. j. dictum est) pēdet uniuersa cuiuslibet hominis uita: ita fit ut cōtra Mosen Deutro. xij. Vnusquisq; faciat quod sibi rectum uidetur. Hoc studiū, hoc consilium impiorum, has cogitationes hominū uanas, hoc loco per mendaciū taxat spiritus, & fere per totam scripturā, ut per psalterium uidebimus. Igitur amor uanitatis auertit affectum, quo auerso, mox infigitur mens malis opinionibus, ut sicut res male amat, ita de rebus male iudicet, & excæcata per malitiam mente, in errore & mendacijs suis, tanq; in ueritate, sapientia & omnino in luce se ambulare putet.

Amor parit opiniones.

Mendacium idē cogitatio uana.

Singula uerba epitasin habent, uanitas est, ut Eccle. per totum copiosissime definit, quicquid deus nō est. Nā si uana salus hois, quāto magis omniū aliarū rerū: Est ergo ista uanitas, p hō crucis gratiā ignorans, non in deo, sed quouis alio, quærit auxiliū & solatiū; nec enim inueniri pōt salus aut ullū bonū, nisi in deo: Cætera oīa sunt afflictio spūs, & irritatio ac titillatio ad cōsolationē ueri⁹ us & cōsolatio, & salutis ac boni potius incitabulū, & salus & bonū.

Vanitas quic quid nō deus.

Porro, uanitatē habere, non perinde summū malorū est: Est enim omnis homo uanitas, & nihil nouum sub sole; aut si malum est, tolerabile est. Nullus etiam sanctorū est, qui nō speret, fidat, cupiat, metuat, amet, odiat, plus, minus & debeat, uerū hoc corpus mortis, has leges peccati, has uanitates, odisse oportet, nō diligere, nō in illis placere. Creaturæ solatio & auxilio uti malū non est, sed amare & in eis hærere præ amore earū in deū nō fidere, impietatis est.

Vanitas tolerabile malū.

Sancti quid odiant.

Mendacium etiam mitius malū est, & quærere mēdacium, siquidem potest quispiam seduci, & uanitatem pro ueritate amplecti: sed quærere impium est: Cum enim omnis homo sit mendax, non id quærendum est, ut nostris opinionibus, nostris iudicijs, seu, ut dicunt, nostris dictaminibus obtemperemus, & uitam regamus: Sed maxime conandū ut ab ijs temperemus, & diuinæ sententiæ cedamus, eiusq; iudicio agamur & agamus. Proinde nihil potest Christiano homini pestilentius tradi, & Philosophia moralis, & decreta hominū, si ita tradantur, ut credat in his se recte incedere coram deo. Nam sic fiet, ut cōsilijs his innixus, quicquid contra se geri uiderit, iudicet, damnet, persequat, ac per hoc crucem Christi repudiet, & uiam dei penitus contēnat: Quæ tunc optime & p̄sperrime habet, quādo sine ductu & cōsilio nostro uiuimus, ac uelut per desertū & inuiū, Christū in colūna ignis sequimur. Hoc em̄ est non uanitatē, sed soliditatē diligere, nec mendaciū, sed ueritatē quærere, quæ oīa in tempore passionis & aduersitatis melius sentiri possunt, & uerbis dici, aut corde cogitari, nā experiētia opus est (ut sæpe diximus) ad intelligenda uerba dei, Non em̄ dici aut sciri, sed uiui uolunt & sentiri, sicut ille qui dixit psal. cxv. Ego dixi in excessu meo, oīs hō mendax. Cur mēdax? quia in ecstasi passionis positus, & sola dei fide uiuēs, & fiducia rerū exutus, in qua oēs homines mersos uidit, secure p̄nūciat, eorū affectus esse uanos, & uniuersa cōsilia ac studia eorū mēdacia, quia sine fide dei sunt: Si aūt sine fide, iam sine uerbo dei: Si sine uerbo dei, iam sine ueritate, atq; ita uere mēdacia & uana oīa quæ extra fidē sunt, quæ ueritas est p̄pter uerbū ueritatis, in quod creditur, & credēdo hæret.

Mēdaciū quæ rere impiū.

Ethica philosophia & traditiones hominum, mala christiano homini.

Philosophia christiana experientia docetur.

Vana omnia quæ extra fidem.

Habemus ergo huius uersus sententia, esse omnes impios, Idolatras, gloriæ uiolatores, qui in tribulatione quacunq; a fide, spe, & charitate in fiduciam & solatiū rerū, atq; his studijs sese tuentur & regūt.

De dictiuncula Sela, satis dictum est: Nam & hic signādi affectus grati hi poni uidetur, ꝙ reuera magni æstimādum sit, uniuersum hominum adeo uitiosis affectibus & opinionibus esse implicitū, ut uanitatē diligāt dacium quærat, ita ut res, ꝙ dignitate, non queat satis dici & inculcari.

Et scitote, quoniam mirificauit dominus sanctum suum, dominus exaudiet me, cum clamauero ad eum.

Crucē hoies odiunt.

Saluberrima eruditio: Nam hoc est, cur filij hominū exhorreāt crucem, quia est ueritatis & soliditatis, potius uanitatem & mendacium sectātes, ꝙ ignorāt in cōp, quid agat, quid uelit, quid cogitet deus quando nos tribulationibus tentat: iudicāt enim sicut equus & mulus, secundū id quod patet & sentitur. Patet autem tūc aliud nihil cōp ignominia, inopia, mors, & omnia quæ in Christo nobis passo monstrātur, que si sola intuearis, & nō cognoscas in ijs diuinam uoluntatē, eamq; feras & laudes, necesse est ut in cruce ista scādalizeris, & ad tua confugias, ubi mox Idolatra fias & gloriam deo debitā creaturæ tribuas. Iohan. xvj. Cum rationem redderet, quare Iudei essent persecuturi Apostolos, & extra synagogā facturi, dixit: Hæc faciēt uobis, quia non nouerūt patrem, neq; me. Quomodo non nouerunt, qui tam multa cū Christo pro deo contenderunt? Sed Christum nosse, est crucem nosse, & deū sub carne crucifixa intelligere. Hoc enim uult deus, hæc uolūtas dei, immo hoc deus est. Ideo ꝙ crucē, crucisq; uerbum suis affectibus & opinionibus tanq; uanitati &, mendacio cōtrarium, odiunt & persequuntur, in causa est, ꝙ ignorant deū, seu (quod idem est) uoluntatem dei non nouerunt. Ita & Iohan. vj. Quando dixit, nisi māducaueritis carnem meam, & biberitis meum sanguinem: nō habebitis uitam in uobis. Durus hic sermo erat, ita ut multi discipulorum quoq; scandalizati abierint retrorsum.

Quid sit Christi carnē manducare, & bibere eius sanguinē.

Quare durus sermo? quia manducare hanc carnem, & bibere sanguinem, est Christo per fidem incorporari, & passionibus eius communicare. At hoc summe horret, prauus affectus, & peruersis opinionib⁹ uiciatū cor: Hoc est, quod hic dicit: Nolite timere: neq; putetis uos perire, si affectus & sensus uester occumbat, si quæcunq; patiamini contra opiniones uestras sunt. Sed estote prudentes, cognoscite dominum, intelligite uoluntatē eius, auertite oculos ne uideāt uanitatem, quoniā mirabilis est dominus in sanctis suis, aliud agitur, & aliud lōge apparet: Occidere uidetur, sed reuera uiuificat, percutit, sed uere potius sanat, confundit, sed uere tunc glorificat, deducit ad inferos, sed uere reducit potius ab inferis, & his similia, de quibus multa diximus in præcedētibus. Quid ergo mirabilius diuina hac uoluntate? habitat quidem in altis, sed humilia respicit, stultos facit, ut sapientes fiant, infirmos facit, ut potētes reddat. Verum prius quidem apparet & sentitur, ac posterius nisi fidem habeas, non adeo queris. Sic enim & Petrus. j. Pe. j. dicit in prophetis esse pronunciatas priores passiones, & posteriores glorias. Ideo monitorio & exhortatorio egemus, quo eleuemur ad cognoscendum deum, in eiusmodi casibus, Scitote, inquit, quoniam mirificauit.

Quasi dicat,

Quasi dicat, quid fluctuatis? quid quæritis hic & hic cõsilium & auxilium? quid diligitis hoc & hoc solatium? uana sunt hæc oĩa, non modo nõ iuuantia, sed & mendacia uos misere fallentia: Scitote, & certi estote, audite & credite, fixacst & immutabilis sententia, quod quicunq; sanctus dei esse uoluerit, qui cunq; gratiam eius obtinere & gratus ac placitus esse cupierit, hunc necesse est pari, ut deus sit in ipso mirabilis. Mirabilis autẽ esse nõ poterit, si consilium & auxilium uestrum, aut ullius creaturæ uos iuuare poterit, nam hæc, quia supra captum uestrũ non sunt, mirabilia nõ sunt. At ubi desperatũ fuerit tã in uobis q̃ in oĩbus alijs, & soli diuinæ uolũtati causa commẽdata: Ecce tum erumpet quasi lumẽ iusticia uestra, psal. xxx. Et educet tanq; meridiẽ iudiciũ uestrum, uita & tempore prorsus incogitabili, tam uobis q̃ omnibus.

Patiẽdum no bis, ut sit in no bis deus mira bilis.

Sanctus hoc loco heb. חסיד hasid dicitur, qui is proprie sanctus est, qui misericordiam consecutus est, quẽ nos gratia iustificatũ uocamus. Atq; oĩonem distributiuam intelligi oportet, seu numerum pro numero, in hunc modum: Scitote, qm̃ mirificauit dñs sanctum suum, id est, sanctos suos, quod est dicere, Scitote, q̃ deus mirabiliter regit & agit hominẽ quemcunq; iustificat, & gratia induit, ut discatis, qui deo placere uoluerit, hunc (ut dixi) oporteat scire hoc domini consilium & uoluntatem bonam, placentem, & perfectam. Nam & Ro. xij, dicit probari hanc uolũtatem non posse nisi renouatione mentis, qua semper occidit affectus & opinio nostra.

Sanctus pro prie hoc loco.

Dominus exaudiet me &c. Iterum uerbo & exemplo docet infirmos, nam poterat ad sanctũ mirificatum retulisse & dixisse: Dominus exaudiet eum cum clamauerit ad eum: aut priorem partem posteriori sic comparasse: Scitote qm̃ mirificauit dñs me. Sed, ut dixi, istæ psonarum subitæ mutationes, affectuum significant uarietates & miras trãslationes. Formãda est ergo psona pphetæ, nimia charitate pro filijs hominum solliciti, & nũc se inter sanctos, nunc inter peccatores numerãtis, quo omnes lucrifaciat: Dñs, inquit, exaudiet sanctum suum, quod si hoc parum mouet, dico q̃ exaudiet me, qui & ipse unus sum sanctorum, id est, eorum qui gratiam eius consequuntur.

Personarum subitæ muta tiones.

Sanctus.

Et aduerte affectum, q̃ filijs hominũ suadet quidẽ ut sustineãt manum dei, uerum quia res ista in fide geritur, ostendere non potest, quod dicit, non apparet deus (ut dixi) ideo quod extremum habet & potest, facit, promittit, scilicet, auxilium dei. q.d. hoc unum habeo quod possum p uestro solatio: Quia promittere uobis cum fiducia possum, exaudiendo uos esse, ideoq; confidite, ne diligite uanitatem, ne mutetis gloriam dei, sed expectate, atq; ad hoc meo exemplo quoq; cõfortamini, quia ego certissimus sum q̃ dñs exaudiet me, non modo hac hora, sed quoties clamauero, ita uidem̃ pijssimã solicitudinem spiritualis animæ, pro fratribus suis, nam iactare se non audet, & tñ pro necessitate fraterna, cogit seipsum in exemplũ proponere, sicut Apostolus Paulus quoq; facit in multis locis: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Et. ij. Cor. vij. Nos neminem læsimus &c. Ad hanc enim iactantiam uitandam uidetur priore parte uersus in tertia persona sanctũ dixisse, ne uane gloriaretur se esse, cum q̃ deus mirabiliter ageret, quod in posteriore parte omisit, q̃ clamare ad deum, nõ sit magnæ iactãtiæ fomentum, sed potius afflictionis indiciũ. Igitur docet nos spiritus benignus in mirificatione nostri (id est, tribulatione) aliud fieri non debere, q̃ sustinere mirificatorem dñm & clamare ad ipsum, non fugere passiones, non quærere mendacia, & quæ nobis bona ac recta uidentur, quæ est species omnium nocentissima.

Promittunt sancti.

Sollicitudo pro fratribus

Iactantia sanctis cauenda.

Quærere mẽdacia.

Irascimini & nolite peccare, quæ dicitis in cordibus uestris cubilibus uestris compungimini. Sela.

Hebræus ita habet, autore Hieronymo: Irascimini & nolite peccare, ni in cordibus uestris super cubilia uestra, & tacete. Vbi patet, pronomen & coniunctionem, &, in nostris superfluere uerbum etiam compunguimini coegit interpretes alium sensum sequi, cũ textus præbeat. Quare hebraismo uideamus. Propheta cum filios hominum uersu tertio a uanitate & dacio retraxisset, hoc est, a falsis affectibus, & corruptis opinionibus rebus possent obtendere, quid tum faciẽdum est? quo nitendum est? adeo ne deserere debemus? uersu quarto respondit, ut fiderent in domino, in eius misericordiam niterentur: Sciẽtes, quoniam hæc, deo operante, nõ ad peccandum sed ad salutem (& si mirabiliter) proficiant, quæcunq; ab iniuriosis patiuntur. Hoc uersu, si rursus querulentur, & quis saltem potest non moueri & irasci? quis saltem non querulari & accusare iniuriantes? Respondet suauiter, Irascimini (inquit) sed non ita ut peccetis irascendo. Scio motum iræ non esse in nostra potestate, sed consentire cauete. Ita Paulus Galath. v. Spiritu ambulate, & carnis desyderia nõ perficietis. Et Ro. vj. Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore ut obediatis concupiscentijs eius. Et Ro. xiij. Et carnis curam ne feceritis in desyderijs: Quæ omnia huc spectant, quod desyderia mala, non libidinis cũ iræ in nobis sunt, sed agendum ne regnent, hoc est, ne obediamus eis (ut Paulus dixit) Sic Ro. vij. queritur se facere quod non uult, & facere quod uult. Et iterũ, se mente seruire legi dei, & carne legi peccati. Quare hoc? quia uellet malis desyderijs carere, & non potest, & pura desyderia solum habere & non potest. Sicut & Galath. v. Spiritus concupiscit aduersus carnem, & caro concupiscit aduersus spiritum. Hæc enim sibi aduersantur ut non ea quæ uultis faciatis. Claret itaque uerbum irascimini non præceptionis autem exhortationis esse ad bonam iram contra peccatum, sed permissionis seu concessionis malæ iræ contra iniuriam propter ineuitabilem & inuincibilem carnis infirmitatem. Sic & beatus Augustinus hoc uersu: Irascimini (inquit) & nolite peccare, id est, etiam si surgat motus animi, qui iam propter pœnam peccati, non est in nostra potestate, saltem ei non consentiat ratio & mens, quæ intus regenerata est secundum deum, & mente seruiamus legi dei, si adhuc carne seruimus legi peccati. Hæc ille præclare & pulchre. Est ergo sensus planus: Irascimini & nolite peccare, hoc est, ex quo querulamini uos non posse non commoueri, tristari, irasci, tremere (hæc enim omnia hebræũ uerbum sonat) tãto iniuriæ malo, age, scit pater uester cœlestis hanc infirmitatem uestram, mouemini & irascimini, modo non eo procedatis, ut quippiam mali cogitetis, dicatis, faciatis, permittatis aduersus animam uestram, & sic in deum, uosipsos & proximum peccetis. Hunc sensum, eo libentius amplector, q̃ spiritus Paulinus (quem sequi cupio semper) Ephes. iiij. eundem habet, ubi dicit: Irascimini & nolite peccare, & quod non de ira bona (quæ contra peccatum præcipitur) loquatur, indicat, quod sequitur: Sol non occidat super iracundiam uestram, quod de ira mala utiq; dicit. Sed & hic idem locus Pauli mihi occasio fuit huius psalmi exponendi, de iniurijs & querelis infirmorum, pia exhortatione cohibendis, & fiducia in deum erigenda. Ad eũdem enim scopum Paulus hoc uersu utitur, ut satis cuilibet patet.

Rõ cõsequentiæ redditur.

Quomodo irascendum.

Augustini explicatio elegans.

Hic uero

Hic uero promouet caput quæstio illa de primis (ut uocant) motibus, & ubi desinat ueniale & ubi incipiat mortale peccatum. Apostolus sane solis occasum determinat, qñ dicit: Sol non occidat super iracundiam uestram: quod rursus in ambiguum uocãt, an solem huc uisibilem, quam certa hora occidere uidemus, uel solem spiritualem Christum, quẽ in momento occidere per mortalem consensum putãt, intelligi oporteat. Ego, ubi nõ cogit necessitas ineuitabilis mysticas intelligentias in scriptura & fugio & fugiendas suadeo, ꝙ sint mire periculosæ. Solem hunc Paulinum, mihi nõ patior alium ꝙm uisibilem significari, & si diuersam illam non damno sentẽtiam. Ad hæc scio, nullam esse temeritatem periculosiorem, ꝙm uelle discernere inter ueniale & mortale peccatum, præsertim in hora cõmotionis & tentationis. Illud peccatum (inꝙm) quod motibus animi æstuãtis patratur, cũ soleat uel libido, uel indignatio, aut quæuis alia passio, nõ una tantum, uerum multis quoq; horis hominem quãdoq; occupare, ita ut, an cõsenserit nec ne, ipse incertus sit. Quin nõ raro, diuina dispositiõe, mera & inuolũtaria passio est boni & synceri animi, adeo abscõdita, ut metuat, immo pene credat sese consensisse, quo remedio solet diuina miseri cordia cõseruare in humilitate dilectos suos, quos insignib⁹ donis præ cæteris ornauit, ne ijs inflati præ cæteris superbiant & pereãt. Proinde mihi Apostoli dogma tutissimum & sapientissimũ est, ut saltem uesperi quisq; ad se redeat, & iracũdiam, si quam cõcepit, dormitũ iturus ponat, fratriq; cõciliet. Neq; enim potest ullum tempus aptius huic rei definiri, ꝙm solis occasus & finis diei, ubi & negotia oia, & opera finiũtur, & animus iã qetior est, aptusq; ad deponẽdam hãc & oẽm malitiã, siue in eam cõsenserit, siue minus. Nã delicta qs intelligit? atq; in omni opere metuẽdum est iudicium dei strictissimum.

Sol non occidat.

Mysticæ intelligentiæ quõ fugiendæ & quando.

Periculosum discernere ueniale a mortali.

Nota.

Sequitur: Loquimini in cordibus uestris super cubilia uestra & tacete. Satis patet idem esse super cubilia, in cubilia, in cubilibus, nã in hebræo pene sonat motum ad locum, quo tropo Christus utitur Matt. vj. Tu cum oraueris intra in cubiculum tuum, & clauso ostio &c.

Cogor hic, pessimum (ut dicitur) Magistrum, hoc est, meipsum sequi, quod hebræum hunc textum a nemine uiderim expositum, immo quãtum possum, sequar spiritum. Quia mos est eorũ qui patiũtur iniuriam, erumpere, clamare, & auras questibus implere, adeo ut Apostolus Ephe. iiij. Clamorem inter affectus iræ numeret, dicens: Omnis amaritudo & ira & indignatio & clamor & blasphemia tollatur a uobis &c. Propheta filios hominũ cohibiturus ne erumpant, sicut pmisit ut irascerẽtur primo motu, ne tamen peccarẽt, ita nũc docet, ut nihil tumultuenẽ, sed in cordibus loquãtur in cubilibus, eoipso exprimens quid faciãt ne peccent ira commoti, nempe ut loquanẽ apud seipsos & taceãt. Quod non intelligo, nisi ad sensum Isaiæ prophetæ. xxx. In silentio & spe erit fortitudo uestra. Silentium enim hic dicitur, non tãtum, quod ore seruatur, sed ipsa oĩno patientia & quies contraria tumultui: Quo modo psal. xxxvj. dicit: Sile domino, & ora eum. Et psal. xciij. Tibi silet laus in Zion. Et Isaiæ. xlj. Taceãt ad me insulæ & gẽtes murẽt fortitudinem. Omnino autẽ, silere tropo isto scripturæ significat, id qđ ponere impetum, mitigare furorem, frenare animum, qđ & nostra uernacula dicimus, iracundis compescẽdis, still stilll/ baltinne. Vnde & hebræis sepulchrum, ab hoc uerbo silẽtio uocatur, ꝙ ibi homo desinat & totus in silẽtium eat. Nam & eodem loco Isaias præmiserat, dicens: Speraſtis in calumniam & tumultum: iratis enim & offensis, feruet animus ad calumniam & ad tumultum, qbus præsumunt uindicare & superare, sed hunc refrenans,

Pessimus magister.

Silẽtiũ obseruãdũ, nõ tãtũ ore ut monachi hodie exterius faciũt.

Silendo uincendum.

frenans dicit: Si reuertamini & quiescatis, salui eritis, quia non tumultuatis sed silendo uincetis, tunc sequit: In silentio & spe erit fortitudo uestra, hoc est si sileatis, quiescatis, impetum frenaritis, tumultu abstinueritis, uindictam quæ sieritis, sed meã manum expectaueritis, mihi uindictam reliqueritis, mihi causam tradideritis: Ecce, tum eritis fortes & uincetis, quia ego p uobis pugnabo, uos silebitis. Sic Moses: Exo. xiiij. Dominus pugnabit pro uobis, & uos tacebitis. Quid est tacebitis? id est, quieti eritis, nihil ad rem facietis, sed agetis quasi negotium nihil ad uos pertineat. Hoc tacere, est nihil aliud q̃ quietem patiẽtiam habere, qui tropus frequẽs est in sacris literis. Vnde & ibidem Isaias cum huic monitioni, silentij seruandi nollent obtemperare, dicit: Et dixistis nequaq̃, sed ad equos fugiemus & ad ueloces ascendemus. Quid enim hoc est nisi q̃ per tumultum seipsos defendere uoluerunt, nõ in silentio & spe salutis fortes fieri, ideo sequitur ibidẽ, ideo fugietis (fugabimini) & uelociores erunt qui persequuntur uos, mille homines a facie terroris unius, & a facie terroris quinq̃ fugietis, donec relinquamini, quasi malus nauis in uertice montis & quasi signũ super collem. His uerbis clarere puto, qd sit tacere & tumultuari. Nempe alterum pati & quiescere, alterum moueri & mouere omnia, & utrobique cirur, cœlum & terram miscere. Hoc tacere, hic uersus docet.

Tacere.

Est ergo sensus: Loquimini in cordibus uestris in cubilibus uestris & tacete, id est (quod dicit) pẽsate, deliberate, nolite præcipites esse, nec statim proferatis quæ ira commota suggerit: Primum cõsulite uobiscũ, quia ira uiri iusticiã dei non operat. Et ut Gẽtilis quoq̃ dixit: Ne quicq̃ facias aut dicas iratus. Sed & diuus Greg. ait: Melius est iram tacẽdo fugere, q̃ respõdendo superare.

Hunc sensum germanice solemus dicere: Bedenck dich vnd halt inne. Nunc uideamus uerba: Primum est, loquimini in cordibus uestris, hoc est, sed cum bene meditẽtur, nec iræ obtemperent, quæ præceps est, & uerbum habet in lingua nõ in corde. Iuxta illud Ecclesiast. xxj. In ore fatuorum cor illorum, & in corde sapiẽtium, os illorũ. Pulchra & egregia cõuersio sentẽtiæ. Hoc idẽ & hic uersus monet, ut os ad cor uertamus, nõ effundamus statim quicqd tentatio suggerit, hoc enĩ est cor in ore hr̃e, imprudẽter loqui, qd maxime faciunt irati, os in corde habere, prudẽter loqui qd faciũt quieti & mites.

Cor in ore, os in corde,

Quare possumus eandem conuersionem æmulari hoc loco & dicere: Loqui in cordibus & cogitare in oribus (ut sic dixerim) esse contraria, illud sapientium, hoc stultorum. Vt autem in cordibus aptius loquantur, addit, ut hoc in cubilibus suis faciant, solitudinem, scilicet quærant, turbam irritatricem fugiant. Sedato enim corpore & externis tumultibus, animus quoq̃ facilius sedatur, ut secum possit loqui & rem ponderare. Atq̃ ut huic tentationi utilis est fuga & solitudo, sic alijs quibusdam tentationibus est periculosa. Hæc meo sensu, citra cuiusq̃ præiudicium.

Alia expositio.

Nunc qua rõne cõcinemus nostram translationem? Necesse est, ut uerbum aliud sub intelligat, ut etiam Aug. docet, qui in hũc modum ordinat: Quæ dicitis, in cordibus uestris, subaudi, dicite, quod Aug. alio ducit, ad nr̃m sensum ita formabit, quãdoquidẽ irati, prompti estis dicere quicqd in buccã uenerit, quæ uultis dicere, nõ foris præcipitate, sed in cordib⁹ dicite, hoc est, prudenter dicite, quæ dicere uultis. Nam & hoc tropo & Christus ad Iudam dixit: Quod facis, fac cito, id est, qd uis facere, seu etiã p posuisti facere. Ita hic, quæ dicitis, id est, quæ uultis dicere in cordibus uestris dicite, quæ impatientia iræ, stulte uultis dicere, curate ut meditatione cordis prudẽter dicatis.

Iam quid

Iam quid illud, & in cubilibus uestris compũgímini? quæ tacẽdi & compungendi cõcordia, in meo iudicio hæc est, ꝙ redeũdo ad cor, iratus compungítur sibiq; displicet ꝙ cõmotus sit, atq; ita ad silentium prædictũ per compũctionis uim ꝙxime accedit. Itaq; dũ loqtur cũ corde suo, uidet (præsertim ĩ cubili suo, & seorsum positus) sẽp stulta fuerit cõmotio & impatiẽtia iræ suæ, quã si fuisset secutus, turpiter cecidisset, atq; hac sui cõpũctione mutat⁹ abstineta tumultu, ad quẽ motus fuerat & iam tacet uindictæ flamma nõ parum sedata. Qui melíora habet, sine inuidia communicet. Hoc ego potui. *In cubilibus cõpungimini.*

Sela, in fine uersus quid significet satís diximus. Insigne enim est gratiæ donum, hunc posse affectum præstari ab eo, qui fuerit iniuria & tentatione ad iram & impatientiam prouocatus, ut frenata lingua, seorsum se recipiat & taceat. Nam in hunc scopum tractat hunc psalmum Paulus (ut dixi) Ephe. iiij. ubi in fine dicit: Sed estote inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & deus in Christo donauit uobis.

Sacrificate sacrificium iusticiæ, & sperate in domino.

Mira doctrina: Quid nam est sacrificium iusticiæ? Quis offerre deo potest iusticiam, quam potius a deo quibusq; sacrificijs impetrare oporteat? Breuiter, distinguit sacrificiũ iusticiæ, ab oĩbus sacrificijs peccorum & quarũcunq; rerũ. Q3 hæc duo sacrificia maxime pugnent: Sacrificium iusticiæ facit peccatores, Sacrificium rerum, iustos. In hoc dare deo aliq̃d uidemur & iusticiam operari, in illo nõ nisi recipere uolum⁹ a deo, & peccatum cõfiteri. Ita fit ut sacrificium rerum, dũ iusticijs & operibus inflat, impatiẽtes reddat iniuriæ, tanq; cõscios, sibi longe meliorum meritorum, unde & ad uindictã acrius accẽduntur tanq; iusticiam suã tutati. Est ergo sacrificium iusticiæ, deum iustificare & laudare, seipsum peccatorẽ accusare, dignumq; omnibus his, quæ patitur pronunciare (cum psal. cxviij.) dicendo: Iustus es dñe, & rectum iudicium tuum. Quale pulcherrimo exemplo describit Dan. iij. Omnia quæ induxisti super nos, & quæcunq; fecisti nobis, in uero iudicio fecisti, & tradidisti nos in manibus inimicorum nostrorum iniquorum: Et infra, in anima cõtrita & spiritu humilitatis suscipiamur, sicut in holocausto arietum & taurorum, & sicut in milibus agnorum pinguium, sic fiat sacrificiũ nostrũ in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi, quoniam non est cõfusio confidentibus in te. Idem Baruch. j. docet captiuos in Babylone: Et dicetis, inquit, dño deo nostro iusticia, nobis autem confusio faciei nostræ, sicut est dies hæc. Hoc aũt sacrificium fiat oportet, ex uero corde, ore & opere, corde peccatũ ueraciter agnoscẽdo, ore sine fictione confitendo, opere pœnas peccatore dignas uolenter ferẽdo. Multi sane dicũt ore, se esse peccatores, sed neq; corde, neq; opere: quod probãt, dũ neq; dici ab alijs neq; habe ri peccatores uolũt, neq; iniurias pati. Si peccator es, cur pœnas fugis? Si non meritus tibi uideris, cur te peccatorem dicis? Iustorum est hæc gloria propria, ut sit eis honor & pax Ro. ij. Peccatoris aũt ꝓpria sunt, tribulatio & angustia. Igitur ꝙ deo iusticiam, sibi peccatum, uero corde tribuũt, hi sunt qui sacrificãt duo illa sacrificia iusticiæ, in scripturis commẽdata. Quorum unum potest dici matutinum, de q̃ dicit psal. xlix. Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter, quo ostendam illi salutare dei: Alterum uespertinum, de q̃ psal. l. Sacrificium deo spiritus cõtribulatus, cor cõtritum & humiliatum, deus nõ despicies. Atq; hoc forte uersus hic indicat, q̃ in hebræo plurali numero dicit: Sacrificate sacrificia iusticiæ, ut ambo includat sacrificia. *Contra Phari saicam confessionem.* *Sacrificium matutinum & uespertinum.*

Sacrificium iusticiæ peccatores, rerũ iustos facit.

Sacrificium iusticiæ.

Iustitia nō nobis arrogāda, sed offerenda deo.

Est ergo in quacunq; tentatione & iniuria, non nobis iustitia arrogan-
retinenda, sed prorsus remouenda & deo offerenda, quod qui non facit
cusationibus sui, accusationibus aduersariorum, iustificationibus sui, &
no iudicijs, detractionibus, litibus, iurgijs, contentionibus ac rixis alijs
ribus carnis inuoluuntur, quæ Gal. v. Apostolus recenset, & fit, ut inui-
mordendo consummentur nō tantum in spiritu amissa charitate, sed non
& in corpore cædibus mutuis, & substantia litigando profusa. Verum si
crificijs iustitiæ inseruirent Christiani, ubi relinquerētur iura & leges? Acti
docemur hæc sacrificia, ne sit opus iuribus & legibus. Rex Babylonis iniq
fecit filios Israel captiuando: Sicut dicunt Dañ. iij. Tradidisti nos regi iniqu
& pessimo ultra omnem terram. Et tamen Zedechias rex & qui reliqui erat
Hierosolymis, resistendo & iustitiam expostulādo magis deum offendere
Qui uero uolenter, posita iustitiæ iactantia, se tradiderunt, deo optime placu
runt, ita ut hi in media Babylone & inimicorum seruarētur, honorarētur, mu
tiplicarentur: Illi uero in media Hierusalem inter amicos, perirent, confundē
rentur, minorarentur. Quia hæc sacrificia iustitiæ sacrificauerunt, sine peccati

Sacrificiū in Babylone & Hierosolymis

busaut ullis rebus: Illi uero sacrificia pecudum & rerum, sine iustitia obtule
runt, quia iusti esse uoluerunt, & peccatum nō agnouerunt, hi uero peccatum
agnouerunt, & deo iustitiam tribuerunt.

Ex quibus intelligimus Chaos illud & tartarum forēsium causarum & Ro
manarum artium cū uniuersis libris, stilis, moribus, usibus, iuribus, iustitijs q;

Forenses cāæ indignæ Christiano.

suis, esse rem peregrinam Christiano homini, & ab Ecclesiasticæ uitæ synceri-
tate alienam, solaq; permissione toleratam ꝓ infirmorum salute, ne deteriora
facerent uindictæ propriæ studio, aut impatientiæ mole uicti. In quam tamen
hodie sic incumbitur Romæ & Episcopalibus curijs, ut non modo iustitiam

In curias Episcoporum.

ibi regnare arbitrentur, sed etiam pro augenda iustitia eiusmodi, etiam lites lis
tibus emant, omnium iurgia & rixas ex omnibus mundi angulis ad se aduoc
cent, ut nulla fuerit unq; cuiusuis prophani aut gentilis Imperatoris curia, tot
confusa negotijs, ijsq; ꝓphanissimis, simul tamen (quod mireris) nisi de sacris
ac diuinis turpissime emptis, redemptis, uenditis, reuenditis, raptis, uoratis,
perditis rebus. Fontem iustitiæ appellāt Iuristæ Ro. Curiam hodiernam, cum
rectius cataclysmum iniquitatis appellare eam conueniat, quod inde inundet

Flebile uerū.

uastitas & obliuio horum sacrificiorum iustitiæ & scientiæ Christi, indicibili
ui & impetu in totum orbem terrarum. Breuiter, regnum inferorum propius
simulat hodie Roma q; regnum cœlorum.

Sed esto: Iustitiam obtulerimus, peccatores nos esse confessi, peccatorumq;
merita amplexi: Quid inde? num pereundum nobis est, & in peccatis morien
dum? Nonne deus odit peccatores? in quod periculum nos trahis hac tua do
ctrina? Respondet: Bono estote animo, solū sperate in domino. Sic enim soci
Danielis, Dan. iij. fecerūt, cum dixissent: Peccauimus & inique egimus, mox
tamen in spem erecti dicūt: Qm̄ non est cōfusio cōfidentibus in te, hoc est, q;
supra ex Isaia satis dixi. In silētio & spe erit fortitudo ura, ut nosipsos nō uindi
cemus tanq; iusti, sed sine tumultu & in silētio patiētes, peccatū nostrū cōfiteā
mur, commendata causa deo, & expectata eius miseratione cū fiducia, uenient
enim ueniet, & iudiciū faciet iniuriam patientibus, & uindictā pauperum. Ita
deus erit fortitudo nra in infirmitate nra, nisi enī ablata fuerit fiducia iustitiæ
nostræ, & dignos nos, tanq; peccatores, oībus malis cōfiteamur, spes & salus
locum habere nō possunt, ꝓ deus humiles solum respiciat.

Multi

Multi dicunt quis ostendit nobis bona? signatum est super nos lumen uultus tui domine.

Hic uersus apud nos discerptus est, priore sua parte ad præcedentem, posteriore ad sequentem uersum copulata. Hebræus (Hiero. translatione) sic habet: Multi dicũt quis ostẽdit nobis bonum? leua super nos lumen uultus tui dñe. Mihi uero sic uertendus uidet̃ atq; distinguendus: Multi dicunt, quis ostendit nobis bonum signum super nos? lumen uultus tui domine.

Vertit autem sermonẽ ad deum querulans, sed mira uerecũdia & modestia, de incredulis & imperſuasibilibus (qualis præcipue erãt ludæi populus duræ ceruicis) q̃ nolint credere bene monẽtibus, nisi (ut Christus ait) ꝓdigia & signa uiderint. Ita & Apost. j. Cor. j. dicit: Iudæi signum quærũt, Græci sapiẽtiã, Ita fit ut in uerbo crucis, & doctrina fidei semper scãdalisentur, hoc est, qd̃ hic dicit, cũ monuisset ut oblata iustitia in deum sperarent, & ab ipso expectarent bonũ, offendit eos sibi incredulos & ad spem nõ idoneos, petẽtes signũ bonũ, quo uidelicet certi fierẽt, de bono futuro, qd̃ sperare iussi sunt: Quis (inquit) ostendit nobis bonũ signũ super nos? quis nos certos facit, uẽtura sup nos esse bona? q̃ indicio id capiemus? ac si dicerent, oĩa longe cõtraria apparẽt, & pessimarum rerum indicia sup nos undiq; circũstant. Hoc genus hoĩum late patet, qui hac diffidẽtia tentant dñm, sicut filij Israel in deserto. *Diffidentia.*

Videas hinc manare pelagus superstitionũ & stultissimorũ uotorum, etiam apud Christianos, dũ uel aura nõ satis arridet, uel fruges periclitant̃, uel etiam crus dolet, aut quouis damno temporali quisquis uel afficitur, uel affici timet. In his omnibus q̃ anxij sumus, signo bono cognoscere, nõ esse hec uentura, uel amouẽda si uenerint. Currit̃ hic ad magos, ad diuinos, ad dæmões quoq;, sed & infinita sunt cõsilia, quibus id unice curamus, ne q̃ in deum speremus, aut ne sine signo bono & certo sperem⁹. Sperat auarus in deum, sed donec turget marsupiũ & onustum frumẽto crepat laquear, sperat robustus uiribus, donec sanus est, sperat potens & gloriosus, donec opinio sui & tyrãnis ualet. His signis certi sibi uidẽtur se deum habere ꝓpitium, qd̃ si hæc uel aliqd eorũ ruat, simul & spes ruit, nisi aliud uel maius signum suffultias. Ita & in spiritualibus rebus agit̃ in remissionibus peccati, & gete cõscientiæ, ubi nõ pauci, neq; fide neq; spe parãt sibi securitatem, sed operũ fiducia, aut alienis suffragijs. Et oĩno in omni tẽtatione, hij signũ bonũ quærũt spei suæ fulcrum, sine q̃ nõ sperãt, ac ꝓ hoc nec in deum sperãt, quia no pure sperãt. Spes enĩ quæ uidet̃ nõ est spes. *Contra uotorum stultitiã.* *Spes infidelium.*

Hos cum suis noĩbus, tentatores dei, incredulos, diffidentiæ filios, infideles, rebelles, duræ ceruicis posset appellare, tacitis his, opus eorum simplicissimis & modestissimis uerbis tãtum recitat: Multi dicunt (inquit) quis ostendit &c. Iudicium operis deo relinquens & qbus oportet, quia pio affectu eorũ potius misereť, casumq; eorum dolet, q̃ ut eos atrociter accuset.

Damnat igitur eorum errorem, nõ esse scilicet hoc signum bonũ super nos, quod illi quærũt. Nõ enim deus ꝓpitius est ijs quibus hæc largit̃ bona, immo quia pessimũ & fallacissimũ signũ id est, melꝰ & fidelius signũ affert: Nempe, lumen uultus tui dñe. q. d. Nullum nosse signum, est optimũ signum, sed sola fide & spe niti. Fides enĩ ostẽdit nobis bona, & est bonũ signum sup nos. Qui enim credit in illũ, nõ confundet̃: sicut ex Dan. iij. dictũ est: Non est confusio confidẽtibus in te. Certi sunt de oĩbus bonis, q̃ firmiter credũt deo sine signo, sine qua fide, nulla opera, nulla signa, nulla miracula, certum faciunt. *Sola spe & fide nitendũ in deum credẽti*

Optime

Fides lumen uultus dei.

Optime autem uocatur fides, lumen uultus dei, q̄ sit illuminatio mentis nostræ diuinitus inspirata, & radius quidam diuinitatis in cor credentis infusus, quo dirigitur & seruatur, quicunq; seruatur. Qualiter psal. xxxj. describitur: Intellectum tibi dabo, & instruam te in uia hac qua ambulabis, firmabo super te oculos meos. & psal. xliij. Nō enim in gladio suo possidebūt terram, & brachium eorum non saluauit eos, sed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio uultus tui. Item psal. lxxxvij. Domine in lumine uultus tui ambulabūt.

Colūna ignis fides in dominum.

Hinc gaudet psal. xxvj. Dñs illuminatio mea, & salus mea. Hoc figuratū est in colūna ignis & nubę, q̄bus filij Israel regebanť & ducebanť per desertum, sic enī sola fide ducimur, per uias ignotas, ac desertas oīum hominum auxilio, hoc est, passiones & tribulationes. Atq; ut illic columna præsens ante faciem eorum ibat, ita hic fides præsentem deum habet, ut uelut a uultu præsentis dei, illuminatio cordis, p̄cedat, ita ut rectissime & p̄prijssime lumē uultus dei (id est, agnitio & fiducia præsentis dei) sit: Qui enī præsentē sibi deum non nouit, aut non sentit nōdum credit, nōdum habet lumen uultus dei.

Vultus dei dupliciter accipitur.

Nihil ergo refert, siue lumen uultus dei intelligatur actiue, quo nos ipse præsentia sua illuminat fidem accendens, siue passiue ipsum lumen fidei, quo nos cum fiducia uultum & præsentiam eius sentimus & credimus. (Nam facies seu uultus in sacris literis, præsentiam significat, ut notum est) Idem enim est, & utrunque simul est, deus illuminans, & cor illuminatum, deus uisus a nobis, & deus præsens.

Israel idem quod fidelis.

Hoc est uocabulum Israel, quo Iacob, ubi dominum uiderat facie ad faciem, appellatus est. Nam facie sua faciem dei uidit, hoc est, fide præsens deo factus, tanq; in faciem eius positus, rursus deum præsentem ac iuuare paratum tanq; in faciem suam positum cernebat. Ideo Israel directus dei dicitur, hoc est, qui regitur, seu recto itinere a solo deo ducitur: Hoc enim fit per fidem, quare Israel idem est quod fidelis, seu credulus, nisi q̄ uim & modum fidei, mira proprietate exponit.

Fides omne bonū ostēdit.

Beatus ergo (ut alio psalmo quodā dicit) Quem tu erudieris dñe, & de lege tua docueris eum. Nam apud Hiere. minať Iudæis sese ostensurum dorsum & non faciem, relicturus scilicet, eos in incredulitate & ignorantia dei. Videmus quod sit signū bonum super nos, seu quis ostendat nobis bonum: Fides inq;, hæc, quia est lumen q̄d præsentem & uultum ipsum dei ostēdit, omne bonum nimirum ostendit, quod deus est, dum ipsum ante nos statuit & fiduciam in ipsum format. Itaq; non est hominis erudire hominem.

Iam facile erit concinnare alias interpretationes.

Communis, proxima est huic sensui: Signatum est super nos lumen uultus tui dñe, dum illi quærūt quis ostēdat eis bona, uolētes ea præsentes uidere potius q̄ credere. Hic non obstat ostendi, sed gloriatur lumen uultus dei (id est, notitiam & fiduciam præsentis dei ut dictum est) signatum & impressum esse super ipsos, & sati s patet intelligentia ex dictis.

Hieronymus: Multi dicunt quis ostendit nobis bonum: Leua super nos lumen uultus tui domine. Idem per modum petitionis dicit. Leuat uero lumen super nos, dum nos lumine eo leuat: Est enim fides, lux supra omnem captum nostrum, quare hoc leuare est aliud nihil, q̄ lumen fidei, quod seipso altius, mum est, sup nos effundere, quo ipsi eleuemur, unde & signatum dici potest, quia clausum & incomprehensibile nobis, comprehendens autem nos & in obsequium sui captiuans.

Quo fit,

Quo fit, ut hic uersus nequeat intelligi de naturali ratione syndereſi, ſicut multorũ habet opinio dicentiũ, principia prima in moralibus eſſe per ſe nota, ſicut in ſpeculabilibus, falſa ſunt hæc. Fides eſt primum principiũ omniũ bonorum operũ, atq; hæc adeo incognita, ut omnis ratio ſumme eam exhorreat. Ratio in ſummis ſuis uiribus conſtituta dicit: Quis oſtendit nobis bona. Mutuenum ſic dicunt (id eſt, omnes qui ratione ducuntur.) *Ratio fidẽ horret.*

Dediſti lætitiam in corde meo: a fructu frumenti uini & olei ſui, multiplicati ſunt.

Et huius uerſus prior pars apud nos raptus eſt ad præcedentẽ, quæ cũ ſequẽte in hebræo unum uerſum abſoluit: quẽ, d. Hiero, ſic reddit: Dediſti letitiã in corde meo: a tempore frumentũ eorũ, & uinũ eorum multiplicata ſunt.

Mihi hic uerſus incredulorũ & credulorũ iudiciũ facere uidet, q illis ſit deus, uenter, his deus uerus. Fides enim in deum, ſeu lumẽ uultus dei lætificat cor, & intima hois, ſtabili ſ& uera lætitia imbuit, dum pacẽ remiſſis peccatis, & ſecuram fiduciam in deũ facit, etiã in mediis paſſionibus, neq; enim ullũ eſt gaudium, ulla pax, niſi conſcientia pura. Ita & Gal. v. Fructũ ſpiritus gaudiũ ſignat Apoſtolus: & ſupra dixit: In tribulatiõe dilataſti mihi. Atq; ita fit, ut ſicut abũdant paſſiones Chriſti in nobis, ſic abũdet & cõſolatio Chriſti in nobis, ꝓpter fidẽ qua in eũ fidit. ut. ij. Cor. j. Bñdictus deus & pater dñi noſtri Ieſu Chriſti, pater miſericordiarũ & deus totius cõſolationis, qui cõſolat nos in oĩ tribulatione nra. Quis eĩ nõ gaudeat, inſultãs etiã uniuerſis malis mundi & inferni, cũ Apoſtolo Ro. viij. dicẽs: Si deus pro nobis, qs cõtra nos, ſi credat deum eſſe ſecum, & pro ſe: At qũ credet firmiter deũ eſſe pro ſe, niſi tẽtationibus uarijs probatus, fide exercitata, didicerit deũ eſſe pro ſe: Nõ ergo põt fieri, quin gaudeat in toto corde, qui lumen uultus dei habet: hic eĩ quia iuſtus eſt, pacẽ habet, quia pacẽ habet, gaudet, quia gaudet, neminẽ timet, & oĩbus inſultat, etiã morti & inferno, certus de præſentia dei ſui. Ideo recte ſequit, poſt lumen uultus tui domine: dediſti lætitiam in corde meo. Sicut & pſal. lxvij. Exultent iuſti in conſpectu dei, & delectentur in lætitia. *Fides gaudiũ uerũ ſemper preſtat.*

De alijs incredulis quid: Nunquid cordis lætitiam unq; habent: Non, quia non eſt pax impijs, nec eſt gaudiũ impijs, dicit Iſaias: quia, iuxta Paulum, ſicut ſuiſtis ſocij paſſionũ, ita & cõſolationis eritis, hi uero paſſionũ ſocij nõ fuerũt, ideo neq; cõſolationis erunt. Et Prouer. xiiij. Cor quod nouit amaritudinem animæ ſuæ, in gaudio eius non miſcebitur extraneus. Quid ergo habent: hoc quod uoluerũt: dimiſi eos ſecundum deſyderia ſua (inquit) pſal. lxxx. ſicut & pſal. lxxvij. Tentationi eorũ ſatis feciſſe legit, cum peterẽt eſcas animabus ſuis, pluens ſuper eos, ſicut puluerẽ, carnes: ubi ſequit, Adhuc eſcæ erant in ore ipſorũ, & ira dei aſcẽdit ſup eos. Quod & Apoſtolus repetit Ephe. v. appellãs filios diffidentiæ, ſuper quos ira dei aſcendit. *Gaudiũ non eſt impijs & incredulis.*

His pro lætitia cordis, dat olentia gaudia uentris, quia quærũt, quis oſtẽdat eis bona, tantũ præſentia & ſenſualia ſapiẽtes, lumen uultus dei non habẽtes. Ideo hic dicit: Frumentũ eorum & uinũ eorum multiplicata, ſicut uoluerũt, mitibus quidẽ uerbis eorum miſeriã deſcribens, & quanta ſit, ex ſua lætitia, ſuiſq; bonis contrarijs iudicandam relinquens. Quæ enim hona habet, qui deũ non habet: quale gaudium eſt, ubi cor in deo nõ gaudet: Quæ delectatio, ubi conſcientia perturbata, ſemper contrariũ ſibi deum ſentit.

Emphatica

In credulorũ hæreditas, tẽporalia.

Emphatica ergo tapinosis est hæc oratio, & epitatica comparatio, lætitia cordis in deo, incredulis quid est? Abundantia, inquit, temporalis aliud nihil. O miseram possessionem, O uilem hæreditatem, & plane fragilem incredulis: Quid enim porcis debeatur aliud q̃ fallaces & inanes siliquæ crementa scilicet & quisquiliæ uerorum bonorũ? Habent bona, quæ habere di uoluerunt, habent bona, quibus, ut iumẽ uultus dei signarentur, carere uoluerunt. Data sunt illis munera, sicut filijs concubinarum Abrahæ, & semper sunt ab hærede Isaac, cui tota hæreditas relicta est, sicut discreti sunt in merita & in fructu ac premio, uoluerunt ostensil a bona increduli, iam habent. Ita quales in uisibilia credulí, iam in lætitia cordis habent. Ita quales in uisibilia cedẽte ostẽdit operarios, tales in hoc ostẽdit fructus cõsecutos, utrinq; dissimos, immo contrarios. Vides q̃ insignẽ cõtemptu, pompã & res humanas di breui uerbo uituperauit, dum incredulis ea data narrat, comparatione horum bonorum inæstimabilium.

Iam concordia facilis est. Non eñ differt dicere: Multiplicati sunt frumẽtum & uinũ suo (id est, ditati, aucti, incrassati, dilatati, tẽporalibus ac terrenis bonis) & frumentum eorum & uinum eorum multiplicata sunt, ut quinis grammaticus intelligit. Est enim breuis descriptio felicitatis corũ, quã latius Iob, xx. & psal. cxliij. descripsit.

Loquí autem prophetam hoc loco, non de sacramento Eucharistiæ, ut multi putant, Augustinus ex eo probat, q̃d signanter addit, eorum frumentũ, eorum uinum, non absolute, frumẽtum & uinũ, cum manifestũ sit, hoc pronomine, eorum, loquí de multis illis qui dicunt, quis ostẽdit nobis bona. Hos enim impios & incredulos refert, quibus cũ Eucharistia nihil, cum sint porci & canes nescientes saturitatem, ut Isaias dicit. Deinde absurdũ est, si subito rumpat sententiam & aliena miscéat, sólo relatiuo noíe, quorum nihil prius meminisset. Ad hæc, quod in hebræo & Aug. A tempore dicitur, ubi nos a fructu dicimus, ubi quantum occasionis tribuit nostris, a fructu, ut de Eucharistia intelligerit, tantum in hebræo dat indicij, se loqui de frumento eorum, quod ex tempore habent, id est, de temporali. Atẽpore, inquit, habent, quod habent, ea quæ tempus dare sueuit corporalibus necessitatibus, & uoluptatibus, quod & ipsum mihi per Tapinosim dictũ uidetur, scilicet, q̃ & ab æternitate uultus dei nihil. Sed a tempore tantum habent sua bona.

Ad nostrum autẽ sensum, illud, a fructu, potest ita intelligi: a copia & abundantia frumẽti & uini sui, ditati sunt. q.d. prospere & multo fructu prouenit eis temporalia sua. Quod iterũ obstat quo minus de Eucharistia apte intelligi possit, cũ non a fructu Eucharistiæ multiplicẽtur fideles Christi, sed ipsi multiplicati sint fructus & effect⁹ Eucharistiæ, ut hoc sensus potius dicere debuerit, a frumento & uino eorum, multiplicati sunt fructus.

Sed & hoc obliquæ accusationis nota est, quod frumentũ eorũ, uinum eorum dicit, uitiũ scilicet, cupiditatis infideliũ mordens. q.d. eorũ sunt hæc propria, hæc enim quærũt, hæc amant, his solis bonis frui nouerunt.

Iam illud leuioris momẽti est, quod olei sui, in hebræo nõ est, nihil enim refert, si addatur siue minus: Certum est tropo isto scripturæ significari temporalium abũdantiam. Genñ. xxvij. Frumento & uino & oleo stabiliui eũ & post hæc, Quid tibi faciã fili mi? quãq; suspicer, ordinãte spũ, dedita operam esse ab interprete adiectũ, ut monereť lecturus, ne intelligeret, nisi tẽporalia, cũ oleũ ad Eucharistiam, nullam etiam habeat coniecturam.

Per hanc

Per hæc nihil detraxisse uolo eorum sensui, qui hæc de sacramento in/
tellexerunt. Abundandū est unicuiq; in sensu suo, salua fide & pace. Nec hoc
agimus, ut aliorum labores confutemus, sed ut, quantum possumus, propius
ad Germanam intelligentiā accedamus, nō est reprobatum bonum, ubi meli/
us & optimum laudatur præ bono.

In pace in idipsum, dormiam & requiescam: Quoniam tu domi/
ne singulariter in spe, constituisti me.

Hi duo uersus sunt in heb. unus, Hierony. ita reddidit: In pace simul requie/
scam & dormiam, quia tu domine specialiter securum habitare fecisti me.
Ista duo uerba, dormiā & requiescam, abunde dicta sunt psalmo præcedēte,
q̄ his significetur mors naturalis & sepultura: quanq̄ scio b. Aug. alia tropolo
gisantem de obliuione rerum temporalium: quamuis & ipse fateatur id in hac
uita non teneri.

Dictio, inidipsum, idē quod aduerbiū, simul, significat, & concordiā sonat: *Inidipsum.*
ut psal. cxxxij. Ecce q̄ bonū, & q̄iocundū, habitare fratres in unū: id est simul
seu inidipsum. Et psal. cxxj. Cuius participatio eius id ipsum, id est, simul.
Est ergo sensus: Lumine uultus tui firmatus & certus, q̄ mecum & pro me
es, plenus sum gaudio: id est, in pace moriar, & libenter hanc uitā desero: quia
(ut psal. xxij.) si ambulem in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniā
tu mecum es.

Itaq; meo iudicio, simul dormiam, & simul requiescam, id dicitur, quod con
dormire & correquiescere nobis dicitur, uidelicet, q̄ cum patribus suis simul
dormiturum sese pronunciat. Quomodo in libro Regum, frequenter dicitur,
dormiuit cum patribus suis: & in libris Mosi: Congregor ad populum meum:
&, appositus est ad populum suum. Et ad Mosen: & ibis ad populum tuū: &,
Aaron uadat ad populum suum, & his similia.

Hoc ergo præstat fides uarijs passionib⁹ exercitata, ut mors pro somno pacis *Mors somnus fidelibus est.*
acceptetur, incredulis dira & dura uexatio. Nā quid aliud putas hac suæ mor/
tis magnifica iactantia & commendatione uelit, q̄ ut non modo exemplum
præbeat, quo ad quietam & suauem mortē perueniat (nempe uia crucis & pas/
sionum) rerumetiam ut simul a contrario descriptam relinquat, uniuscuiusq;
iudicio æstimandā mortem incredulorum pessimam, pauore, horrore, turbati/
one confusissimam: In qua nō est quiescere & dormire, sed, iuxta psal. Virum
iniustum, mala capient in interitu: & iterum Mors peccatorum pessima. quia ui
ri sanguinum & dolosi nō dimidiabunt dies suos: Cum dixerint, pax & securi/
tas, repentinus eis superuenit interitus. Modestissime ergo & occulte eos ter/
ret mala morte eorum, dum suā optimam commēdat, quia magis cupit eos ex/
emplo suo mouere suauiter, q̄ terrore urgere, ad crucis & fidei uitā, dum fru/
ctum eius uitæ, mortem tam gloriosam ob oculos ponit.

Quoniā tu domine singulariter in spe, constituisti me. Hæc sentētia sumpta
est ex Deutero. xxxiij. & frequēter iterata per scripturas, quare ad fontem eius
accedamus. Dicit Moses, Israel habitabit confidenter & solus. Ibidem, aman/
tissimus domini habitabit cōfidenter. Et Hiere. xxxij. Et habitare faciam eos
confidenter, perspicuum itaq; fit, quod Moses dixit, confidenter & solus, hoc
Dauid, singulariter in spe, dixit: cum sint eadem utrobiq; uerba, eademq; sen/
tentia; unde cum interpres Deutro. xxxiij. interposuerit coniunctionem (&)

Cõunctio frequenter addenda.

quæ non est in textu, etiam in hoc uersu ponẽda erat, ut, singulariter & fi-
nam & frequens est in Biblia coniunctionem omitti, quã tamen transfere
poni oportet: ut Iohelis. ij. sol luna steterunt, pro sol & luna, ita & hic, confi-
ter & solitarie, uel cõfidenter & solus, uel singulariter & in spe. Aeſi Dauid
cat: uere hoc mihi præstitisti, singulariter & confidenter me habitare faciẽ-
quod in Mose ꝓmisisti, dicendo: Israel habitabit confidenter & solus. Atq;
generali & autentica sententia Mosi, psalmum suum concludit, simul opti-
contra carnalem Iudæorum sensum exponens, quid Moses eo uerbo pro-
intelligi uoluerit, & ad rem suam adaptãs. Nam cum Moses dicat: Israel
bitare confidẽter & solũ, atq; Israel in hoc psal. pulchre sit descriptus, q ex
plo Iacob, facie ad faciem deum uiderit & lumẽ uultus eius habuerit (hoc
in deum crediderit) recte ad se promissionem & plenitudinẽ Israeli datam per
tinere dicit, sese confidenter & singulariter habitare factum. Sed & Iacob ea
dem de se fiduciam pronunciauit dicens: Et salua facta est anima mea. Quid
enim hoc aliud erat, q̃ꝫ ꝙ singulariter & confidenter habitaret, securus de sa
salute? Salua enim facta erat anima eius, sed in spe & securitate. Hæc itaq; secu-
ritas & certissima spes salutis, est ipsa confidens & solitaria habitatio spiritua-
lis, scilicet in deo ipso, ipsaq; salus animæ.

Ideo propheta mortem non timet, sed in pace dormiturum se cum patribus
suis dicit: quia factus est securus & certus de salute. Atq; ita uidemus, uestigiũ
lectionis Mosaicæ, qua Dauid sese exercitauit eruens spiritualẽ eius sententiã,
promotus in hanc uarijs tentationibus.

Sed quid est, solũ seu singulariter habitare, seu constituis? nam in spe, seu con
fidenter habitare per se notum esse uidetur. Meæ temeritati uidetur esse idem
quod libere & secure habitare, ut solitudo sit libertas, quo modo psal. lxxxvij.
Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber: id est, solus & secu-
rus. Et magis ad rem, Iudicum. xviij. Viderunt populum habitantem absq; ul-
lo timore securum & quietum, nullo eis resistẽte, magnarumq; opum & pro-
cul a Sidone, atq; a cunctis hoibus separatũ. Hic solitudo eorũ patet esse secu-
ritas, ut qui fuga hominũ in hoc se separauerint, quo secure haberent, quo mo
do habere nõ possent, si inter homines mixti fuissent: unde & nunc qui secure
& quiete degere uolunt, separatum & solitarium locũ quærunt, a quo proposi-
to uenit Monachorum (id est, solitariorũ) institutũ, propter securitatẽ, pericula
mundi & hominũ, fugientium in solitudines.

Monachi solitarij.

Quare idem est singulariter, quod secure, nisi ꝙ singulariter naturam secu-
ritatis exprimit, scilicet, remotionem periculorũ: Verum nisi hæc simul in spiri
tu fiant, Monachos hypocritas faciẽt, ut qui externa pericula tantũ uitẽt. Ma-
gis hic de spirituali securitate loquitur, quæ tanta est, ut in medijs etiã mundi
periculis, in morte, in inferno secura sit, & nõ magis metuat, q̃ꝫ si sola esset, atq;
eo magis est sola, quo pluribus inuoluit periculis. Hæc est gratia fidei, & uir-
tus bonæ in deum conscientiæ: Et uide an non & Hieron. hanc securitatem
hoc uersu senserit, quando dicit: Quoniam tu domine specialiter securũ habi-
tare fecisti me. Summa Summarum: Singulariter in spe habitare, est securũ &
confidentem esse de salute sua in misericordia dei, qua fit ut mortem uelut gra
tissimum somnum expectet. Hæc (ut dixi) fides præstat passionibus exercita-
ta, quæ fructum hunc pacatissimum (ut Paulus Heb. dicit) affert. Contraria au-
ro impijs contingent omnia.

Securitas spiritualis i gratia fidei.

Quapropter

Qua propter sunt uehementer detestãdi & damnandi quidam Theologiæ (ut uocant) doctores, qui nos docent dubios & incertos esse debere an simus in gratia dei, ac per hoc an sit deus noster, & nos populus eius, & inuenerunt nobis distinctionibus suis, ꝙ sacramenta, quo ad autoritatem & uirtutem dei operantis in illis, certum effectum gratiæ operantur, sed quo ad suscipientem incertũ operãtur, & hanc dubitationẽ asserunt esse piam, O pestilẽtes, si enim hoc uerum est, & quilibet Christianus ita debet pie dubitare, iam perijt articulus ille fidei certissimus: Credo Ecclesiã sanctam, sanctorũ communionẽ, quia de me nõ debeo asserere ꝙ sum sanctus, nec tu de te, nec ullus de se, ergo oẽs sumus incerti. Atq; ita oẽs incerti sumus, an deũ habeamus, ac perijt tota Eccl'ia. Sed facessant stultissimæ & impijssimæ istæ hæreses: Vnusq; sq; id curare debet, ut nullo modo dubitet se habere deum, hoc est, patrem, creatorẽ, saluatorem, & oium bonorum largitorẽm, ut possit singulariter & in spe habitare, & non sicut mare inc̃stantissimũ feruere, q̃d de impijs Isaias dixit. Si enim de sanctis id credis ꝙ sint securi & fidentes, cur non etiam de te ipso idem credis, qui sanctorum similis esse cupis, qui idem baptisma, eãdem fidem, eundem Christum & oia eadem accepisti? immo impijssime credis aliud de te, & aliud de sanctis, qui doces oportere eos dubitare, sicut tu dubitas: Aut ergo male doces, piam dubitationem, aut impie credis esse certum, quod dubitare iussisti, quia fides in dubiam rem non nititur. Neq; ego credidissem has impias fabulas & pestilentissimas opiniões in Ecclesia Christi, uel occulte serpere, nisi & legissem & audissem magnos Theologos, eas ꝑ articulis fidei certissimis statuere & tueri, contrariam q; Catholicam sententiam, pro hæretica damnare: Tãta est cæcitas optimatum Ecclesiæ, tantus furor dñi. Sed hæc alias, & cum alijs.

De insania & pestilitate Theologorũ.

Constãter sperandũ & non dubitandum.

PSALMVS QVINTVS.

Ad uictoriam pro hæreditatibus psalmus Dauid.

Quid ad uictoriã significet psalmo præcedẽte, semel ꝑ oĩbus dictum est. De hæreditatibus multa lego, sed nihil quod meæ hebetudini satisfaceret: Nam quod Lyra & sui hoc loco sapiunt, ego non sapio, nec capio. Mihi quod uidetur, dicam: Certum est hoc psalmo non agi de passionibus & tribulationibus, nec enim persona psallentis ullo in uerbo hoc sonat, sed uniuersa querela est super iniquis & iniustis & malis. Quare scopus est meo iudicio talis, ꝙ Propheta orat contra hypocritas, operarios subdolos, falsos prophetas, qui populum dei, & hæreditatem Christi humanis & suis traditionibus seducunt, quales Christus Matth. vij. & Ioan. x. Lupos rapaces: Apostolus Tit. j. Vaniloquos & mentium deceptores, uocant. Et ut ad nostra secula ueniamus, sicut psalmo præcedẽte iuris, ita in hoc Theologiæ impiã professionem & abusum persequitur. Cum uero omnium sit nocentissima persecutio, quæ sub specie ueritatis & pietatis grassatur (ut quæ nomen dei semper prætexit) & hæreditates dei maxime omnium uastat, ideo uehementissimis æstuat affectibus, tot re petitis uerbis orat, tot nominibus impios accusat, totusq; ardet zelo, ut de se ipso possit dicere illud psal. lxviij. Zelus domus tuæ comedit me. Nam nec in ullam rem Christus quoq; Petrus & Paulus æque ardent & solliciti sunt, atq; in hos phrenapatas & operarios mercedum, in quos & Prophetæ toti insurgunt. Igitur falsos, ꝓphetas, hypocritas, hæreticos, superstitiosos & omne illud

Scopus huius psalmi.

Nocentißima persecutio.

In hypocritas Christus & Apostoli in-

surgunt.

hominum genus, qđ uerbo dei adulterato, & falsa operum specie, populum dei deuorat, hoc psalmo taxari uidebimus. Recte ergo titulus, p hæreditatibus seu ad hæreditates dicit, q̄ cupiat populum dei, dño suo seruare. Populus enim dei est hæreditas domini. ut psal. xxxiij. Beata gens, cuius dominus deus eius populus quem elegit in hæreditatem sibi. Et psal. xlvj. Elegit nobis hæreditatem suam, speciem Iacob, quam dilexit, quod & psal. ij. dictum est: Dabo tibi gentes in hæreditatem, & multis alijs locis.

Hæreditates Christi, populi Christiani.

Dicit uero plurali numero hæreditates, cum sit una hæreditas Christi, q̄ tamen esse sit eam distribui in diuersa loca, ppter multitudinem, quam nequit unus docere ac regere. Proinde ut multi sunt pastores & dispensatores unius hæreditatis dei, ita & multæ hæreditates illis cōcreditæ. Quo fit, ut multi in diuersis oriantur deceptores & dissipatores eiusdem. Sed & hoc indicat magnum affectum prophetæ, q̄ populum dei uocabulo magis hæreditatis, q̄ Ecclesiæ populi, aut synagogæ, appellat, ut magis & inuidiam dissipatoribus, & gratiam sibi pastoribusq; similibus comparet: Cum unicuiq; maxime dilecta sit hæreditas naturali zelo, quanto magis deo, qui Exodi. xix. dicit: Et eritis mihi in peculium, unde & infra dicit: Quoniam irritauerunt te domine. Simul eo ipso scopum totius psalmi subindicat pulchra metaphora, nam hæreditates oportet excolere, exercere, & operari, ut fructificent, & meliores reddātur. Quibus ob hoc multæ sunt insidiæ, deinde hostes & uastatores. Ita populus dei indiget operarijs doctoribus & rectoribus, quorum industria deo colitur, & exercetur per uerbum dei. Rursus malis magistris perditur & uastatur, ideo p hæreditatibus & de earundem cultoribus hic canitur.

Illud addendum, q̄ nō tantum de Ecclesia Christi psalmus intelligēdus est sed de omni, omnium seculorum populo dei, qui semper habuit suos seductores & persecutores. Ita ut iuxta titulum sit generalis sententia psalmi pro hæreditatibus. Nihil etiam repugnarim, immo maxime accesserim: Si hæreditates quispiam intelligat duo & contraria hominum genera, quorum alterum suis uiribus, alterum gratiæ dei nititur, quanq̄ in idem omnia cadunt.

VERBA mea auribus percipe domine, intellige clamorem meum. Intende uoci orationis meæ, rex meus, & deus meus, quoniam ad te orabo.

Sic hebræus hos duos uersus distinguit: Vltimam autem secundi uersus particulam, noster textus ad sequētem uersum nectit, dicens: Quoniam ad te orabo domine &c. Parum quoq; differt Hieronymi translatio, nisi q̄ pro clamorem meum, rugitum meum, quod Lyra cogitationem meam: Et pro uoci orationis meæ, uoci clamoris mei dicit.

Et hic meo sensu primus cogor periclitari, dixi enim hunc psalmum maxime pugnare aduersus Iusticiarios & Theologos impios, quorum officium omnium unum, superbiam cordis alere, sicut & beata uirgo eos describit: Dispersit superbos mēte cordis sui. Omnes enim impietatis doctrinæ, de superbiæ radice ueniunt, ita ut & hæresim matrē appellet, sanctus Aug. in multis locis, superbiam, siquidem sola humilitas recte docet, ut Prouer. xj. Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia, ubi autem humilitas, ibi & sapiētia. Impossibile est enim, ut superbus non sit contumeliosus, omnes uituperet & iudicet, ut ita

Superbia hæreticos facit.

Pharisæo

Phariſæo Euangelico contra Publicanum humilem peccatorem, & Simone leproſo contra mulierem peccatricem, monſtratum eſt. Quare propheta in ſui tempo ris hypocritas intentus, qui iuſticia operum miro modo inflati, magna iuxta peccata inuidiæ, ſuperbiæ, auaritiæ, & ſimilia nihil ducebāt, nec gratiam dei ſibi neceſſariam credebant, ſecure in uia ſua ambulantes, ſine timore dei, ſicut ſemper facūt, fecerunt, faciēt omnes, q̄ ſunt huiuſmodi. Incipit pſalmum ab oratione humiliter dei gratiam quærens, ipō facto primum eorum arguens ſuperbiam. Ac ſi dicat, impij iſti ſaturi ſunt, ſancti ſunt, iuſti ſunt, ſani ſunt, me dico non egent, nec gratiā tuam, qua iuſti fiant, quærūt. Ego aūt pauperculus plenus omni peccato, qui de me meiſq̄ operibus & uiribus deſpero, nihil habeo, q̄d agam, niſi q̄ orem & implorem miſericordiam tuam.

Differētia legis & fidei.

Vnde hic ſignanda eſt, pulcherrima differentia legis & fidei ſeu ſpiritus & literæ, quam beatus Aug. de ſpiritu & litera tradit, dicens: Lex factorum dicit homini, fac quod iubeo. Lex autem fidei dicit deo, da quod iubes. Et iterum: Quod lex factorum minando imperat, hoc lex fidei credendo impetrat. Hinc populus legis dicit: Ego feci, & ſuperbit uelut operibus legis & ſuis iuſtificatus: Populus fidei dicit, oro, ut facere poſſim, ille confidens operibus, dei miſericordiam non quærit, hic iuſticiam ſuam pro ſtercore ducens ſolam miſericordiam dei ſuſpirat. Sic & Apoſtolus Ro. x. Ignorantes iuſticiam dei, & ſuam quærentes ſtatuere, iuſticiæ dei non ſunt ſubiecti. Ita litera ſemper inflat & occidit, ſpiritus humiliat & uiuificat, quia humilibus deus dat gratiam, & ſuperbis reſiſtit.

Theologi iuſticiarij.

Magno affectu autem orat, qui triplicata oratione orat. Nec tamem aliam cauſam orandi aſſignat, q̄ſ, q̄ ſit oraturus & exaudiendus. Quoniam ad te, inquit, orabo, mane & exaudies. Quare autē orabis & exaudieris? quia (inquit) non uolens iniquitatem deus tu es. Quid hoc? nempe q̄ deus humiles miſericordiæ ſuæ oratores amat, faſtidioſos iuſticiæ præſumptores odit. Ideo, ecce orabo, quia ſcio tibi placere, ſcio iſta uelle te, ſcio ita præcepiſſe te, ut homo deſe deſperans, tuam miſericordiam iuſtificātem petat. Vis, inq̄ſ, ut homo ſe peccatorem agnoſcat, & totam uitam ſuam aliud nihil eſſe ducat, q̄ſ orationem, deſyderium, gemitum, ſuſpirium ad miſericordiam tuā. Sicut Lucæ. xij. Oportet ſine intermiſſione orare. Et pſalmo. ciiij. Quærite faciem eius ſemper. Hoc cum impij præſumptores non faciant, uel ad momentum aliquando faciant, immo ſimulent ſe facere, cum reuera ſibi ſaturi ſint, merito eos odiſti, ut qui nec ſua, nec tua agnoſcant.

Oratores humiles uult deus.

Tota hominis uita.

Ordinem uide & uim uerborum, uerba, clamorem, uocem orationis. Item auribus percipe, intellige, intende. Vrgentiſſimum orantis affectum hæc uerba probant: Primum, auribus percipe, id eſt, audi, ſed parum ſit audiſſe uerba, niſi & intelligas clamorem ſeu rugitum ſeu cogitationem, ac ſi more uulgari diceret, infacūdus & anxius loquor quidem, ſed non poſſum, quantum uelim intelligi, ideo q̄d minus dico uerbis, tu abundātius intellige ſenſu: Ideo addo clamorem, ut quod uerba nō exprimūt audienti, clamor ſignificet intelligēti. Vbi autem & intellexeris, tunc o domine, intēde & aduerte ad uocem orationis meæ, ne deſpicias audita & intellecta. Non quod in deo, aliud ſit audire, intelligere, intendere, quēadmodum apud homines, ſed quod affectus noſter in deum hoc modo augendus eſt, ut primum deſyderemus audiri, deinde audita intelligi, & intellecta intendi, ſeu non negligi. Et in his tribus pene abſoluuntur tres illæ orationis partes proœmiales, quæ ſunt, reddere beneuolum,

Vrgens affectus orantis.

docilem, attentum, quod hic causam suam deo dignam, facilem, honorificam tamq; sibi uero necessariam esse commendat.

Habere regē & deum. Rex meus & deus meus. Hic plane percutit impios iusticiarios, ut qui sine rege, sine deo agunt, sibimet sufficientes. Atq; hoc unum est uerborum, quo scopus huius psalmi tangitur, habere enim regem & deum, est de se nihil præsumere, regendum sese præbere deo, ac ductilem esse: Deinde omnia deo accepta & accipienda referre, quod illi nequaq; faciunt, aut simulate faciunt, qui non parum & sibijpsis tribuunt, immo dum non omnia deo tribuunt, nihil tribuunt. Qui enim aliquid sibi tribuit, iam gloriam quoq; sibi tribuit, at qui gloriam sibi tribuit, omnia sibi, nihil deo tribuit, cui aut tota aut nulla gloria tribuitur, nec enim diuidit eam aut communicat, sicut dicit: Gloriam meam alteri non dabo, Isaiæ. xlviij. Proinde ipsi regnant, sed non ex deo, sibijpsis reges sunt, sibijpsis Idola.

Quoniam ad te orabo. Paupertatem suam confitetur, nihil habet, nisi quod oraturus sperat accipere, ut sit orator nō operator. Atq; in his duobus iterum summa totius uitæ nostræ exprimitur, habere regem & deum. Regit, dum nos a nobis aufert, & ad se ducit: Deus est, dum nos uenientes suscipit, & seipso, id est, diuinis bonis replet. Prior conditio est crux, phase, transitus, ductus a mundo, a uitijs, & omnino mortificatio nostri: Posterior, susceptio & glorificatio nostri. Vnde & beatus Augustinus hoc loco dicit: Scripturas solere regem appellare filium magis quam patrem. Christus enim gemina natura,

Regnū carnis utrunq; horum efficit. Humanitatis seu (ut Apostolus loquitur) carnis regno, quod in fide agitur, nos sibi conformes facit & crucifigit, faciēs, ex infelicibus & superbis dijs, homines ueros, id est, miseros & peccatores. Quia enim alcendimus in Adam ad similitudinem dei, ideo descendit ille in similitudinem nostram, ut reduceret nos ad nostri cognitionem. Atque hoc agitur sacramento incarnationis, hoc est regnum fidei, in quo crux Christi dominatur, diuinitatem peruerse petitam deijciens, & humanitatem, carnisq; contemptam infirmitatem peruerse desertam reuocans. At regno diuinitatis & gloriæ, configu-

Regnum gloriæ. rabit nos corpori claritatis suæ, ubi similes ei erimus, iam nec peccatores nec infirmi, nec ductiles aut rectiles, sed ipsi reges & filij dei sicut angeli, tunc dicetur, deus meus in re, quod nunc in spe dicitur. Quare nō inepte prius dicit, rex meus, & postea deus meus, sicut & Thomas Apost. Ioan. ultimo: Dominus meus & deus meus. q̄ prior Christus sit homo, c̄ deus apprehēdendus, prior humanitatis huius crux, c̄ diuinitatis eius gloria petenda: Christus homo habitus, Christum deum sponte sua adducet.

Dura sunt hæc carni nostræ, quæ mallet Christum deum c̄ hominem, gloriam enim præ cruce petit, gloriam per crucem quærere horret, sicut Moses a serpente fugit, cuius tamen caudam cum apprehendisset in uirgam uerso colubro, gloriosus fuit in miraculis & deus Pharaonis constitutus. Exodi. j.

Domine mane exaudies uocē meam, mane astabo tibi & uidebo.

Mane, in scripturis quid sonet. Labor est ante, donec intrem in sanctuariū huius uersus & intelligam eum. Duo scio, unum, q̄ mane in scripturis mystice significat tempus gratiæ, quod Christus sol iusticiæ gratiose oriens illuminat, quoties homines uisitat. Alterum, q̄ tempori matutino, ad literam, potissimum tribuūtur opera sacra & diuina, ut orare & docere, quo figuratur, mane illud mysticum. Hinc esi, q̄ in uigilia

gilia matutina respexit dominus super castra Aegyptiorum & subuertit eos, Et psal. xlv. Adiuuabit eā deus uultu suo mane. Et psal. lxij. In matutinis me/ditabor in te. Sed & de impijs doctoribus dicit psalmus: Vanum est uobis ante lucem surgere, qui manducatis panem doloris. Apertius in idem Micheas. ij. Væ qui cogitatis inutile. (heb. אוון auen, id est, iniquitatem) & operamini ma/lum in cubilibus uestris. In luce matutina faciūt istud, & cōtra dominum ma/nus eorum. Hoc faciebant, quādo (ut Isaias. x. scribit) falsas leges legis & inter/pretationes a se excogitatas populum docebāt, quibus populum deuorabant tam in anima q̄ corpore, ita ut guttur eorum recte sepulchrum patens appelle/tur. Vnde sequitur ibidem: Et concupiscerunt agros & rapuerunt domos, & calumniabātur uirum & domum eius, uirum & hæreditatem eius. Amos. iiij. Offerte mane uictimas uestras &c. His satis sit matutinum tempus datum fu/isse olim, sacrificijs, iustificationibus, doctrinis, lectionibus, & omnino rebus diuinis, sicut hodie quoq; in Ecclesia seruatur idem.

Sepositio ergo interim mystico matutino, temporale sequar quantum pos/sum, nescius an recta sim diuinaturus. Mane enim semper est tributum di/uinis, licet non semper sit recte tributum. Videtur mihi Propheta se cum hæ/reditatibus dei secernere, si non loco & tempore, certe affectu & uoto, tam ab impijs doctoribus & auditoribus, q̄ ab impijs operatoribus, utrosque enim hoc loco accusat, ut cui cum reliquis conueniendum quidem sit, mane ad rem diuinam & legem dei audiendam. Verum quum ille legem dei deprauent suis traditionibus, aut non recte doceant, ac per hoc impie quoque uiuant & a/gant etiam sacra & bona, loquantur autem fabulas suas, quo placeant uulgo, & pinguescant, sicut in Prophetis multipliciter arguuntur, & hodie quoque in Ecclesijs passim uidemus & audimus pro fœdissimo quæstu nihil non ten/tari in templis & contionibus: Optat & orat Propheta, ut exaudiri merea/tur, & ut deum suum audire, non uerbum hominis, sed uerbum dei, dignus fiat. Nam illi faciunt, ut Isaias. xxviij. scribit: Populus ad iracundiam pro/uocans est, & filij mendaces, filij nolentes audire legem dei, qui dicunt ui/dentibus, nolite uidere, & aspicientibus, nolite aspicere nobis ea quæ recta sunt, loquimini nobis placentia, uidete nobis errores, auferte a me uiam, de/clinate a me semitam, cesset a facie nostra sanctus Israel. Quos & Paulus ad Timotheum describit, dicens: Et a ueritate quidem auertent auditum, & ad fabulas conuertentur.

Hij sunt no/strorum hære/ticorum com/bustores.

Est ergo sensus: Infelix ego, qui in populo sum, qui uera audire nolit, qui uerbum crucis exhorreat: Amet autem magistros prurientes auribus, & ut Isaias. vj. dicit: In medio populi polluta labia (propter impias eorum do/ctrinas) habentis ego habito: Conuenio quidem mane cum eis auditurus te, & ecce non audio te, sed homines, docent uias suas & opera hominum: Iccir/co, O rex meus, & deus meus, mane illo me exaudias, quia eo tempore non illis asto, nec in eos intendo, sed ad te patet os cordis mei, tibi asto, tibi offe/ro me, ut tu erudias me, ut uideam & doctus fiam. Iuxta illud: Erunt omnes docibiles deo.

Et ita uides omnē æstum huius Prophetæ in hoc æstuare, q̄ uidit populum dei & hæreditates Christi seduci & uastari, dum non recta docentur, & sunt omnia plena pseudomagistris & uaniloquis mentium deceptoribus, q̄d ut est malum omnium nocētissimum, ita uchemētissime omnium affligit piam ani/mam. Quod enim tristius spectrum? quæ miserabilior imago, q̄ uidere lupum

in gregem innoxium ouium seuientem, ita ut nec unam relinquat ullam? Ita impius doctor in simplices animas Christi grassatur. Nam & hoc ipsum cum lachrymis Paulus Act. xx. præmonet, dicens: Scio q̃ post discessionem meam intrabunt in uos lupi rapaces, non parcentes gregi &c.

Et propter hunc affectum & sensum certe pene reuoco interpretationem uersuum præcedentium duorum, propeq̃ mihi uidentur rectius intelligi, quo dam exuberantissimi motus cordis, quibus cogatur dolens propheta multi nem (ut infra dicit) impietatum eorum intuitus, toties repetitis orationibus regem suum inuocare aduersus tyrannos hos legum: & deum suũ, contra hæ idola cathedras occupãtia. Nam hic sensus magis ad scopum quadrat quam necille multum abhorreat.

Si ista saluta ri doctrina po pulus esset iã dudũ imbutus nõ esset ita iã contra mẽda ces laborãdũ.

Sed & hic tertius eidem scopo apte concinit, quod non hominum sed dei uerbum & opus doceri petit, atq̃ cum præcedentibus, ita cohæret, uerba mea O rex meus & deus meus, auribus percipe, intellige rugitum meum, intende uoci orationis meæ, quoniam ad te orabo. Quid oras? hoc scilicet summe ne cessarium donum, ut coercitis impijs magistris, mane & tempus locumq̃ do cendi impie occupantibus, me exaudias, quod pro eo tempore peto. Quid au tem petis pro eo tempore? Nempe, ut astem tibi, tuus sim auditor te docente erudiar, te illuminãte uideam, nõ illis prurientibus cum cæteris seducar, cum tu sis & rex meus qui regat, & deus meus qui seruet, atq̃ ita absoluta est oratio contra praua dogmata & opera.

Necessario oranda.

Mane, inquit, exaudies uocem meam, mane aliquid orabo, hoc rogo, ut ex audias, hoc autem est, quod pro omnibus doctoribus & auditoribus uerbi, quod mane tractari solet, oro. Qua ratione, sicut uix alia in Psalterio uehe mentior est & tot iterata uerbis: Ita non alia omnibus nobis quoq̃ hodie ma gis necessaria & salutaris, nec fuit, nec erit ulla ꝓ quouis tẽpore magis necessa ria. Discat ob id pius Christianus, primo sollicitudinis loco habere, ut deum pro hæreditatibus (exemplo prophetæ huius) æstuãtissime hũc psalmum oret, quo uerbum dei floreat in populo dei. Nam populus dei aliunde non uiuit, pascitur, seruatur, q̃ uerbo dei, sicut Mat. iiij. Christus: Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore dei. Florente enim uerbo dei, omnia florent in Ecclesia. Nam quæ causa est, q̃d hodie Ecclesia luxu & pom pa non modo emarcuit, sed pene uastata est, nisi q̃ post habito uerbo dei, leges hominum & Romanas artes discimus?

Animus prom ptus, uerum sa crificium.

Ad energiam uerborum Hieronymus sic trãsfert: Domine mane exaudies uocem meam, mane præparabor ad te & contemplabor. Nonne hoc uerbum præparabor ad te facit ad sensum prædictum? Quid enim est aliud præparari deo, q̃ docibilem & ductibilem fieri deo? quo simul ostendit se nolle homini bus præparari. Huic non dissentit, quod Ioannes Reuchlin hebræorum sen tentia dicit: Mane ordinabo, ut sit uerbum actiuum, quo in sacrificijs ponen dis & ordinandis scriptura utitur, ut omnino significet animum promptum, paratum, abnegatum, & (ut dicitur) resignatam deo in omnes uolũtates eius. Nam hoc demum est uerum sacrificium deo oblatum, sese in hunc modum or dinare, offerre, præparare, astare, ductilem ptæbere. Patet autẽ, q̃ hebræo idio tismo uerbum nominale seu absolutum est, astabo, seu ordinabo, id est, ordina tionem, oblationem faciam, scilicet, meijpsius: Quare nõ inepte translatũ est, astabo. Simul docemur q̃ in audiẽdo uerbo dei, nõ in hominem loquentem, sed in deum docentem intendi oporteat.

Sic & uer-

Sic & uerbum uidebo, absolutum est, pro eo quod est, Ero uidens, id est, il-
luminabor, erudiar, speculator fiã, puto, ueritatis & iusticiæ. Mich. vij. Educet
me in lucem, uidebo iusticiam eius. Necp enim iusticiam dei nouit, nisi quem
deus erudierit. Cæteri omnes sunt uaniloqui, q ex suo capite loquuntur. Ideo
Christus dedit Apostolis spiritum sanctum & Ecclesiæ, ut loqueretur ipse in
nobis, nõ nos ipsi, hoc est quod hic quæritur, si astaret hominibus, non uide-
ret sed cæcus fieret, iuxta illud Christi: Cæcus cæcum ducit. Nũc quia astabit,
ordinabit se & præparabitur deo, uidebit & illuminabitur.

Mysteria len-
tus sequitur.

Q si cui mane illud mysticum magis placet, q d' est initium tẽporis gratiæ,
q cepit Ecclesia astare deo & uidere, nõ repugno, ego mysteria lentus sequor,
ubi literã habere possum, nec hoc refutarim, si quis mane astare & uidere intel-
ligat, seipm offerre, nõ in iusticia sacrificiorum, ꝓprijs tancp deo datis gloriari,
sed a deo accipiendam iusticiam expectare.

Quoniam non deus uolens iniquitatem tu es: Neque habitabit
iuxta te malignus, neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.
Odisti oẽs q operãtur iniqtatem, ꝓdes oẽs qui loquunt mẽdaciũ.
Virum sanguinium & dolosum abominabitur dominus.

Septem nominibus accusat malos magistros & eorũ discipulos operarios,
tantus illi est æstus pro syncera pietatis uita & doctrina, unde hæc uerba in spi-
ritu ac fide audire oportet, sicut omnia uerba dei, nam hij de quibus hic loqui-
tur, si laruam & faciem rerum spectes, nihil minus erunt, cp quod hic de eis di-
citur, adeo uestiuntur uestimentis ouium, & nomine Christi. Denicp horum
opinio est, ea quæ hic de eis dicuntur, ad alios pertinere, quos sibi aduersarios
ducunt, quare nec nomina, nec opera hic descripta agnoscunt, sed potius ita
uertunt: Quoniam deus uolens æquitatem nostram tu es, & habitabimus iu-
xta te benigni, permanebimus iusti ante oculos tuos. Amasti nos operantes
æquitatem, seruabis loquentes ueritatem, uiros mites & synceros magnipen-
des. Has enim glorias de seipsis, hij impij somniãt, contraria, quæ hic dicunt,
ablegant ad uere pios, iustos, & amabiles deo. Et hæc concertatio durat usqp in
mundi finem. Sic Esau & Iacob colliduntur in utero Rebeccæ. Sic duæ mere-
trices corã rege Salomone de uiuo filio cõtendũt. Hæretici & pseudodidascali
semper sibi, Ecclesiæ, ueritatis, iusticiæ titulum arrogant & uincunt specie &
pompa coram hominibus, coram deo uicti. Catholici uero soli habent, & sine
pompa uincunt tandem, quia coram deo iusti sunt.

Ibi disce ima-
piorum pestu-
mos.

Videamus ergo uocabula septem, iniqtatem, malignus, iniusti, iniquitatis
operatores, loquentes mendacium, uirum sanguinum, dolosum. Quibus sex
mala prædicit, non uolentem deum, nõ habitaturos coram deo, non perman-
suros ante oculos dei, odiendos, perdendos, abominandos.

Impiorum na-
mina.

Primum est iniquitas, pro q rectius fuisset uersum impietas, ut enim psalmo
primo dictum est, רשע Rescha, impietas dicitur, unde consilium impiorum,
hæc aũt est (ut dixi) ipa incredulitas, peruersacp opinio de deo diuinisco uerbis
& operibus, & si pulchra specie foris simulet pietatẽ. Quare deus noster cum
sit iustus & rectus non uolet impietatem, id est, nõ desiderat, non placebit sibi
in ea. Est enim hoc loco uerbum חפץ haphetz, a q חפצו hephtzo, psal. j. uenit,

id est,

id est, uoluntas eius, scilicet in lege domini, seu desyderium, seu cõcupiscentia. Et huius uersus sententiam prope exponit psal. l. Qm̃ si uoluisses sacrificium dedissem, utiq; holocaustis nõ delectaberis. Cur non uult? cur nõ delectaris? quia sacrificium spiritus contribulati (quod est sacrificium pietatis) deest, ibi adest impietas, quæ facit ut (iuxta Prouer. xv.) sint uictimæ impiorum abominabiles dño. Est ergo sensus: Ideo orabo ad te, ideo peto me exaudias manet, ideo astabo tibi & uidebo, q̃ sciam tibi prorsus non placere impiorum uota, opera, & sacrificia, sicut frustra præsumũt cæci ipsi, & alios secum seducentes, dum operibus & sacrificijs impietatem abscondunt, ne eam agnoscant & horum milientur, contenti, ac si omnia bene habeant, q̃ opera fecerint. Hoc modo & Isaias. j. eos arguit: quo mihi multitudinem uictimarum uestrarum? Et infra: Lauamini, mundi estote. q. d. opera ipsa, donec uos immundi & impij estis, sine fide & spe in misericordia mea (quæ sola iustificat, & impietatem tollit) non possunt placere, quãtumuis sint speciosa: Vos in opera intẽditis, & sc̃d'm faciem iudicatis, atq; ita pij & iusti uidemini uobis: Ego autem in cor uestrum uideo, & sc̃d'm ueritatẽ iudico, atq; ita uos impios inuenio. Sicut & Christus Pharisæis dicit: Vos estis, qui iustificatis uos corã hominibus, deus autem nouit corda uestra. Hoc uult hic uersus dicens: Non uolens impietatẽ deus tues, non falleris operum specie, ut impietatem cordis suscipias, fallunt̃ potius ipsi, qui hac operũ larua decepti, impietatem hãc nunc̃q; agnoscũt, & dũ se maxime tibi placere putant, minime omnium placent.

In laruas operum.

Ita & illud: Nec̃q habitabit iuxta te malignus, heb. רע ra, id est, malus uel malum, ut uel impium, uel impietatem referre possit, ubi enim impietas, infidelitas, incredulitas regnat, simul malitia seu malignitas regnat: Desertus enim a gratia bona dei, ad quid ualet, nisi ad malum? Itaq; malignitatem hoc loco, conuenit intelligi ipsam radicem & totum fermentum uetus malitiæ & nequitiæ, quo inclinati sumus (fidei gratia uacui) in omne facinus ruere, data occasione, sicut Christus ad Apostolos ait: Vos cũ sitis mali, nostis bona data dare filijs uestris. Hæc sane malicia pulchre se abscondit sub sanctis & pijs in specie operibus, donec occasione irritata seipsam prodat: Multos uideas mites, humiles, benignos in uerbis & signis & factis, quos si digito tangas, moxeruldelissimos & inflatissimos omnia mala facere promptos reddas, qui hodie titulo honestissimo, passionati uocantur, quod propter speciem bonæ conuersationis malignos non licet appellare, interim secure pereuntes ipsi, & perdentes simul, si quis eorum exemplo securus hanc malignitatem negligat morticare. Passiones enim malitiæ eiusmodi indicium sunt, deficientis ibi pietatis, (id est, fidei in deum) & regnantis impietatis: Non ergo hij morabuntur apud deum nec habitabunt iuxta eum.

Malignitas humana.

Passionati.

Tertio, sequuntur iniusti, siue ijdem siue alij, quos hebræus uocat הוללים hollælim, quod proprie eorum est, qui foras erumpunt in opus & prævaricantur & malum faciunt in uerbo & opere (Impietas sane & malignitas frequentius latent, nisi cui lex spiritualis manifestata est, qua se malum cum Apostolo Ro. vij. agnoscit) faciuntq; arborem malam, sed fructus eius proferunt, holælim sequentes malitiã cordis impij sui. De quibus Ecclesiastici. x. Initium uerborum oris eius stultitia, & nouissimũ oris illius הוללות רעה holeloth ra, quod errorem pessimum transtulerunt. Patet ergo adhuc ordo pulcher uerborum, primũ, impietas, quæ fit ut, sine gratia dei adiuuante, simus nobis relicti, quam secũda mox segtur malicia, qua proni sumus facere quod in nobis est,

id est,

lest, omne malum. Tertia iniustitia, prævaricatio ipsa fructus huius impieta/
tis & malignitatis. Verum nec hi permanebunt ante oculos tuos, seu ut hebræ
us habet: Nō stabunt holocaustum in conspectu oculorū tuorum. Est autem uer/
bum stabunt, idem omnino quod psal. j. in præterito transtulerūt: Astiterunt
reges terræ, pro assistēt uel stabunt, id est (ut absoluti uerbi pateat significatio)
assistentiā tui facient: ita hic, non assistent, nō sistent se corā domino, nō appa
rebunt &c. quod tñ ꝑ maxime credūt, falsi suis opinionibus & operibus, nec
enim se male facere credunt, etiam dum male faciunt.

Quarto, Odisti oēs qui operanī iniquitatē. Hanc oratiunculā frequēter in
ueteri testamēto legimus: quæ per uerbū פעל Paal, qđ psal. primo posuimus
significare id qđ agere uel operari apud nos, & p. nomē און Auen, qđ uarie &
inconstāter translatum est (ut uidebimus) scribitur. Video aūt prophetas præ/
sertim Oseā. x. Velut illudētes pro בחאל Bethel, בחאון Bethauē, appellare lo
cum in quo Hieroboam primus rex Israel uitulos aureos constituit adorādos.
ne populus Israel in Hierusalē immolaturus iret, tandē a se deficeret ad regem
Iudæ: ut legitur. iij. Regum. xij. Atq; ubi Bethel. i. Domus dei dicendū fuit, Be
thauen dicūt, qđ' alij domū Idoli (scilicet, a cōtraria significatione) Rectius au
tem, domū iniquitatis seu idolatriæ transferunt: Horum secuti sensum, placet
per Auen, iniquitatē & Idolatriā intelligere: Idolatriā uero non eā solum, qua
Idolis ligneis & lapidibus seruitur, sed multo maxime eā, quā Samuel. j. Re/
gum. xv. magna autoritate contra Saulem diffinit & pronunciat in hunc mo/
dum: Nunquid dñs uult holocausta & uictimas & nō potius, ut obediat uoci
dñi? Melior est enī obedientia, q̄ uictimæ, & auscultare magis q̄ offerre adipē
arietū: q̄m quasi peccatū ariolādi est repugnare, & quasi scelus Idolatriæ, nolle
acquiescere. Hæc igit religio Saulitica, furens inobedientia, peruersa superſti/
tio. Infelix Auen, sicut in scripturis ubiq; acerrime arguit in ueteri test. regnal/
se: Ita & hodie nulla pestis atrotius bachatur, dū quisq; officio in quod uoca/
tus est, deserto alio & a se inuento studio seruire deo conat. Ita Episcopi qui
sunt optimi officio uerbi & curandi populi uel indignissimis & indoctissimis
relicto, suis peculijs, aut ædificijs ac redditibus splēdoribusq; suæ Ecclesiæ au/
gendis incumbūt, obsequiū deo præbere se arbitrātes q̄ sunt inobediētes. Sa/
cerdotes quoq; & religiosi quiq; sanctissimi, qđuis pro deo faciūt potius q̄ suū
officiū, nā de malis, hic nihil dicimus: Romana curia uero extra hāc etiā aleam
posita est. Denicq; latius hæc infelicia inobedientiæ studia inualuerunt q̄ ullus
prosequi possit. In omni enim genere uitæ apud Christianos hoc inuenias, q̄
post habita præceptorū dei obseruantia, in suis traditionibus & opinionibus,
deū colūt. Hæc est Auē, in q̄, species illa operū qua supra dixi, uelut umbra Be
hemoth, tegūt impietatē malignitatē & quāuis trāsgressionē. Oīno hæc uestis
luporū & pestilens hypocrisis syncerā pietatē & Christianā religionē atrocio/
re uasti tate populāt q̄ ullus gladius, fames, pestis &c.

Hoc consilio tot traditionū pon. prodierūt, ne populus ab ipsis deficeret ad euāgeliū.

Vide ergo q̄ incendit & propheta aduersus impiam hanc pietatem & irre/
ligiosissimam religionem q̄ nullam acrius detestet dicens: Odisti omnes qui
operantur iniquitatem. Omnes, inquit, & odisti, in cæteris non addit omnes:
hic ne maledicta superstitione falsi se placere putēt, pronūciat odio dei dignos,
& omnes nullo excepto. Nam uere & apud homines displicent, peruersa ista
obsequia, quæ prætermissa obediētia fiunt. Quis enim ferat ut pastor, cui com
missæ sunt oues, ouibus relictis, incipiat domino in cubili ministrare? Et ut
erudite habet fabula Æsopi de asino, qui caniculæ blanditias imitari uolens,
fustibus

fustibus cæsus est, ꝙ suũ officium deserens, alieno se miscuerit. Hæc eadem ꝓ
stis facit, ut multos pœniteat sui ordinis, sui status, suæ uocationis, dum in alio
na officia intẽti, uelut meliora, sua fastidiũt, hic e sacerdotio in Carthusiam, ille
de hac in illam migrat conditionem, hoc est, iuxta Iob. vj. timent pruinam
ruit super eos nix. Euadunt pluuiã, & cadunt in aquam, sed satis hæc modica

In obedientia sancta impiorũ latria.

de maxima ista & plurima prauitate, quã deinceps semper appellabimus in
bedientiã, seu Idolatriã, hoc est, sanctam impiorum latriam, ut quæ non ap
te dei præcepta uiolet ceu publicani & meretrices, sed per speciem magnorum
operum & eximiæ pietatis, &, ut Bernhar. psal. xc, uocat, per dæmonũ me
dianum, cum apostolo Paulo, angelum Satanæ, in angelum lucis transforma
tum intelligens. Horum exemplar egregie monstratum & descriptum est in
Saule. j. Regum. xv. Vide ibi.

Vnde Auen recte interpretatur a multis non solum iniquitas, sed & dolor
& labor, ꝙ reuera laboris & doloris multum habet hæc inobediẽtia, &, ut uul
go dicitur, difficilius est infernũ mereri, ꝙm cœlum. Nam martyres hos suos do
bolus uehementer urget, nunꝯ tamen recreat. Ita ut dominus quoq; per Mo
sen prædixerit se traditurum populum Israel in manus hostiũ, ut ibi seruiant
diis alienis, qui nõ dent eis requiem, nec die nec nocte. Sic Eccle. x. Labor stul

Onus leue Christi.

torum affliget eos: Et ut in eodem libro sæpius dicitur: Vanitas & afflictio spi
ritus. Christus autem & si præmat, tamẽ suaue est iugũ eius, & onus leue, quia
reficit læta fiducia cordis, oẽs qui laborãt & onerati sunt, modo ueniãt ad eũ. Il
li uero dicent illud Sap. ij. Ambulauimus uias difficiles.

Qui latius ista uelit ꝓsequi, Paulum Ro. xij. &. j. Cor. xij. legat, ubi id omni
studio agit, ut unusquisq; in sua mensura incedat, ne membrorũ hæc confusio,
ubi oculus officio pedum, aut pedes officio oculorum fungi cœperint: Sed re
gulam illam Prouer. iiij. seruent: Palpebræ tuæ præcedant gressus tuos, & ocu
li tui recta uideant. **Sich fürt dich/ vnd wartd vff dich selb.** In hãc prauitatem
& apud Gentiles ædita sunt, puerbia: Eam quã quisq; didicit exerceat artẽ. Et,
Ne Sutor ultra crepidã: &, se intra pellem, quisq; suã cõtineat. Recte ergo & mi
ra Emphasi dicit: odisti oẽs, ꝙ reuera plurimũ odibilis sit ista iniquitas, quæ ita
irritat, exasperat, & prouocat, ut inde synagoga, gens asperatrix, amaricatrix,
prouocatrix in prophetis appellet: quam amaritudinem deus sentire dicitur,
quando in cordibus sanctorum suorum eã sentiri facit, quo sensu (ut dixi) ple
nus est hic psalmus, sicut uidemus & uidebimus.

Quinto, perdes qui loquunt mendacium. hic magistros & doctrinam ini
quitatis taxat. Nam Heb. uerbũ דבר dibber, ferme uidetur mihi significare id
genus sermonis, quo aliquid docetur uel enarratur seu recitatur. Vnde & דבר
dabar rem gestam seu potius narratam significat, quẽ tropum & Lucas quoq;
seruauit Luce. iij. Transeamus usq; Bethleem & uideamus uerbum hoc, id est
rem gestam & dictã. Nempe in Leuitico satis clare distinguit inter אמר Namar,
& דבר dibber, quorum utrunq; loqui uel dicere significat, ubi toties scribitur.
Locutus est dñs ad Mosen dicẽs: ubi primũ est dibber, id est, locutus est. Hinc
in prophetis usitatissimũ, & factum est uerbũ dñi ad me dicens: Quare dibber
generaliter significat per modũ doctrinæ aliquid nũciare, qd' per uerbũ amar
specialiter determinat. Atq; si hæc significatio & differẽtia rata non fuerit per
petuo, tñ interim sic ea utemur, donec meliora uidemus: Certũ est in multis
locis ꝓ docere accipi, quod hic loquunt positũ est, ut psal. cxvij. Loquebar in
testimonijs tuis, & psal. lix. Deus locutus est in sancto suo.

Igitur qui

Igitur qualis est impiorum uita, talis & doctrina: sicut agunt ita & loquunt. Impia ergo & mala & iniqua omnia quæ sub nomine mendacij comprehendit. Hoc mendacium supra psal. j. Consilium impiorum, immo cathedram pestilentiæ & illusionis appellauit. Horū furor & hodie quoq; regnat, de quibus Apostolus. ij. Timo. iij. Semper discentes & nunq; ad scientiam ueritatis peruenientes. hi sunt qui docendis bonis operibus (ut putant) fortiter instant, cū necdum sciant quæ sint bona opera, fidei enim scientia carent, ita fit ut miserrime crucifigant & excarnificēt populum mēdacibus suis & impijs fabulis, ex moralibus Philosophorū, ex iuribus hominum, ex statutis ac traditionibus suis acceptis, de quibus supra satis, & infra sepius dicemus. *Mēdacia impiorum.*

Sexto, Virum sanguineū & dolosum abominabitur dominus. Breui compendio absolut, quales sint in moribus & cōuersatione erga proximos suos: hoc est, ex corde neminem diligunt. Cum enim sint pietatis gratia uacui, & in malitia sua relicti, necesse est tantum affectu & opinione sui, sint infecti a planta pedis usq; ad uerticem, omnia quidē simulāt, multis corrident, amicissimos mutuo se appellant, scribunt, dicunt, apparent esse humani & suaues, & uiros sanguinum his operculis pulchre abscondunt, uerū dolosa sunt hæc oīa, quod patet, ubi cœperint offendi, aut ubi casus uenerit beneuolētiæ exhibendæ, tum repente apparet dolus & prodit sanguinaria ira, inuidia & ea quæ sequuntur: Neq; enim dilexerūt ullum, nisi propriæ utilitatis gratia, nō ut bene facerent, sed ut bene haberent. Ideo uerba hæc spiritus sunt, non faciem respicientia, sed renes & corda scrutantia. Verba enim fidei cōtra speciem pugnant, & ad temporā crucis respiciūt. Ibi inueniunt q̄, qui eiusmodi sunt, omnem hominē odiant, & neminē syncere diligant, quia diligunt solū seipsos. Et hoc morbo, omnium maxime laborant martyres illi diaboli, sanctissimi & religiosissimi, quos iam diximus impios, operarios iniquitatis, filios inobediētiæ sub ueste & specie pietatis, cuius uirtutem maxime abnegant. *Dolosi & sanguinarij.* *Scholastica, ut uocatur, theologia tales theologastros facit.*

Si hec nō credis, aut nō nosti, experientiam consule, totus mundus querela hac plenus est: Nō esse fidem in hominibus, omnia ficta & simulata fieri & dici. Ita ut Michææ uerbum quod non legerunt, tamen experientia docti alleget (quod eiusdem. vij. scribitur) Nolite credere amico, & nolite confidere in duce: Ab ea quæ dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui, quia filius facit cō tumeliā patri, & filia consurgit aduersus matrem suam, nurus aduersus socrum suam, & inimici hominis domestici eius. Ideo Christus cauendū docet ab hominibus, si enim eis palpes aut utilis sis habebis dolosos amicos: Si offendas, aut dissentias præsertim propter deum & ueritatem, habebis sanguinolentissimos hostes, ita ut nō aptiore nec breuiore elogio, hominum ingenium describi possit, q̄ q̄ sit sanguinarium & dolosum. *Nō est fides in hominibus.*

Adeo scilicet rarum est, nō agere dolose cum proximo, ac fidelem amicum esse. Viuit tecum dulciter, salutat, arridet: At si petas iuuari decem florenis de abundātia illius: Iam amicum perdidisti, rursus non obsequeris ad omnia uel iniqua: amicum perdidisti. *Amicos facile perdimus.*

Breuiter, nisi sic egeris, ut te utendū præbeas in omnia eius desyderia, & illo, nullo pacto utaris: cum homine non conuersaberis diu. Hæc experientia magistra docemur, ideo facilis iste uersus intellectu. Nec sic tamē suam miseriam agnoscunt: Omnia enim hæc contemnunt, nihil minus q̄ sanguinarios & dolosos sese esse credētes. Primū, propter opera illa speciosa, quorū fiducia inflati & excæcati seipsos non uident. Deinde, q̄ seipsos amant suisq; uitijs blanditer

Zelus iniquus

indulgent, non quanta mala, sed quanta bona faciant in oculis semper actes. Cui maior cæcitatis occasio accedit, ꝙ zelum arbitrentꝰ esse, si odiant a quibus uel læsi sunt, uel læsi sibi potius uidentur: ut ad quos præinfamia pertineat iniquos odio habere. Quo furore subuersi, eo procedunt, ut in oculis suis neglecta, & festuca in alterius oculo obseruata, sese illuminatos fideles haberi uelint, illos potius uiros sanguinum & dolosos iudicet: atq; abominationem diuinã, quæ super ipsos definit, perpetua insania a se reijciant: quo fit ut scripturas si legant, non intelligãt, si audiant, non accipiant, tanꝙ ad se nihil pertinentes, frantq; plane incorrigibiles illi, Mat. xj. quibus cantes non saltant, si lamenteris, non plorant. In solis his perdit deus & uerbum & opera sua. Est & hoc nõ leue operculum huius nequitiæ, ꝙ si aliquos uel amittunt, alios uel inueniunt uel habent, quibus eodẽ dolo coniurent: quorum mutua (& si dolosa) concordia capti, non quantos odiant & cruciant: sed quantis ne benevoli sint (etiam si sit tuix milies millesima propensi) considerant, nihil morati ꝙ Christus præceperit, ne unum quidem ex paruis contemnendum.

Fructus fiduciæ operum.

Ecce fructum, quem parit fiducia operum & propriæ iustitiæ, scilicet ignorantiam sui, pertinaciam & incorrigibilitatem, in tantis malis, impietatis, malitiæ, inobedientiæ, & omnium peccatorũ. Tot monstra, tam leui uelamine & exigua specie cælari, ali, & seruari possunt. Deinde in tantis abominationibus ausi ne coram deo apparere & sacrificare, se deo placitum credere, nec misericordiam implorare, sed cũ impio Pharisæo gratias agere, ꝙ non sit sicut cæteri hominum: nonne horrendum est & uidere & audire? nonne iustissima est prophetæ huius commotio in eas insanias?

Nunc epilogum istorum triũ uersuum faciamus: duo priores peccata describunt ea, quibus contra deum peccãt, quæ sunt quatuor: Duo in uersu primo,

Arbor mala.

scilicet impietas & malignitas, quarum prior auersio est a deo, id est, sani affectus atq; rectæ opinionis inopia: posterior cõuersio ad seipsum, ꝙ pitas scilicet ipsa ad mala opera, & rebellio ad bona, id est, affectus & opinio peruersa. His duobus peccatis persona ipsa describit & arbor mala, quales sunt coram deo.

Mali fructus.

Duo in uersu secũdo, scilicet, iniustitia & operatio iniquitatis, quarũ prior est præuaricatio & effectus malignitatis, & omissio colẽdi dei: posterior uero species cultus dei, sed inobedientia ac idolatria. In his enim duabus, uniuersitas malorum fructuum & operum comprehenditur, quæ circa diuina facimus: ꝙ sit unum contraria facere operibus, & cultui diuino, hi sunt holzlim: Alterum simulata facere, & specie bona, cõtra obedientiã dei, hi sunt operatores iniquitatis. Tertius uersus, peccata describit, quibus cõtra homines peccãt, quorum sunt tria: Primum mendacium, ubi alios uerbo, exemplo & more suo seducit a uero cultu dei in suas impias idolatrias, faciẽtes eos similes sibi in his quæ ad deum pertinent. Secundum, Odium & omnia quæ ex odio sequuntur, unde uiri sanguinum dicunt. Tertium, dolus, & omnia quæ hinc sequuntur, dum nõ nisi pro suo commodo, usu, uoluptate, hominibus utuntur, in quo omnia peccata peruersi amoris includunt: Nam etiam dolus & fraus est in amore lucri, ut patet: Cum em odium & amor sint principes omnium affectuum & operum, satis patet in his duobus, dum & odium sanguinarium est, & amor dolosus est, uniuersam lernam uitiosæ cõuersationis & morũ comprehensam esse: Odium enim candidum contra uitia pugnat, & amor syncerus quærit ea quæ sunt aliorum, non sua.

Concludamus

Concludamus ergo totam sententiam: Illi (inquit) mane uenientes, non qui demorant, nec tui egent, nec exaudiri curant, saturi sunt, tot uitiorum repleti sordibus (id est, iusticijs suis) nec astant tibi, nec offerũtur tibi ut formẽtur a te, ut illuminentur, ut uideant, sed contra te potius formant, & idolo cordis sui ut Isaiæ. xlvj. dicit) assimulant, de te scd'm suas opiniones iudicantes, ut non uideant, sed magis excæcentur & indurẽtur. Quod ideo fiet, quoniam tu non, ut putant, diligis impietatem, sed odis iniqtatem, & abominaris eos omnino. Ego uero uenio & asto & offeror, ut former a te, ut sapiam de te scd'm te, ut uideam & illuminer. Illi ueniunt allaturi sua tibi bona & merita, ablaturi uero se cum maiora sua peccata & mala. Ego uenio postulaturus tua bona, & cõfessu rus mea mala, quia illi sani sunt, medico non egent: Ego infirmus & male habeas, medicum quæro, hoc est, quod sequens uersus prosequitur.

Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ, introibo in domum tuam: Adorabo ad templum sanctum tuum, in timore tuo.

Egregius uersus, egregia sententia, uerba antithesim habent, habet & ipse sensus.

Timor & spes duo irrigua.

Duo enim sunt quibus hæc uita exercetur: Timor & spes, uelut duo irrigua illa ludicum. j. alterum superius, alterum inferius. Timor prouenit ex intuitu minarum & metuendorum iudiciorum dei, ut in cuius conspectu nemo mundus, nemo non peccator, nemo non damnabilis. Spes prouenit ex intuitu promissionis & suauissimarum misericordiarum dei, sicut psal. xxiiij. Reminiscere miserationum tuarum, & misericordiarum tuarum, quæ a seculo sunt, ut in cuius conspectu nemo non mundus, nemo non iustus, nemo non saluus esse possit. Atq; in hijs duobus, tanq; inter molam inferiorem & superiorẽ semper oportet uersari, nec aliquando declinare, siue ad dexteram, siue ad sinistram. Hoc enim impiorum est, qui contrarijs duobus exercentur, securitate & præsumptione. Securitate declinãt ad sinistram, posthabito dei timore, ut psal. xiij. Non est timor dei, ante oculos eorum: Præsumptione declinant ad dexteram, dum omnia sua placere præsumunt, sine timore dei. Quia cum sese peccatores esse non agnoscant, necesse est ut deum non timeant, cuius iudicium non considerant, ut iuxta psal, ix. Auferuntur iudicia tua, a facie eius. Ita p̃ iudicijs dei, ignauiam quandam dei sibijpsis obijciunt. p̃ misericordia dei, iusticiam suam propriam. ita fit ut timere & sperare nõ possint. Hæc est ergo antithesis quam ponit: Illi sine timore tui, post positis iudicijs tuis tremendis, secure adorant te sicut Pharisæus in Euangelio, Lucæ. xviij. Deinde in multitudine iusticiæ suæ intrant templum, & ueniunt in conspectum tuum, misericordia non egentes.

Antithesis in sensu.

Ego uero cum mihi sim cõscius esse me nõ posse corã te tuis q; iudicijs, tutum, de meipso desperans, ita accedo ad templum tuum coram te sistendus, ut misericordiam tuã mihi ante oculos solam habeam, quæ multa, immo infinita est: Hac sola inspecta, audeo, & tutus sum (sicut psal. xxv.) Qm̃ misericordia tua ante oculos meos est, & complacui in ueritate tua: Veniẽs autem hac fiducia adorabo te in templo tuo, sed in timore tui, non præsumens, q; ex me tibi sim placiturus, immo timebo, ne meum obsequium & adoratio reprehensionem mereantur. Quo timore tibi tuum seruabo honorem, & meã custodiam humilitatem, dum nõ meipsum iustifico, sed humiliter tuum tremẽdum iudicium, in spe misericordiæ tuæ ignoscentis, expecto.

Vides ergo clare huius psalmi scopum esse de diuersa religione piorū & impiorum, humilium, & superborum. Comparat enim illos sibi in magnitudine operis, quod est intrare domum domini, & adorare ad templum sanctum eius. Ibi enim & opera & dogmata oīum & maxima & prima celebrātur.

Pulchra est etiam uerborum antithesis, sed permutata. Nam misericordiae dei, quae spei obiectum est, sine spei nomine ponit, rursus, timorem, cuius obiectum est iudicium dei, sine iudicij nomine ponit, cum potius misericordiam & iudicium, aut spem & timorem uideatur opponere debuisse. Verum spectatura, & eius obiectum exprimendum erat, scilicet misericordia immo multitudo misericordiae dei, quod pij homines plus satis timent & magna reuerentia ad deum diuinacp opera accedunt. Atcp hae duo, spes & timor, sunt omnium longe gratissima & pia opera, quae impij illi iustitiarij, ut nec docent, nec intelligunt, ita nec faciūt, nec facere possunt. Plenus est (ut dixi) etiam hodie, totus mundus eorundem impietate, qui homines in operum & iusticiae proprie fiduciam tractos, non sinunt ad dei timorem & misericordiae spem peruenire(m) per discentes, & nuncp ad scientiam ueritatis peruenientes: Et (ut Christus ait Mat. xxiij.) Tulerunt clauem scientiae (id est, potestatem docendi scientiā dei) ipsi non introeunt & introeuntes prohibent.

Gratissima sacrificia, spes & timor.

Hos impios praesumptores, iudiciorum & misericordiarum dei securissimos contemptores, etiam Isaias. j. copiose taxat, dicens: Quo mihi multitudinem uictimarum uestrarum? Cum multiplicaueritis orationem, nō exaudiam &c. Quare? sequitur, quia manus uestrae sanguine plenae sunt. Lauamini mundi estote &c. Ita nihil deo placere potest, nisi quod in humilitate geritur. Humilitas autem esse non potest, nisi in omni opere, quantūlibet bono, dei iudicium formidetur, & de sola eius gratuita misericordia praesumatur: cui pietati oium maxime repugnabat, quadā naturali ac ingenita praesumptiōe populus Israel de lege & legis operibus miro tumore superbiens.

Humilitate sola, deo placemus.

Domus dei quae sit.

Quaeras, quo modo ad domum domini & templum dei se intraturum promittat Dauid, cum suo tēpore, nec ulla domus dei, aut ullum templum staret, sed arca testamenti in tabernaculo Mosi, tunc uice templi erat. Sed & alio loco de domo domini dicit, psal. cxxj. In domum domini ibimus: Stantes erant pedes nostri, in atrijs tuis Hierusalem. Et psal. cxxxiij. Qui statis in domo domini, in atrijs domus dei nostri, ut suspicari possis hos psalmos non esse Dauidis, aut per Esdram postea immutatos.

Verum mea temeritate, uidetur quemlibet locum, in quo deus colitur, pro domo dei accipere. Nam & illud notum est, locum illum in quo Abraham sacrificauit בֵּיתאֵל Bethel (id est, domum dei) uocatum esse, quem postea uitulis aureis Hieroboam cōspurcans, בֵּיתאָוֶן Bethauen (id est, domum iniquitatis) fecit. Sed & Iacob Gen. xxviij. cum in monte Moria, id est, uisionis, in quo postea templum Salomonis aedificatum est, dormisset, erecto lapide, dixit: Hic lapis uocabitur domus dei.

Quare mysticas interptationes interim differens, uolo domū & templū dei, omnino locū corporalem intelligere, scilicet eum in q̄ conuenit ad colendum deum, & audiēdum uerbū eius. Qualis fuit ille in q̄ Cain & Abel obtulerunt, & uerbum dei audierunt. Qualia fuerunt postea oīum patrum Noe, Abrahae, Isaac, Iacob, Iob, altaria in diuersis locis, donec ad Mosi tabernaculū & templū Salomonis uētum est, & nūc in plurimas easdemcp magnificas Ecclesiarū fabricas. Sicut enī uerbū dei nuncp defuit in mūdo, ita nec cultꝰ dei. Ideo in omni

seculo

seculo opus est, ut loca fuisse cõcedamus, in qbus res diuinæ fierent, quæ temporum successu in eam quã uidemus gloriã, & multitudinis & magnitudinis creuerũt. Quid enim aliud egit Iacob Geñ. xxxv. Quãdo oblaturus præcepit, ut idola tollerent, nisi ꝙ nostro ritu prædicauit uerbum dei. *Iacob prædicator erat.*

Cum ergo in cultu dei maxime regnet, tum hypocrisis, tum falsa doctrina, (quæ semper optima simulat & contaminat) ita ut & in duobus primis fratribus Cain & Abel pugnarint, syncera pietas & speciosa hypocrisis. Ideo psal. iste contra hãc impietatis pietatem falsam, ac eius doctrinam, in cultu dei, qui mane agitur, maxime pugnat. Quid enim syncere agat cum hoibus in operibus inferioribus, q in sublimi isto & primo opere, dei cultu, peruerse & impie agit? ubi & species tanto nocentior est, quo speciosior & præstantiori opere simulior est. Breuiter, nihil periculosius in mundo falsa religione, seu Idolatria: Hæc enim fons est malorum, sub nomine totius bonitatis. *Syncera pietas, speciosa hypocrisis.*

Est ergo domus dei & templum, cuicꝙ seculo & quibuslibet hominibus pijs suus locus, in quo deus colitur. Nam ibi uere habitare dicet̃, ubi uere colitur, præsertim communi conuentu fidelium suorum. Quare nec propter magnitudinem uel precij uel spatij uel ædificij, uel multitudinem populi, unus locus plus altero dei domus, uel templum dicetur: Sed (ut dixi) propter conuentum multorum ad orandum, ad seruiẽdum deo & uerbum eius audiendum. Iuxta illud psal. xcj. In conueniendo populos in unum & reges, ut seruiant domino. Ita & locus propter populum (qui uere est domus dei) domus dei uocetur, & non populus, propter locum. *Vere habitat ubi uere colitur deus.*

Dominatur uero mirum in modum potens superstitio in templis huiusmodi ædificandis, sacrandis, seruandis per orbem, in quibus non tam curatur, ut pia sit eius loci plebs, & syncerus cultus, ac purum uerbum dei, ꝙ quomodo ditione, diuitijs, splendore, pompa, sumptu ædificij & id genus mundanarum uanitatum superbiant, & (ut cum psalmo isto breuiter dicam) quodlibet potius agitur (proh dolor) in locis cultus diuini, ꝙ ut in multitudine misericordiæ dei intretur & adoret̃ in timore dei, aut intrari & adorari doceatur, cum in has res solas instituantur. Vnde nõ mirum, ꝙ sæpius fulmine feriantur, ꝙ domus prophanæ, ꝙ nulla loca pateant fœdioribus abusionibus, iniquitatibus, simulationibus, ꝙ hæc, quæ syncerissimis & plane diuinis duntaxat officijs dicata sunt. Vt enim in cæteris mala fiant, nomen dei tamen non perinde polluitur, qđ in his non inuocatum est: At in sacris locis, semper duplex malum est, quicquid etiam simplex alibi est. *Superstitio in templis. Fulmine feriũtur Ecclesiæ.*

Domine deduc me in iusticia tua, propter inimicos meos dirige in conspectu tuo uiam meam.

Hebræus sic habet apud Hieron. Domine deduc me in iusticia tua, propter insidiatores meos, dirige ante faciem meam, uiam tuam.

Dixi, ab initio mundi semper fuisse & falsos operarios & mendaces magistros, sicut & Petrus docet ij. Pet. ij. Ideo nunꝙ mundus caruit falsa religione & idolatria. Hos uocat insidiatores, quia reuera nihil insidiosius hac nequitia serpentis, de qua multum Apostolus Corinthijs timuit scribens. Timeo ne sicut Euam serpens corrupit, ita & sensus quoꝙ uestri corrumpãtur a simplicitate quæ est in CHRISTO IESV. Nempe dictio hebræa שׁוֹרְרַי schoreraí, *Insidiatores qui dicantur.*

inimicos quidem significare potest, ut nostra habet translatio, sed propr
qui mala arte machinantur malum, hoc est, per insidias, sub specie scilicet b
na: quos Apostolus phrenapatas, id est, deceptores mentium uocat, eos po
qui falsis opinionibus imbuunt hominem, præsertim in ijs quæ ad deum p
tinent. Et hæc significatio mire alludit ad scopum huius psalmi, q̃ pijs ac
ceris hominibus nulla sit pestis æque metuenda, ac subdola machina fal
ligionis & eruditionis, ita ut oratione sola eam curare moneat hic uers
Hic est enim serpens qui insidiatur calcaneo nostro, ut uiam puræ pietati
bis deprauet. Quare nō inepte transferetur propter seductores, deprauato
corruptores meos.

Iustitia dei est ipsa misericordia & gratia.

Iusticiam dei (quam infra sepius habebimus) oportet ut assuescamus, ue
canonica significatione, intelligere: non eam qua deus iustus est ipse, qui
impios damnat, ut uulgatissime accipit: Sed, ut beatus Aug. de spiritu & litt
dicit, qua induit hominem, dum eum iustificat: Ipsam scilicet misericordiam
seu gratiam iustificātem, qua apud deum iusti reputamur. De qua Apostolus
Ro. j. iusticia dei reuelatur in Euāgelio, sicut scriptum est: Iustus ex fide uiuit.
Et Ro. iij. Nunc autē sine lege manifestata est iusticia dei, testificata per legem
& prophetas. Vocatur autem iusticia dei & nostra, q̃ illius gratia nobis dona
ta sit, sicut opus dei, quod in nobis operatur, sicut uerbum dei quod in nobis
loquitur, sicut uirtutes dei, quas in nobis operat̃ & multa alia. Sicut psal. xxx.
In iusticia tua libera me. Et Ro. x. Ignorantes iusticiam dei & suam uolentes
constituere, iusticiæ dei non sunt subiecti. Vnde psal. xxiij. non inepte transfu
lit: Hic accipiet benedictionem a domino, & misericordiam a deo salutari suo:
Cum pro misericordia, hebræus iusticiam habeat, q̃ benedictio dei, & iusticia
dei sint idem, scilicet ipsa misericordia & gratia dei nobis collata in Christo.
Atq; hic tropus le quendi de iusticia dei, quia alius est ab usitato humanæ locu
tionis modo, multas multis difficultates peperit. Quanq̃ nō sit penitus reiici
endum: Iusticiam dei etiam tropo iam dicto, esse iusticiam, qua deus iustus est,
ut eadem iusticia deus & nos iusti simus, sicut eodem uerbo, deus facit & nos
sumus, quod ipse est, ut in ipso simus, & suum esse nostrum esse sit. Sed hæc su
blimiora q̃ locus nunc patiatur, & alio sensu dicta q̃ illi sentiūt. Et si utilia &
necessaria, pro alio tamen tempore dicenda.

Illud quoq; aptissime dictum q̃ hebræus, ante faciem meam uiam tuam, ubi
nos, in conspectu tuo uiam meam, habemus, prorsus cōtraria sententia. Et he
bræus cū parte præcedente, uelut tautologice cōsentit, q̃ iusticia tua & uia tua

In uia dei nobis ambulādū, non nostra.

idem ferme sint: Via enim dei, est iusticia dei, in qua uiuendum & ambulan
dum est, non in uia nostra, aut iusticia nostra. Hæc uia dei est & uia iustorum:
de qua psal. j. dictum est: Quoniam nouit dominus uiam iustorum, quam &
Ioannes Baptista nouit, quando dixit: Præparate uiam domini. Est autem uia
dei, quia sicut dicit Leuitici. xxvj. Ambulat in nobis, hoc est, operat̃ in nobis,

Operari nostrū quale sit

uiuit in nobis, loquitur in nobis. Non enim uos estis, inquit, qui loquimini.
Non tamen falso dicit nostra translatio, uiam meam, quia operāte deo in no
bis, & nos operari recte dicimur, quanq̃ hoc operari magis sit rapi, duci & pati
operatorem deum, sicut hic uersus indicat, dicens: Deduc me, dirige uiā tuam,
quo significat se non ex se agere, sed a deo duci & agi.

Nec illa pugnant sibi, ante faciem meam: &, conspectu tuo: Vtrunq; enim
tropus est sacræ linguæ usitatus, q̃ omnia in conspectu dei tanq̃ præsente deo

& in lumine

& in lumine uultus eius agenda sunt a nobis, quod non est nostri arbitrij, nec nostræ iusticiæ, sed diuinæ gratiæ officium. Et sic hoc uerbo nostra translatio ostendit, uiam meam, intelligi, uiam dei, qđ hebræus ostendit per uiam tuam. Rursus, per faciem meam, ostendit hebræus, uiam dei esse nostram, qđ noster ostēdit per uiam meam, quod nostrum sit, faciem ad uiam dei uertere, & uiam nostram in conspectu dei ambulare. Eadē ergo est: Via dei ante faciē nostram, & uia nostra ante faciem dei, utrunq; simul fieri necesse est.

Accusat autē impios hic tropus & peruersitatem eorū percutit, ut qui uersa in suā uiam facie sua & uerso ad uiam dei dorso suo incedāt. Sicut Leuit. xxvj. dicit: Si ambulaueritis contra me, incedam & ego aduersum uos in furore contrario &c. Viam suā suaq; opera cōsyderant & sequūtur, uiam dei & opera dei negligunt. ut Isaiæ. ij. Opus manuum suarum adorauerūt, quod fecerūt digiti eorum. Idem. v. Et opus dñi non respicitis, nec opera manuū eius cōsyderatis. Hoc totum (ut sepe diximꝰ) fit, quia uiam crucis & uitam fidei, quæ cogit eos ponere qđ sunt & sapiūt, exhorrēt, colentes frustra deum, mādatis & doctrina hominum, ut idem Isaias dicit. xix. & Math. xv. repetitur. *Via crucis & uita fidei.*

Verbum dirigere, in scriptura celeberrimum est, in quo commendatur recti tudo seu directio cordis, ut psalmo. cxviij. Cōfitebor tibi in directione cordis. Et psalmo. lxxxij. Quam bonus deus Israel, iis qui recto sunt corde. Et Canti. j. Recti diligunte. Adeo ut etiam absolute quādoq; ponatur directio: sicut psalmo. xcviij. Tu parasti directiones, id est, tu solus fecisti rectitudines, quicquid usq; recti cordis est, tui muneris est. Hij enim soli diligunt deum & placent. Est autem hæc rectitudo sana opinio & sensus de deo, cui cōtraria est prauitas cordis, quā iam sæpius diximus esse, mētem cordis, superborum consilium impiorū, sapientiam carnis, & id genus similia. Vocaturq; rectum cor, quod nō quærit quæ sua sunt, sed quæ dei, & simplici oculo directoq; pspectu in uoluntatem dei figitur, hanc per omnia & prospera & aduersa obseruat solam, nec aliud nosse uult aut obseruare. *Rectitudo cordis est diuini muneris.* *Cor rectum*

Prauum autem cor, quod quærit quæ sua sunt, ad seipsum intentum, oculo duplici uidens, simulans sese dei uoluntatem quærere, cum reuera in hocipso quærat suam. Quæ prauitas tam alte inhærer uitiosæ naturæ, ut soli deo sit perscrutabilis. Hieremiæ. xvij. Prauum est cor hominis & inscrutabile. Quis scrutabitur illud? Ego dominus scrutans renes & corda. In hanc prauitatem sese abduci timens Propheta pro hæreditatibus orat, ut dirigatur uia dei ante faciem eius, id est, ut in rectitudine cordis perseuerāter ambulet & uiuat semper: quod fit pura & plena fide spiritus. *Cor prauum.*

Igitur contra impios & iniquitatis operarios, qui derelicta obedientia dei, suis operibus deum colunt, ponit iusticiam dei & uiam dei, id est, obediētiam dei, in qua se uelut ouem deduci & dirigi petit propter inimicos, insidiatores, subdolos & nocentissimos deprauatores hæreditatum dei, atq; id maxime in primo omnium opere, quod latriæ uocant, quo nullum magis patet impijs abusionibus, superstitionibus, hæresibus: hypocrisi, mendacio, & uanitati: quorum omnium nequitia est sese optimi operis specie uestire & uendere, ita ut satis inculcari nequeat ista cautela. *Latria exposita ē multis & magnis uitijs.*

Quoniam non est in ore eorum ueritas, cor eorum uanum est:
Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant.

Sic habet in hebræo distinctio uersus, qui apud nos in duos pene
est. Hieronymus sic: Quoniam non est in ore eorum rectum, interiora
insidiæ: Sepulchrum patens gutur eorum, linguam suam leuificant. A
omnia quidem recte, nisi q̄ insidias, rectius putant uanitates hebraeo
quod parum refert.

Claret autem loqui prophetam de uerbo doctrinæ eorum, quod arcule
mum mēdacij, deinde uanitatis, tertio nocentiæ, quarto fallaciæ, qua fictio
ut specie bona uestitum, sit insanabiliter noxium. Aperta autem & plana
omnia ex prædictis.

In magistros uanitatum.

Mendaces, inquit, hij magistri prompti omnes docere, os habē & loqu
tur, sed (ut .j. Timoth. j. dicitur) non intelligunt neq̄ quæ loquuntur, neq̄
quibus affirmant, id est, neq̄ uerba, neq̄ rem intelligunt: Ideo non est in
eorum rectum, & si uideantur omnium rectissima & uerissima docere. Deus
sicut Iamres & Mamres restiterunt Mosi, ita & hij resistunt ueritati. j. Timoth.
iiij. Ausi cum omnibus contendere, etiam persequi alios meliora sapientes.
Eadem sententia dicitur Iob. xlij. Non enim locuti estis rectum coram me, si
cut seruus meus Iob. Quod autem non loquuntur rectum, seu uerum, in cau
sa est, quod operātur iniquitatem & prauitatem, hoc est, in omni sua doctrina
id agunt, ut homo quærat quæ sua sunt, suis meritis & operibus fidat, aut sa
tem hoc malum non tollunt, neq̄ dedocent, neq̄ redigunt hominem ad nihi
lum, ut stultus fieret, atq̄ peccatorem se agnoscere. Ita fit ut cum adorādus si
deus in timore, & (ut psal. ij. dictum est) seruiendum ei in timore, exultandum
cum tremore, in multitudine misericordiæ dei omne opus (ut uocat) laudis
perficiēdum, illi reddant securos & præsumptores de operibus suis. Hoc enim
agunt & tres illi amici Iob, per totum contentionis suæ contextum, nihil de
misericordia dei (quam Iob unice extollit cum timore iudiciorum eius) sed tan
tum de iusticia, bonos exaltante, & malos damnante disputantes. Quare et
cte a deo reprehenduntur, tanq̄ non rectum locuti, cum uerum sit, neminem
apud deum iustum inueniri in suis operibus, quātumlibet magnis & multis.
Rursum tamen certum est, iustum esse quicunq̄ in eum (etiam sine operibus)
confisus fuerit: Qua fiducia securus est omnia sua placere deo, & nihil sese pec
care ac peccasse, in quo uerbo Iob tanq̄ blasphemum criminabātur amici sui,
ex plaga ei illata diffiniētes eum omnino peccasse & meruisse iram dei, quam
rursus bonis meritis posset auertere.

Amici Iob re cte reprehen duntur.

At dices, quid faciam, quando, tam eximias loquuntur sententias, ac tam re
ctas ac ueras, ut nulla ratione possint improbari, sicut amici Iob, denique cum
ipsa uerba dei loquantur e media scriptura?

In adulterato res uerborum dei.

Respōdeo, de his potissimum loqtur, qui uerbum dei adulterant. Hoc enim
uelamen nequitiæ reuelat, dum dicit: Interiora eorum insidiæ, seu uanitates,
ac si dicat: Speciosa sunt uerba, & sancta & uera, sed nō uere aptātur, ad fallam
intelligentiam assumuntur. Vnde Hieremias. v. Circuite uias Hierusalem, &
aspicite & consyderate & quærite in plateis eius, an inueniatis uirum facientem
iudicium & quærentem fidem, & propitius ero eis. Q̄ si etiam uiuit dominum
dixerint, & hoc falso iurabunt, Idem: Qui habet sermonem meum, narret ser
monem meum uere. Quid hoc aliud est, q̄ sermonē ipsius dei & uere & sane
dici posse? Ideo in specie quidē recte uidentur docere, sed interiora uana sunt,
& cor eorum uanum est. Non enim id sapiunt quod uere uerba docent, sed id
uolunt

uolunt uerbis uideri, significari, quod ipsi sapiunt, ita ueritas operculum sit mendacij & uanitatis, & satis apte hac oratione (interiora eorum uanitates) exprimit doctrinæ hypocritarū uim, qđ aliud foris simulent, aliud intus alant, simulant pietatem & alunt impietatem. Hic est angelus Satanæ in angelum lucis transformatus, hæc astutia serpentis ostentans diuinitatem obtinēdam, hæc religio angelorum, de qua Apostolus ad Colloss. iij. Nec absurde & hij di cunt, qidem uocabulum, hauoth, nō insidias tantum, ac uanitates, sed etiā per uersutates significare dicūt: quia reuera peruersores sunt uerborū dei: ut Hiere. xxiij. Peruertistis uerba dei uiuentis dñi exercituum, qua puersitate & sibijpsis uani fiunt, ueritati & alijs insidiosi, iuxta Paulum. ij. Timot. iij. falsi & fallētes proficiūt in peius. Hæc peruersitas, olim figurata est in oībus Idolis ac sculptili bus & cōflatilibus, qđ non obscure indicauit Moses: Exo. xxxij. ubi descriptu rus formationem aurei uituli, dicit: Aaron ex auribus mulierum sumptis fin xisse seu formasse opere fusorio & feciſſe uitulum cōflatilem: ubi in hebræo ,p opere fusorio, stilo habet, q uidelicet futurum erat, ut uerba dei, quæ sunt in aures filiarum Israel, animarum credentium, unicum ornamentum nostrum, mutarent in formas intelligēdi ad suum sensum impij Doctores, & inuicē po puli quærerēt magistros pruriētes auribº, & rectores ad fabulas (ut Apłus ait) conuerterent. Nā & Hieremias. viij. Moſen ferme interptans, dicit: Vere men dacium operatus est stilus mēdax scribarum. Idem cap. ix. & Isaias. xliij. lōgo sermone de formatione Idoli loquuntur. Sed & apud Ezech. xvj. Hierusalem arguitur, q ornamēta aurea & argentea domini, sibi data, tulerit & fecerit sibi imagines masculinas, & fornicata sit cum eis.

In nostrum seculum.

Verum hæc omnia iocus ꝑpe sunt, si ad nostra secula rem cōpares, ubi nihil æque iactatur, atque cultus dei & Ecclesia, domus dei, cum interim nemo mi nus colat deum, & qui tot ritibus, tot inuētis nostris operibus, alij discordiam alunt, alij gloriā quærūt, alij quæstum uenātur, & omnino ea quæ nostra sunt quærimus, quibus tñ omnibus prætexunt uerba dei, ubi docēt, orandum esse, bonumq operādum & similia. Aut quod malum, quod monstrum, quod por tentum hodie nō uelatur nomine tremēdo dei & sanctorum Petri & Pauli & Ecclesiæ: cum (ut alia taceam) & religiosæ præ cæteris factiones, nō nisi ad in uidiam muruam, & saturādum uentrem religiosæ sint, quæ hunc tñ & similes psalmos quotidie ꝑ aliorum salute emurmurant, frōte scilicet ærea fortissime armati, ne sentiant quāto æstu uerba Prophetæ, contra seipsos sui emurmura tores sonent.

In religiosos nostros.

Sepulchrum patens est guttur eorum.

Non est dubium, quin his uerbis mira auxesi positis, uoracitatem inexplebi lem significet, non contentus, q guttur eorum sepulchro compararit, quod per se omnes deuorat, sed patenti & ad deuorandum insatiabiliter parato. Tri buit autē his impietatis magistris scriptura sancta, præ cæteris, auaritiam & de uorationē populi: ut Christus Lucæ. xx. dicit, scribas deuorare domus uidua rum orātes oīonem lōgam. Et Miche. iij. Qui comederūt carnem populi mei & pellem eorum desuper excoriauerūt, & ossa eorum cōfregerūt & cōciderūt si cut in lebete, & quasi carnē in medio ollæ. Et paulo infra: Hæc dicit dñs deus super Prophetas qui seducunt populum meum, qui mordent dentibus & præ dicant pacem: Et si quis nō dederit in ore eorum quippiam, sanctificant super eum prælium. Item Amos. iij. Audite hoc uerbum uaccæ pingues, qui estis in monte Samariæ, quæ calumniam facitis egenis, & cōfringitis pauperem, quæ dicitis dominis uestris, afferte & bibemus.

Sed copio

Sed copiosius Isaias. lvj. Speculatores eius cæci omnes, nesciunt uniuersi canes multi non ualentes latrare, uidentes uana, dormientes & amantes somnia, & canes impudentissimi, nescierunt saturitatē: Ipsi pastores ignorantes intelligentiam, omnes in uiam suam declinauerunt, unusquisq; ad auaritiam a summo usq; ad nouissimum: uenite sumamus uinum & impleamur ebrietate, & erit hodie sicut cras, & multo amplius. Hæc, si consyderes rectores Ecclesiasticos hodie, & eos qui docere uidentur populos, non indigebunt glossa. Quid enim attinet Romanorum & omnium pōtificum, sacerdotum, religiosorum auaritiam, incredibilem ingluuiem, pompam & luxum plusq; mundanum recensere, cum sua ipsorum impudētia, sese fabulam uulgi & exemplum quotidie his rebus faciant? ubi enim nō auaritia cleri uulgo cantata? Aug. omnia eo titulo, q populo dei præsint, nonne recte sepulchrum patens guttur eorum dixerit? qui omnibus omnia rapientes, nec sic expleti, sicut hodie, ita cras & multo amplius deuorare anhelant. Offendunt cū hæc dicunt, & scandalosa & aurium piarum offensiua uerba hæc sunt, uerum offendebant enū & tunc temporis optimates Synagogæ, ita ut tanq; hæretici & rebelles maioribus, cū ignominia occiderētur.

In Ecclesiasticos nimium uere.

Veritas offendebat etiam optimates synagogæ.

Idem Isaias. v. Expectaui ut faceret iudicium, & ecce iniquitas, & iustitiam & ecce clamor. Væ qui cōiungitis domum ad domum, & agrū agro copulatis usq; ad terminum loci. Nunqd habitabitis uos soli in medio terræ? In auribus meis sunt hæc, dicit dns. Item Amos. vj. Væ uobis qui opulenti estis in Zion, & cōfiditis in mōte Samariæ optimates, capita populorum ingredientes pompatice domū Israel? Trāsite in Calanne & uidete, & inde in Emath magnam, & descēdite in Geth palestinorum, & ad optima quæq; regna horum, si latior est terminus eorum termino uestro, q seperati estis in malum diem, qui appropinquatis solio iniqtatis, qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis uestris, qui comeditis agnum de grege, & uitulos de medio armenti, q caniris ad uocem Psalterij, bibentes uinum in phialis & optimo unguento delibuti, & nihil patiebantur super cōtritione Ioseph.

Sine periculo ueritatem nō licet loqui.

Sed temperādum est mihi a pluribus adducendis, ne in sacros Canones peccasse uidear, & cum Prophetis uelle patrimonia Christi, & res Ecclesiæ, cōemptis cēsuris, alienare, & illicitas temporales has possessiones regnorum & prouinciarum asserere: Neq; enim satis tutus hic fuerim, uel omnibus Prophetis & Apostolis stipatus a facie sacratissimi iuris pōtificij. Satis est q hic Propheta Amos, ideo regna in circuitu Israel posita, licet ampla & ditissima, post posuerit diuitijs sacerdotum & delitijs seniorum plebis, ut nobis interpretaretur, quid sit guttur eorum, quod sepulchrum patens appellatur, quod hodie potius os inferni dixeris: ut Isaias. v. dicit, & animam inferni dilatatam absq; termino, adeo nouis semper artibus quæritur & modicum illud reliquum populi, quo uix uiuit, cæteris oībus iam dudum deuoratis, & implet illud quoq; psal. xiij. Qui deuorant plebem meam, sicut escam panis.

De Doctoribus seductoribus.

Igitur hoc sensu cum Doctores impij uiam dei non doceant, nec aliud quærant, in deo etiam, cū quæ sua sunt, sequitur q multo magis in hominibus quærant, quæ sua sunt: Ita ut cum fiducia Paulus Philip. iij. audeat eos appellare canes, dicens: Videte canes, uidete malos operarios, uidete concisionem. Et infra: Quorum finis interitus, quorum deus uenter est. Sed ad Titum eosdem appellat mendaces, malas bestias, uentres pigros, utrobiq; enim de Doctoribus loquitur seductoribus. Quare & Propheta sancta indignatione eorum detestatus.

detestatis nequitiam, fœdo nomine eorum taxat concupiscentiam, ac si dicat: Quid enim isti porci faciūt, impia sua doctrina, qua perdūt animas, nisi q̄ suo uentri seruiunt, dum per eam, populo decepto, rapiūt, congregāt, augent, non nisi terrena sine fine & modo insaturabiles uoratores? & denicq̄ sicut Apostolus ad Titum fœdissima rapinosi eos uentres appellat, ita hic uidetur eos guttur appellare, q. d. Vos toti guttur estis, & aliud nihil, idq̄ uelut sepulchrū patens, cum in aliud non incumbatis, q̄ ut uoretis hominum substantias, quo tropo dicimus, non malus, sed malitia, & scelus pro scelerato, ita uenter pro uentris studioso, guttur pro gutturis studioso, uoracitas pro uorace, Alemanice,

Ventri seruire quid sit.

Guttur sunt impij doctores.

Es ist mit der nurr fressen vnd sauffen.

Adiecissem & aliam intelligentiam, q̄ ideo appellentur guttur, quod sepulchrum patēs est, quia deuorēt animas eorū, impio uerbo & opere in infernū, quā b. Aug. tractat, sed uidet paulo remotior a sensu literali, eā omitto, quod facilior quoq̄ sit, q̄ hæc literalis, præsertim quod ad contextum præcedentium & sequentium pertinet, tamen alterius iudicio non præiudico. Igitur cum populorū magistri titulo iustissimo, sicut Leuitæ, a populo metunt carnalia, dum seminant spiritualia, sit auaritia & ignorātia uiæ dei regnantibus, ut pro spiritualibus seminēt impia dogmata carnem sapiētia, quæ quia plus placēt stulto uulgo, q̄ uere spiritualia, facile seducunt, & interim illi carnalia eorū metunt, donec & fundos eorū absorbeāt cum uniuersa substantia: ut sic illi pro impio labore, Impiorum in hoc seculo obtineāt felicitatem, hi uero pro impia pietate, & in corpore & anima duplici contritione conterant. Nec uacat quod guttur eorū magis sepulchro compararit, q̄ ulli alteri uoracitati: forte q̄ sola substantia rerum de impio ministerio & titulo acquisita, eius sit infelicitatis, ut ad nullum unq̄ pietatis usum redeat, sicut cadauera semel sepulta ad uitam nō reuertuntur. Non enim dicit scriniumpatens, guttur eorū, quasi spes sit recipiendi aliquando, quod illatum fuerit: Sed sepulchrum in quod ubi inuleris, quippiam, non sit spes ulla recipiēdi. Nam habēt sane & hodie hanc gratiā Christi & Ecclesiæ patrimonia, præsertim ampliora, ut scortis, mulionibus & omnino infimæ feci mortalium, ita seruiāt, etiā per testamēta & successiones, ut digna non sint fidelibus Christi pauperibus obuenire: sicut habent & prouerbia & experientia, quare multa deuorare, & nemini fidelium Christi eadem cōmuni care, hoc est operariorū auen, id est, martyrū diaboli priuilegium. Hinc prouerbium quoq̄ uenit, q̄ usu & contactu noceāt res (ut uocāt) spūales, & consumant oēs alias, quibus mixtæ fuerint: quod alij putant, quia tam sacræ sunt, & diuinis dicatæ. Alij uero q̄ tam execratæ, & uelut Hiericho in anathema positæ, ne unq̄ seruiāt cum rebus boni usus, ipsæ suo priuatæ usu.

Duplex contritio populi stulti.

Guttur eorum sepulchrū est

Patrimonia ecclesiæ quibus seruiāt.

Res spirituales alias consūmunt.

Vltimo, q̄ linguis suis dolose agunt, linguas suas leuificant: seu ut heb. linguis suis adulantur & blandiuntur. hoc ad præcedens pertinet: Nō enim id negocij sibi dari putant, populo ut prosint quas docent pietatis sententias, sed uulgo ut placeant, quas narrant impietatis fabulas: Id enim curant, ne populi aures offendant, ut ipsi pingues sint & abundent. Suntq̄ de numero illorum de quibus Isaias. xxviij. Loquimini nobis placētia. Et Paulus ad Timo. Acerualabunt sibi magistros prurientes auribus. Et ad Ro. ult. Qui per dulces sermones & suaues prædicationes corda seducunt innocentiū: hi enim non Christo domino nostro, sed suo uentri seruiunt. Itaq̄ ueritatē hi non loquunt, timore penuriæ ignobilis, dicūt autem quæ uulgus libēter audit, spe abūdātiæ: atq̄ ita fiunt sepulchrū patens. Has leues, blādas, sed dolosas (ut nr̄a habet translatio)

Placētia uulgo dicuntur.

linguas

linguas omni ueneno aſpidū nocentiores & peſtilētiores hoc uerbo
ſiquidem ueritas aſpera eſt, uerbum crucis horridius, cp̄ ſit Iohannis
Camelus, non enim mollibus ueſtitur uox clamantis in deſerto
Verbi dei nū cius pauper uel non diu di ues. Ideo neceſſe eſt uerbi dei nuncium aut pauperē eſſe, aut nō diu diuiſ
Atq; hinc nata eſt una hodie omnium excuſatio, qua ſe excuſant, q̄ nō
& dicūt ueritatē, nempe q̄ hinc ſit ſecutura ruina Eccleſiæ, monaſteri
moniorū Chriſti, & non parū gutturi & uētri detrahendum. Quare ut
maneat & ſit eo patentius ſepulchrum, leuificāda eſt lingua, blandien
In adulato res. uulgo, conniuendum uitijs, tum, ſi ſunt maiores, etiam uitia pro uirtut
ctanda. Quicquid dixerint, fecerint, non fecerint, ut diuina oracula hab
contraria uero omnia hæretica & impia arguēda, perſequenda: tunc
erit guttur, ſatis ſecurus uenter, tum nō excommunicaberis, nec præbe
uaberis, quin ſi amplius linguā leuificaueris & blādius adulatus fueris,
guttur tuum, erit patentius ſepulchrum, & uenter tuus diſtendet, obru
neficijs & donis, ornaberis laudibus, Aurei erūt tui ſermones, digni ced
libelli, & quicquid calcaueris roſa fiet. His adulatoribus mundum eſſe ho
refertū, credo cuiuis expoſitū eſſe: quādo & religioſi ipſi in hoc lingu
candæ ſtudiū toti æſtuant. Ita fit quod Ezechiel dicit cap. xiij. Væ qui cō
puluillos ſub omni cubito manus, & faciūt ceruicalia ſub capite uniuerſæ
tis, ad capiendas animas: Et cū caperēt animas populi mei, uiuificabāt
eorū, & uiolabant me (id eſt ueritatē, falſam de me opinionē docēdo) ad
lum meū propter pugillum ordei & fragmē panis, ut interficerēt animas
non moriunt & uiuificarēt animas quæ nō uiuunt, mentientes populo
credēti mendacijs. Quæ ſentētia pulcherrima quid uelit, & quō hūc locū
exponat, Sequitur: Dirumpam ceruicalia ueſtra (id eſt, blandos ſermones &
χακολογιας, ut Apoſtolus uocat) & liberabo populum meum de manu
neq; erit in manibus ueſtris ad prædandū: Ecce guttur & pugillum ordei &c.
Sequitur uero, ꝓpterea quod feciſtis mereri cor iuſti mēdaciter (oportet enim
adulatorem non modo falſa impios docere, ſed etiam uere iuſti dogmata
ſequi, alioquin guttur eius cito claudetur) quem ego non contriſtaui, &
confortaſtis manus impij, ut non reuerteretur a uia ſua mala ut uiueret, propterea
uana non uidebitis & diuinationes amplius non diuinabitis &c. Patet ergo
noſtrum translatorē doloſam linguam intelligere adulatricem & blandientē
linguam, quæ pro terrenis his rebus, impia impios docet, & pia piorum perſe
quitur, ideo in ore eorum non eſt rectum & interiora uana, peruerſa, inſidio
ſa, ſic patet ſenſus huius uerſus.

Excuſatio au toris & ex= curſuū ratio. Diſplicet mihi ipſi prolixa iſta mea uerboſitas, & incompoſita ſaliua, quod
tot uerbis inculco breuiſſima uerba ſpiritus, uerum quādo cōſydero me non
doctis, nec acutis, nec ingenioſis ſcribere, ſed ſimplicibus & uulgaribus maxi
me clericis, uideor mihi nimio adhuc breuis & parcus eſſe, præſertim in his re
bus, quæ ut ſumme ſunt neceſſariæ ſcitu, ita ſuperſtitionibus & idolatrijs per
orbem oppreſſæ, cordibuſq; hominum iam longo uſu alienæ, ut mihi opus au
deatur eſſe, cōtinuis tonitruorum uocibus, quibus terreſtris homo concuti
& expergiſcatur. Quare delicatus lector aut hæc non ſibi ſcripta nouerit, aut
memor ſit ſe patientiam debere infirmioribus & rudioribus, ſinatq; me exem
plo Iacob patriarchæ Geñ. xxxiij.) cum turmis paruulorū & ouium & boum
paulatim eorū ueſtigia ſequi, ſicut uidero eos poſſe, ne ſi plus eos ambulando
laborare fecero, moriant una die cuncti greges &c.

Iudica

Iudica illos deus, decidant a cogitationibus suis secūdū multitudi
nem impietatum eorum expelleeos, quoniam irritauerunt te dñe.

Prior particula huius uersus apud nos ad præcedentē nectit̄, nec ad sensum hoc multū facit. Propheta impios hypocritas & operarios iniquitatis, hucusq; descriptos & accusatos, iam petit tales decerni iudicio diuino: quod iudicio ho minum probent̄, excusent̄, & defendantur tanq; iusti & ueraces, nec possit eis hoc nomen auferri, quasi cum Hiere. v. dicat: Stupor & mirabilia facta sunt in terra, prophetæ prophetabant mendacium, & sacerdotes applaudebant manibus suis, & populus meus dilexit talia. Quid igit̄ fiet in nouissimo eius? Quis enim reluctere possit ijs, qui suffragio & uulgi & maiorum tuti sunt? At sic habent impij operarij aduersus unicum ueritatis preconem: ideo necesse est eum multas scandalosas, seditiosas, offensiuas piarum aurium, erroneas & hæreticas propositiones proferre, damnandas tam sacerdotum & principum, q; populi iudicio. Ipse interim quid? unum hoc, quod orat deū pro sententia, ei causam commendans.

Hebræum uerbum, quod iudica illos, uersum est, Hieronymus uertit, condemna eos, significat proprie hoc iudicium, quo ostenduntur quales sint, reuelata eorum impietate. Quo sensu & Paulus loquitur. ij. Timo. iij. Insipientia eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit, ultra non proficient. q.d. propheta: fac, ut sicut modo omnibus probantur, amantur, iactantur, ita reuelata eorū insipientia odiantur, ejciantur, detestentur, ut homines uideant sese probasse male, quod tu damnasti. Hoc enim uidimus & uidemus in omnibus hæreticis obtigisse, ut primum quidem hominibus placuerint, sed postea dissipata sunt ossa eorum (ut psal. xiij. dicetur) confusi sunt, quoniam deus spreuit eos: interim serenda est eorū gloria & iactātia, & plausus & pompa. Ego uero (ut Hiere. xx.) Interim factus sum in derisum tota die, omnes subsannabant me, quia iam olim loquor uociferās iniquitatē, & uastitatē clamo. Et factus est mihi sermo domini in opprobriū & in derisum tota die &c. Non ergo tantum ad extremum iudicium hæc pertinent, sed est oratio, ut ueritas triumphet iudicante deo, quam illi opprimunt, iudicāte humano die. Iudica tu deus, quia male iudicant homines.

Cōtra hæreticos primū hominibus probatos, sed dānatos postea.

Nota.

Decidant a cogitationibus suis. Cogitationes, hoc loco eadem dictio est, quæ psal. primo, consilia impiorū significauit, quare non simplices cogitationes, sed, ut ibi & iam satis dictum est, Impias opiniones, sensus, mētes, dictamina rationis, de deo, diuinisq; operibus & uerbis, humanitus inuētas, & doctrinas aliis traditas intelligimus. Vnde tapinosis est in utroq;, in cogitationibus, & in suis, suæ sunt, non dei cogitationes: iuxta illud Isa. lv. Non enim cogitationes meæ, cogitationes uestræ, nec uiæ meæ, uiæ uestræ, quoniam sicut exaltantur coeli a terra, sic exaltatæ sunt uiæ meæ, a uijs uestris. Quid his uerbis indicat, nisi cogitationes hominū quantūlibet sanctas, esse terrenas, uanas & mēdaces, iuxta illud psal. Deus scit cogitationes hominū, quoniam uanæ sunt? ita cogitationes appellat tapinoticos, tanq; uagos & instabiles animi motus (hoc enim est cogitatio) quæ illis uidentur stabiliora & perenniora decreta, marinis rupibus. Sed & Paulus hebræos, xiij. monet ne uarijs & peregrinis doctrinis abducantur. & Ephe. iij. Ne omni uento doctrinæ circumferamur: has uagas muscas, Aegypti plaga satis significat, Christus q; q; Iohannis doctrinā ob idem negauit arundinē esse, quæ uento agitet̄, Matt. xj. Nostra autem fides

Cogitationes hominū uanæ & instabiles.

I doctrina,

doctrina, firma petra, rupes, saxum est, irridens tam uentos q̃ fluctus mun-
tius inæternum, ideo & iustitia eius in seculum seculi.

Verum quid hoc, quod nõ cogitationes, sed ipsos cadere optat? Beatus Au-
gustinus arbitratᵉ hũc uersum esse prophetantis, nõ orantis, aut si orantis el
orari, ut bene cadant, & mutentur ad sanas dei cogitationes. & placet eius se-
tentia: uerum tropus iste hypallagicus adhuc urget, qui mihi uidetur esse con-
lis sententiæ cum illo psal. lxxx. Diuertit ab oneribus dorsum eius. Quod-
delicet in mundo, ubi regnant principes tenebrarũ, frustra quisq̃ molitur
sint impiæ doctrinæ & cogitationes, cum necesse sit uenire scãdala: Verum
curandũ, ut nos a doctrinis & cogitationibus ipsis auertamur, quæ nobis per-
naciter nituntᵉ adhærere, & adeo nõ cadũt a nobis unq̃, ut assidue etiã immer-
in nos, & obstinatissime impugnent. Quæ si ita sunt, apparet eos, qui mul-
uolunt reliquas hæreses, errores, impietates existere, aliud nihil, conari, q̃ u
exustis hæreticis ipsi soli sint libere hæretici, pugnam enim, non otium nobis
indicat hic uersus, contra cogitationes hominũ, dum nõ ipsas, sed homines ab
eis cadere precatur: Glutino enim omniũ tenacissimo & formicãtissimo amo-
re sibi adhærent, cor humanum & suum cõsilium, ita ut magna & ui & opera
etiam gratia dei opus sit. Cadere autem potius q̃ auertere uoluit dicere, q̃ a su-
perbia ad humilitatem uenire eos optat: Cogitationes enim inflãt, ut se pecca-
tores non possint agnoscere, nec humiliari ad gratiam dei.

Hæreses ex tirpare.

Impij suas cogitationes nõ perficiũt sed cadũt potius.

Qui uero uolet prophetantis sensum sequi (qui mihi placet) facile & hoc fa-
ciet. Quod impij cadent a suis cogitationibus, quando fiducia earum ruit, ita
ut nequeant eas stabilire, nõ secus atq̃ instructura Babilonicæ turris monstra-
tum est (nam illic officium, studium, opus & finis, impiorum doctorum pul-
cherrime adumbratum est) ubi quod cœperant nõ poterant consummare.
Quod & Christus in parabola ædificãtis turrim depinxit. In hoc sensu psal. xx
loquitur: Cogitauerunt consilia, quæ non potuerunt stabilire. Cadunt ergo a
consilijs perficiendis, dum pereunt, relicto post se monumento quo omnes ui-
dent, quid fuerint machinati, & nõ præualuerint, sicut Arriani ceciderunt: sed
memoria eorum & cogitationes eorũ ab eis desertæ & non perfectæ omnibus
irrisioni & fabulæ, reliquæ sũt. Tale iudiciũ hic propheta & prædixit & impre-
catus est oĩbus impijs cogitationum suarum magistris & operarijs, ut cadant,
& nonperficiant quæ cogitãt aduersus pietatem, hoc fit, cum iudicantur a deo
(de quo dictum est) donec enim iudicãtur ab hominibus, crescunt & surgunt
in cogitationes suas.

Cur etiam non simpliciter dixit: Expelle eos, sed addit sedm multitudinem
impietatũ eorum? Ac uerbum expelle, dispersionem in hebræo significat: quo
modo autores turris Babylonis diuisi & dispersi sunt in omnẽ terram, & cessa-
uerunt ædificare ciuitatem, Geñ. xj. Quod & beata uirgo dicit: Dispersit su-
perbos mente cordis sui. Cui rei cum suis uulpibus præluxit Samson, Iud. xv.
Sic enim regnum in seipsum diuisum desolatur. Neq; enim ulli unq̃ hæretici
uicti sunt, ui, aut astu, sed mutua dissentione: nec aliter cũ eis pugnat Christus,
q̃ mixto inter eos spiritu uertiginis & dissentionis: sicut inter Sichimitas lu-
dic. ix. inter Babylonicæ turris operarios, & in nro testamẽto inter Arianos,
Donatistas, Pelagianos. Sed & Iudæi nouissima uastitate, perierunt dissen-
sione. Ita ut Hilarius sanctus uir, glorietur in libro de trinitate bellum hæreti-
corum esse pacem Ecclesiæ. Ad dissentionem enim eorum sequitur & corpo-
ralis eorum dispersio. Hoc Christus nimirum significat, cum fortem armatum

Hæretici uincũtur mutua dißentione.

armis spo-

armis spoliandum ita describit, ut uniuersa distribuenda & dispergẽda asserat, in quibus alle confidebat. Sic & Oseas. x. similem iniquitatum multitudinem describens, diuisione eos perituros denunciat, dicens: Vitis frondosa Israel, fructus adæquatus est ei, scd'm multitudinem fructus sui multiplicauit altaria, iuxta ubertatem terræ suæ exuberauit simulachris, diuisum est cor eorum, nũc interibũt, ipse confringet simulachra eorum, depopulabitur aras eorum. Quæ uerba aptissime huc uersum exponunt: Quid enim multiplicatio altarium scd'm multitudinẽ fructus sui significat, nisi illud: Israel creuit in multas ciuitates, & tot sibi altaria erexerunt: iuxta illud Hiere. ij. Scd'm numerum ciuitatum tuarũ, erant dij tui Iuda. Qua diuisione mox sibi accelerãt dispersionem, dum unaquæq; pars alterius optat ruinam, quo sua solius statuat.

Est ergo sensus, multis modis sunt impij, multas superstitiones & Idolatriæ uaria genera perpetrãt, sunt in seipsos quoq; diuisi, sicut Pharisæi & Saducæi, & eorundem nostro seculo æmuli, quare scd'm hanc dispergẽ eos, ut desinat eorum impietas, amisso concordiæ robore. Quæ si uera sunt, uidetur Ecclesiæ imminere grãdis persecutio, uastitas & dispersio, quæ in tot sectas diuisa, membris sibi misere pugnantibus, uehementi conquassatione minatur ingentem ruinam, non tm tot altaria, quot ciuitates, sed pene quot capita, adeo periit fraterna charitas, sine qua quicquid uiuitur, Idolatria sit necesse est, quia nõ quæritur id quod dei est, quo fit, ut omnium sacerdotum & religiosorum, populorumq; speciosas conuersationes, posthabita charitate (sicuti nunc est Ecclesiæ facies) recte appelles multitudinem impietatum, scd'm quam & diuisi sumus, & dispergentur prope diem unusquisq;, ut Isaiæ. lij. In uiam suam, sicut nobilissime (ut dixi) uulpes Samsonis figurant, uultibus disiunctis, caudis igne coniunctis.

Imminet Ecclesiæ grãdis persecutio.

Multitudo impietatum.

Quoniam irritauerunt, hebraice: Amaricauerunt te. Diximus præ cæteris peccatis, hoc maxime urere & exacerbare & amaricare, quo id omittitur quod præceptum est, & aliud fit uelut melius, quod non est præceptum: Auen scilicet, ipsa inobedientia, Idolatria, operatio iniquitatis. Ideo Propheta eis tribuit, quod irritant & amaricant deum. Quod & alij Prophetæ faciunt, ubi domum Israel, amaricatricem, exasperatricem, irritatricem, exacerbatricem (ut dictum est) appellant.

Exacerbatur deus.

Notandum uero q̃ nomen, impietatum, hoc loco aliud est a uocabulis præcedentibus, non enim Auen aut Rescha, sed פשע pescha hic ponitur quod generale nomen est ad omnem transgressionem. Isaiæ primo: Filios enutriui, ipsi autem spreuerunt me, id est, peccauerunt in me, seu transgressionibus suis spreuerunt me. Vnde & Hieronymus trãstulit scd'm multitudinem scelerum eorum. Quæ autẽ sint illæ transgressiones in specie, superius recensuit, dicens: Non uolens iniquitatem tu es. Vult enim his omnibus, multis modis eos peccasse, transgressos & præuaricatos esse, ita ut etiam irritarint deum, dum ei placere sibi uiderentur. Quæ multitudo impietatum non modo dicitur, q̃ scd'm prædicta in multas diuisi sunt sectas, sed q̃ quælibet quoq; secta his multis modis peccet, quos in septenario prædicto descripsit.

Et lætentur omnes qui sperant in te, in æternum exultabunt, & habitabis in eis. Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum.

Digreditur autor disserit.

Omnia hæc unus uersus ī hebræo habet, beatus Hiero. sic: Et lætent omnes qui sperāt in te, in perpetuum laudabūt, ꝓteges eos, & lætabūtur in te amantes nomen tuum. Vbi noster gloriabunt, pro lætabuntur dixit. Sed & hic uariant mire in his affectuum uerbis translationes, ut nō nisi in fonte hebraico constans illorum possit ubiq; haberi differentia.

Affectuū uerborum ex hebræo fonte petenda cōstans differentia

Quatuor affectuū uerba hic uidemus cūmulata, lætari, sperare, exultare, habitare, sed & illud, habitabis in eis prope affectum spei indicat. Quomodo inter se differunt? difficile est hoc inuenire, ꝙ rari sint hīj affectus & ardui, nec nisi paucis cogniti & docibiles. Hoc unum certū est, iuxta psalmi totius sensum, lætitiam de gaudio & securitate cordis, nō quæ in remotione malorū exteriorum, puritate & fidelia conscientiæ (ubi spes regnat) habentur. Hoc enim egit, ut doceret, quæ uera iusti & pij fierēt, scilicet, misericordia & timore dei, nō operibus iniquitatis quærunt gaudere & lætari, sed nō omnes recte quærunt, ideo nec inueniunt. Quare hūc uersum in duo diuidamus, ut sit uelut tautologicus, idē hoc, quod dicit: Et lætētur oēs qui sperant in te, inæternum exultabūt & habitabis in eis. Cum isto: Et gloriabunt in te, qui diligūt nomen tuum.

Videt nanq; hos lætitiæ affectus opponere potissimū פעלי און poeleauen, id est, operatoribus iniquitatis, seu (ut frequētius transfertur) doloris, ꝙ uerū est, hæc idolatria & operum species sit labor stultorum, qui affligit eos, & tristes reddit, nunq; autem uere lætificat cor, sicut dicūt Mal. iij. Et qd emolumentum, quia ambulauimus tristes coram dño. Et Isa. lviij. Ieiunauimus, & non aspexisti, humiliauimus animas nostras, & nescisti, & cætera ꝙ totū capitulum cum sequēte, late hāc miseriam tractantia.

Vis ergo scire ubi sit uera cordis lætitia? Lætentur, inquit, qui sperant in te. Stat hæc diffinitio certa & sententia firma, nō in operibus, non in rebus ullis, sed in spe pura, cor hominis lætat, præter quam spem, q quærit aliunde lætari, sudabit multum, frustraq; laborabit: Sed & cum hæmorrhoissa Euāgelica, substantia in medicos cōsumpta, peius habebit, sicut cōtigit, ijs qui conscientia perturbata, huc illucq; discurrūt, nunc hos, nūc illos cōsulentes, nunc hæc, nunc illa facientes, omniaq; tentantes, quo cor suum quierent: Spem uero quæ sola quietat, quam & ipsi apud seipsos habere possunt, non quærunt. Ad has carnificinas cooperantur mendacij magistri, dum imprudenter docent opera, satisfactiones, indulgentias, peregrinationes, & falsas tradunt consolationes, & similibus negotijs in tenebris ambulantibus seducunt, sicut hodie est illorum omnium nullus numerus.

A sola spe requies.

CVM VERO spes ista per Psalterium toties doceatur, digrediemur hoc loco paulo fusius, ut semel pro oībus uim & modum spei cognoscamus: Sunt enī hæc trepidis & pusilis cōscientijs scitu necessaria ualde.

Igitur sicut im patiētia, tristitia, confusio, proprie, & primo non ꝓueniūt ex multitudine uel magnitudine afflictionū aduersitatū malorum quorūcunq;, sed potius ex affectu talia exhorrescente, & cōtraria ꝓspera, iucunda, gloriola, appetente insipienter: Ita desperatio, tristitia spiritualis, confusio perturbatæ conscientiæ, non ꝓueniunt proprie, & primo ex multitudine & magnitudine peccatorum, sed ex affectu potius peccata exhorrescente & copiam bonorum operum, iusticiæ, salutis, quærente insipienter.

Desperationis origo.

De spe & passionibus.

Prior pars clara est, quia hic dicit: Lætentur in te omnes qui sperant in te. Si omnes qui sperant, lætabuntur in domino, nullos exceptos sinit intelligi, neceos qui in tribulatione sunt, immo de his ipsis maxime logtur, ꝙ in dño lætantur, dum in seipsis uel hominibus tristantur: Hij sunt fideles Christi, in quibus ut abundant passiones Christi, ita & consolationes eiusdem: ut Apostolus loquitur. Sciunt enim ubi & in quo lætandum & gloriandum sit, nempe in domino, ideo per hanc suam sapientiam non tristantur, non confundun tur, non impatientes fiunt, quia nec affectant prospera, iucunda, glorioſa, qua re permedium transeunt tam bonorum ꝙ malorum, sicut scriptum est: Non conturbabit iustum quicquid acciderit ei. Et Prouer. xxviij. Fugit impius ne mine persequente, justus quasi leo cõfidens, absq; terrore erit. Qui uero igno rant & insipientes sunt, nec uolunt scire, ꝙ in deo sit lætandum & gloriãdum, quid aliud faciunt, ꝙ ut tristent̃, perturbentur, impatientes fiant, non quia ad uersa & tristitia ueniũt, sed quia his ueniẽtibus, affectu suo stulto, nõ ad deum, sed post sua prospera & iucunda respectant? sic fugiunt & nõ effugiunt, quia non quo fugiendum est, fugiunt. Quare uniuersa cuiuslibet tristitiæ, causa est affectus lætitiæ, & gloriæ insipiens, quibus nisi esset agglutinatus, nihil face rent aduersitates, ut sit uerissimum ꝓuerbium: Mundus regitur opinionibus, & tales cuiq; res, qualis opinio rerum, cõtemptæ nulli, necq; nocẽt, necq; ꝓsunt, æstimatæ autem, tum prosunt, tum nocent.

Fiducia ĩ deũ nõ opibus peccata uincũtur

Altera pars similiꝫ certa est, quia multi & magni peccatores salui facti sunt, & ipsi quoque, quos hic lætari dicit in domino, cum Iob utique dicent: Non poterimus ei respondere unum pro mille: Ac per hoc multitudinem & magnitudinem habent peccatorum. In quibus utiq; deus ostendit, desperationis causam non esse multitudinem peccatorum, sed insipientiam affectus bona opera quærentis, in tempore conscientiæ perturbatæ, quæ opponat peccatis eum urgentibus, putat enim (opinione perdita) operibus peccata potuisse ac posse uinci, quæ ubi nõ inuenit, nesciens ꝙ ad dei misericordiam sit suspiciendum, necessario desperat, non secus atq; ille necessario impatiẽs fit, qui neglecto dei respectu, bona quærit malis opponere, ac nõ habet: Nõ enĩ ulla opera, uel contra unum peccatum, etiam ueniale sufficiunt. Sic enim infelix cõscientia morituri impij, & ad iudicium dei properãtis dicit, secum q; disputat: O me miserum, si nunc multa bona fecissem, si nulla mala fecissem, si mundus permansissem. Quid hæc uerba plena stultitiæ & impietatis omniũ maxime indicant, nisi hanc sentẽtiam Augustini esse ueram: Percutitur etiã hac animaduersione impius, ut moriẽs obliuiscatur sui, qui dum uiueret oblitus est dei? Quæ rit bona & odit mala, & nõ sentit se nunc̃q; tã male egisse & minus bona quæsisse, ꝙ hac ipsa hora, qua hæc dicit & insipientissime sapit, probat enim se non in deum sperare, sed in opera præsumere, quia si uellet sperare, deum adhuc haberet præsentem, in quem posset sperare, qui in opera præterita respicit ut præsumat, quæ merito tunc non sunt, in quæ præsumat. Si propter opera in deum sperat (liquidem tunc confidentius & lætius se in deum sperare somniat, si copiam ante se uideret operum) cõuincitur magis in opera ꝙ deum sperare, quo quid horribilius, & magis impium?

In opera nec quicquam sperandum.

Iusti uero etiam si peccant, non desperant, quia sicut inter mala corporalia (id est, passiones huius uitæ) & bona trãseũt medij: Ita & inter mala spiritualia, (id est, peccata & bona) Nec præsumentes ꝙ bene uiuunt, nec desperantes ꝙ

Digressus autor differit

Nec præsumẽ dũ nec despe randum.

peccant: Scientes in neutro horum eis esse siue lætãdum, seu tristãdum, quia sciant esse dona dei, aut donorum dei ablationem, ipsi uero in ipso dantem hærent. Hoc est quod Prouer. xxiiij. Septies cadit iustus, & resurget, impius uero corruẽt in malum, id est, nõ resurgunt, sed desperationis malum incurrunt. Si enim speras uel sperares, qm̃ bona egisses, multo magis tunc sperandum est, quando mala egisti, ne dicatur tibi illud psal. xliij. Cõfitebitur tibi cum bene feceris ei. Et illud: In tempore tentationis recedunt: neue addas iniquitatem iniquitati per iniquitatem & inobedientiæ blasphemiam. Vnde uehæmenter metuendum est, ne cõtingat impijs utrunq; malum, q̃ sicut deo lætari & gloriari uidentur, qui gloriam & prospera omnia habent, cum reuera nõ in deum sed in eius dona, prospera scilicet cõfidant, sicut probat tentatio: Ita & in domino sperare se q̃ fortissime putant (præsertim hoc nostro tempore periculosissimo & laruis operum occupatissimo) qui sancte, religiose & (ut uocãt) obseruanter etiam uiuunt, cum uere in suã sanctitatem ignorãtes sperent, ut probabit hora mortis, ubi cum ad iudicium uenerint, confidentius q; moriuntur, q̃ sibi cõfisi sunt bonæ uitæ, qua fiducia in deum sperant (id est, spem ueram pessundare) fiet eis sicut illi, qui super truncum in aqua natãtem pedem posuerit, & subito ruit in profundum: seu sicut Isaias. xxx. de eis, dicit: Propterea erit uobis iniquitas hæc, sicut interruptio cadens, & requisita in muro excelso, quoniã dum subito non sperat, ueniet contritio eius.

Spes quæ in meritis est, nulla est.

Igitur sicut patiẽtia quæ in prosperis est, nulla est, ita spes quæ in meritis est, nulla est. Atq; q̃ facile aut possibile est patientiam habere in prosperis, tam facile est spem habere in meritis, utrobiq; enim periculum est, illic ne seruus superbiat, hic ne iustitia inflatus timorẽ dei (id est, exercitium spei) posthabeat. Patientiæ siquidem est, non nisi in aduersis esse, ita spei natura non est, nisi in peccatis esse. Facienda ergo peccata, ut sperare ualeamus? Absit, abunde iam assunt, quæ fecimus, & in quibus nati sumus, ut spei magnum sit certamen aduersus illa, quando nec opera bona sunt, nisi peccata coram deo. Crudelis itaq; deus, qui omnia nostra damnat? non, sed inæstimabilis dei misericordia, ut se nobis cõmunicaret, & fiduciam nostri a nobis tolleret (quæ unice aduersatur eius misericordiæ) dedit legem, qua cõclusit omnes sub peccato, ut omnium misereat. Ro. iij. Quia ubi nõ est lex, nec peccatum: ubi nõ est peccatum, nec misericordia: ubi nõ est misericordia, nec salus: ubi non est salus, nec deus: Atq; ita uirtus peccati, lex, uirtus autẽ legis, misericordia: uirtus misericordiæ, spes: uirtus spei, salus: uirtus autẽ salutis, deus, per Iesum Christum dominum nostrum, qm̃ ipse est deus saluos faciẽdi, & dñs deus exitus mortis, psal. lxvij. Lex siquidem operatur nobis peccatum, misericordia operatur (id est, implet) legem, spes misericordiam, salus spem, deus salutem, & omnia in Christo: Ita descendit salus a Christo deo usq; ad peccatum, & nos a peccato ascẽdimus ad salutem usq; in Christo homine. Ex his hoc sequitur: Sicut in temporalibus, bona ideo danta deo, ut per ea deum magis discamus colere, sperare, & amare, ubi uitio nostri affectus fit, ut difficilius & minus, immo facilius & magis in aduersis colatur, speretur, ametur: Ita in spiritualibus bona gratiæ & merita donantur a deo, ut p̃ ea in deum sperare abundãtius doceamur: Et ecce uitio nostri affectus in illa præsumẽtis, fit, ut minime oĩum per hæc sperẽt, sed facilius in peccatis sperare cõtingat: Ita ut diuinæ bonitati necessariũ uisum fuerit, crucem gere crucem, & p̃ eius prædicationẽ saluos facere credentes, stultos, & peccatores: tepro-

Facienda non sunt male ut speremus abũ de iã assunt.

De spe & passionibus.

reprobare uero sapientes & sanctos: ut. j. Cor. j. dicit: Nos prædicamus Christum crucifixum, Græcis quidem (id est, sapientibus) stultitiã, Iudæis uero (id est, sanctis) scandalum, ipsis autem uocatis Iudæis & Græcis (id est, peccatoribus & stultis) uirtutem dei & sapientiam, & cætera ibidem pulchre.

Quo circa, sicut periculosissimum est hominem in prosperis semper relinqui, quo aut nunquã aut rarissime discit diligere deum, ita magis periculosum est relinqui hominem in multis meritis & gratijs dei usq; ad mortem, quia uix unquã discit deum sperare: Proinde sit dei misericordia, ut nõ modo cadãt in perturbationem conscientiæ, sed etiam, si sunt crassioris duritiæ, aliquando in opus manifestarium peccati, scilicet, fornicationis, aut similis sceleris: tantaq; cura illos deus seruare cogitur, ut contra misericordiam suam eos ad misericordiam perducat, & per peccatum a peccato liberet.

Sancti cadunt dei misericordia in scelera certa.

Verũ hæc insolita sunt multis, obijcerent fortassis: Ergo tm̃modo peccãdum est & bona prorsus omittẽda: seu (ut Apostolo quoq; eadẽ docẽti obijciebat) faciamus mala, ut ueniãt bona. Videmur enĩ sic dicentes, uiam aperire peccandi & bona prohibere, uelut noxia ad salutem. Respondemus.

Opa bona nõ prohibentur, sed maxime cõmẽdantur.

Bona opera nõ modo non prohibent, sed maxime commẽdãtur istis uerbis, & peccata optimo magisterio penitus tollunt, dum ab intra bona procedere, & peccatum intus occidere docẽt. Solus enĩ affectus ille (serpẽtis antiqui caput) occultissime & subtilissime carnalis (qui istis operibus cõfidit, & spei, quæ est in dei solius misericordia, cõtentiosissime resistit) conterendus, eruendus, perdendus est: Et intelligendũ, q; si bona uita acta nõ fuerit, non ideo desperetur, nec ideo speretur, quia acta fuit: At illud difficile, hoc autẽ difficilius, quia in illo pugnatur solum cõtra peccata, in hoc aũt simul cõtra bona opera & peccatum, id est, affectum præsumptionis in bonis operibus.

Affectus cõsidẽdi in opera perdendus.

Nam cum dico patientiam non subsistere in rebus prosperis, nunquid ideo res, potestatem, pacem, uitam damno, cum sine his nõ uiuatur & sint dei optimi bonæ creaturæ? Minime, sed affectum illorum damno, ita ut res ipsæ quandoq; cogantur uocabulo se indigno uocari: ut quod uanæ uocantur apud Ecclesiasten, & spinæ in Euangelio per Christum, sine omni suo uitio, sed ob alterius uanitatem, ut Ro. viij. Apostolus dicit, sub qua ingemiscit subiecta, non uolens. Ita & hæc optima opera impiorum, cum sint dona dei, quibus nonnunq; alij iuuantur, & ipsi perduntur, sine suo uitio, sed illorum contagio uocantur, Auen, iniquitas, idolatria, inobedientia: Ita de illis Moses Deutro. xxviij. In uelamine uultus sui loqtur: uxorem duces, & alius dormiet cum ea, domum ædificabis, & nõ habitabis in ea, plantabis uineam, & non uindemiabis eam: Et alia q; plurima in hunc modum, quo eis laborem, alienis fructum prædicat futurum: Quid enim aliud ibi statuit, q; facere quidem eos bona, sed quibus ipsi puniãtur alij iuuentur? Ex quibus illud dissoluitur argumentum quorũdam, quo modo opus extra gratiã factum sit peccatum, ut dare eleemosynam, subuenire egenti & similia? Quasi uero Christus ignoret prophetare, & uirtutes facere in nomine suo, & audire uerbum suum, esse bona, quæ tamẽ damnaturus pro iniquitatibus, dicet: Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem, Matthæi. vij. Aut si meretrix ornetur auro & gemmis, necesse sit illam non in his quæ bona gerit peccare. Igitur alijs prodesse possunt impij & bona facere, sibi nequaq;: deus potius per illos operatur, qui operatur omnia in omnibus, etiam in malis.

Res aliquando indignosibi uocabulo uocantur.

Quõ opus extra gratiã factum, sit peccatum.

Digressus autor differit

Spei obiectũ est deus.

Hæc omnia, hoc probantur firmamento, ꝙ una omnium sententia, ꝙ sit uirtus Theologica, non nisi solum deum habens pro obiecto (ut uocant) Deus autem bonitas est & misericordia nostra, nobis promissa: Vbi si quis in aliud ꝙ promissam misericordiam (id est, deum) sperat, iam præsumit, non sa spe: Idem facit qui simul cum meritis (ut beatus Augustinus sentit) spe

Theologicæ uirtutes, quare dicantur.

tunc non super omnia amatur: Ita nec in eum potest sperare cũ alio quopiam quia non super omnia speratur in eum, sed ne credi potest in eum cum alio quia non creditur in eum super omnia: adeo istæ uirtutes sunt diuinæ, tantum modo diuinum obiectum., subiectum, operatorem, opus, artem, modum ob tinentes. Hic enim sponsus, cum sponsa, secreta cubilis capit, solus, cum sola,

Spes non est apparẽtum.

ubi in cæteris operibus per filias Hierusalem, aut sodales res geruntur, cæterc omnes claudicant in duas partes, Baal suum colentes cum deo. Denique quoque probantur hæc dicta, ꝙ spes sit rerum non apparentium, sicut fides & charitas. Ro. viij. Spes quæ uidetur, non est spes, quod uidet quis quid speret sicut qui credit quod uidet, quid credit? Qui diligit quod uidet, quid diliget nihil profecto, nisi carnale spectrum longeꝙ inferius deo, id est, non rem, sed laruam. At qui in opera sua sperat, uidet, tenet, habet, sentit, in quo nitatur non in ꝓmissorem inuisibilem, insensibilem, incomprehẽsibilem, quẽ uerbo solo audiuit sibi significari. Arduissima, as prima, durissima sunt hæc carni nostræ, quia mors eius in his regnat.

Cantica canticorum uoluptati contraria prorsus significant.

Proinde quæ in Cantícis de sponso & sponsa, uelut lasciuo, & de hominum carnali amore dicuntur, immo & omnia quæ inter sexum maris & fœminæ etiamnum geruntur, non significant, nisi extremæ contraria uoluptatibus illis: Nempe, fidei, spei, charitatis perfectissima opera, hoc est nomen, & infernum: sicut ibi dicit: Fortis ut mors dilectio, & pura sicut infernus æmulatio. Et iterum: Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam, si dederit homo omnem substãtiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. Quæ de libidinis ardore intelligi nequaꝙ possunt. Multi multa de Theologia mystica, negatiua, propria, symbolica moliuntur & fabulantur, ignorantes, nec quid loquantur, nec de quibus affirment, neqꝙ

Autores mysticæ Theologiæ falluntur & fallunt.

enim quid affirmatio aut negatio sit, aut quomodo utra fiat, nouerunt: Nec possunt commentaria eorum citra periculum legi, ꝙ quales ipsi fuerunt, talia scripserunt, sicut senserunt, ita locuti sunt: Senserunt autem cõtraria negatiuæ Theologiæ, hoc est, nec mortem, nec infernum dilexerunt: Ideo impossibile fuit, ut non fallerent tam seipsos, ꝙ suos lectores. Hæc admonẽdi gratia dicta

Vitæ moribus Theologus nõ scientia.

uelim, ꝙ passim circumferuntur, tum ex Italia, tum Germania Commentaria Dionysij super Theologiam mysticam, hoc est, mera irritabula, inflaturæ & ostentaturæ seipsam scientiæ, ne quis se Theologum mysticum credat, si hæc legerit, intellexerit, docuerit, seu potius intelligere & docere sibi uisus fuerit, uiuendo immo moriendo & damnando fit Theologus, non intelligendo, legendo, aut speculando.

Rursum illud Apostoli Ro. v. obijcitur: Tribulatio patientiam operatur, patientia, ꝓbationem, probatio uero spem, spes aũt non cõfundit. Hic certe Apostolus, spem in merita collocare uidet, ita ut hinc magister Sentẽtiarum cum uniuersa Theologorum turba, diffinitionẽ spei amplectantẽ illã: Spes est certa expectatio ꝑmij ex meritis ꝓueniẽs. Neqꝙ enĩ aliã spem illi habẽt, nisi quæ est in meritis. Ex qua sentẽtia qd aliud potuit seq, ꝙ tuina uniuersæ Theologiæ,

ignorantia

De spe & passionibus.

ignorantia Christi & crucis eius, & oblíuio (ut apud Hieremiam queritur) dei
cibus innumeris. Quid autem nobis ad hoc dicent, q̃ fidem, spem, charitatem
ipsimet cõfitentur infusas esse uirtutes & principia omnium bonorum? Neq̃
enim etiam ipsi merita ante charitatem fieri dicunt: Tum cum charitate simul
infundi spem & fidem constanter asserunt, ergo eorum quoq̃ sententia, non
spem ex meritis, sed merita ex spe prouenire certum est, & ĩn spem diffinientes,
uertunt hanc sententiam sibiq̃ contradicunt, spem ex meritis producentes.
Deinde quid ad Apostolum dicent, cum ille patiẽtiam opus tribulationis po-
nat? At quis sine spe toleret quicq̃ tribulationis? desperans enim non ad pa-
tientiam, nec ad probationem, neq̃ ad gloriationem in tribulatione peruenit
unq̃, sed contra peior fit tribulatione semper, ut Matth. vij. De domo super
harenam ædificata Christus docet, cuius ruina magna fit, irruẽtibus uentis &
fluminibus. Quod & de semine qd̃ supra petram cecidit, significat, quod na-
tam oriente sole aret, ut qui in tẽpore tentationis recedunt: unde spem in prin
cipio tribulationis adesse oportet. Sed & illud uide, spes solum ex meritis pro-
uenit: nullus ergo peccator sperabit, sed solus iustus? Quis tum ad pœnitenti-
am cõuertetur? ubi erit iustus, si nullus peccator pœniteat? At quo modo pœ
nitebit nisi speret misericordiam dei? An dicendum est morituro peccatori:
Absit a te, noli sperare, nõ habes merita, ex quibus tibi spes possit prouenire?
Hoc tam esset non theologisare, sed diabologisare, huius enim tunc potissima
uox est: Noli sperare, quia cares meritis, cũ in morte sit prima, summa, optima
oĩum, spei officina, & ipsa mors spei sit artificiosissima opatrix. Falsissima ergo
est diffinitio ista spei, & potius cõfitebor me nõ intelligere uerbum Apostoli,
q̃ eam diffinitionem spei admittam ex ipso formari.

Spes non ex operum meritis, sed meritoria opera ex spe.

In morte parta spei officina.

Delyrabo itaq̃ meo sensu, primum, certum est gratiam, id est, fidem, spem,
charitatem non infundi, nisi peccatum effundatur simul, hoc est, peccator non
iustificatur, nisi damnetur, non uiuificatur, nisi occidatur, non ascendet in cœ
lum, nisi descendat ad inferos, ut habet tota scriptura. Quare in gratiæ infusio-
ne necesse est esse, amaritudinem, tribulationem, passionem, sub quibus gemit
uetus homo, suum occasum ægerrime ferens. In qua tribulatione, si patiens sit
& expectet operantis manum, & gratiam sibi infundentem, probatus est, &
obtinebit spem, fidem, charitatem, quæ hoc negotio infunduntur, quod fit, quo
ties nobis, nostræq̃ uoluntati contraria contingunt, & eo magis, quo magis
contraria. Iste inq̃ est modus, non modo primæ gratiæ infundendæ, sed & cu-
iuslibet eius sequẽtis augmenti. Semper enim magis ac magis crucifigitur ue
tus homo, expellituręq̃ peccatũ, ingrediẽte semper magis ac magis gratia usq̃
ad mortem, iuxta illud Apostoli. xxij. Qui iustificatus est, iustificetur adhuc,
& qui mundus est, mundetur adhuc. Et Ioannis. j. gratiam, pro gratia accipi-
mus, & iuxta Paulum Ro. j. Iustificamur ex fide in fidem, transferimur de cla-
ritate in claritatem, imus de uirtute in uirtutem. psalmo. lxxxiij. Ita de spe in
spem proficisci recte dicemur.

Perspicuum ergo est Apostolum, non tam loqui de spe ipsa obtenta, q̃ de
certitudine cordis in spe, dum homo post tribulationem & infusionem spei
(qñ sibi sine spe uidetur esse) sentit se sperare & credere & diligere, tũc enim gu
statur q̃ suauis sit dñs: Et incipit hõ esurire & sitire magis pati, q̃ spem maiorẽ
operetur tribulatio, quare necesse est fidem, spem, charitatem esse in cuiusli-
bet boni operis & passionis initio, & ĩn post opus & passionem, ea quæ latuit
sit manifesta

Aliud spes obtenta, aliud certitudo eius.

sit manifesta, ut qui probati sunt, manifeste fiant. Quo modo leg[it] & Abraham, ut cognoscerentur etiã sibĩ ipsis & certi fierent se credere, spe[rare] diligere deum: sicut dictum est ad Abraham: Nunc cognoui, q[uia] timens [deum] id est, cognoscere te feci: ut Aug. exponit. Oportet enim non modo [credere] sperare, diligere: sed etiam scire & certum esse se credere, sperare, diligere: [et] in abscondito tempestatis, hoc post tempestatem agit, sic & Petrus [exhortatur] satagere, ut per bona opera certã faciamus uocationem nostram, q[uia] aliud esse aut fieri bonum, & aliud nosse bonum esse uel factum. Non secus [ac] sanguinum & dolosus si irritatur, inuenit uir sanguinum & dolosus, q[ui] suauis & simplex uidebatur etiam sibĩ ipsi: Ita crux operatur in his q[ui] fuit[os] & probãtur ad finem usq; spem solidam (id est, incipit, auget, & prodit, & [ad] tam ac cognitam facit) In his qui non sustinent, sed reprobi inuenĩtur, [ab] ab initio, desperationẽ impotẽtissimam. Hinc Taulerus horno dei, & [ex]perti dicunt, deum suis filijs nõ esse unq; gratiorẽ, amabiliorẽ & dulciorem ac familiariorem, q; post tribulationis ꝓbationem. Hãc sane spem Apostol[us] hic, ꝓduci dicit, ꝓbatione, sicut & filĩ patrem carnis dulcius amant, post uir[gas] qua uerberati sunt: Ita carni cõtraria uoluprate, sponsus sponsam suam a[mat] Christus: nempe post amplexus, amplexus uero ipsi, mors & infernus [sunt]. Hic uiget & regnat sacramentũ illud magnum: Erunt duo in carne una. Chr[is]tus & Ecclesia, uere magnum, quia durissimum, sed suauissimos ꝓducens fr[uc]tus, prolemq; deo simillimam, opera prorsus inculpata, quia sic uitis purgat, ut fructus plus afferat. Quod si de quolibet gradu spei uerum est, ex ꝓbatione eam fieri, quãtomagis de perfecta hoc dicere & sentire credendus Apostolus, quæ multis ac diuersis tribulationibus emergit.

Crux spem solidã operatur

Quando deus dulcissimus.

Videamus nunc uerba Apostoli, qui spem uocat opus ꝓbationis, probatio[nem] patientiæ, patientiam tribulationis, quæ magister nimis expressit, cum ap[pellauit] merita, ex quibus prouenit spes, aut certe non satis intellexerunt me[rita illa]. Actiua sane uita, in qua multi satis temere cõfidunt, quam intelligunt quoq; per merita, nõ producit nec operatur spem, sed præsumptionem non se[cus] ac scientia inflat. Ideo addenda est uita passiua, quæ mortificet & destruat totam uitam actiuam, ut nihil remaneat meritorum, in quo superbus glorieꝰ. Quo facto, si homo perseueret, fit in eo spes, id est, discit nihil esse, in quo gau[dendum], sperãdum, gloriandum sit, præter deum. Tribulatio enim, dum a nobis omnia tollit, solum utiq; deum relinquit, neq; enim deum potest tollere, immo deum adducit, ablatis autẽ cunctis, etiã operibus bonis ac meritis, si hic sustineamus, deũ inuenimus, in q; solum fidimus, ac sic spe salui facti sumus.

Actiua uita & merita nõ opantur spẽ, sed potius passiua.

Oportet ut ducem nostrũ Christũ in passione sequamur.

Quo circa operarij sancti, & si tota fiducia dicant se confidere in deum, ubi tamen uita eorum actiua (quæ tota uirtus eorũ est) cœperit tentari, uel despectu coram hominibus, uel turbine conscientiæ coram deo, statim deficiunt, offen[duntq;] se magis in uitam suam præsumpsisse, q; in dei misericordiam sperasse: Cum nulla actiua talis sit, quæ corã deo satis, immo etiã quæ corã hominibus in finem usq; grata sit oĩbus, iuxta illud: Non intres in iudiciũ cum seruo tuo, quia nõ iustificabitur in cõspectu tuo omnis uiuẽs. Sola uero passiua uita pu[rissima] est, ideo & spem & gloriã operatur, atq; in hoc oportet nos cõformari imagini & exemplo Christi, regis & ducis nostri, q; per actiuã quidem uitam incœpit, sed per passionem cõsummatus est, oĩbus scilicet, operibus eius, ram multis tã magnificis, adeo in nihilũ redactis, ut nõ solum corã hoĩbus sit cum

iniquis

De spe & passionibus.

ni quas aspiratus, sed & a deo derelictus. Adeo scilicet omia a nobis auferēda sunt, ut nec optima dei dona, id est, ipsa merita, reliqua sint, in quibus fidam⁹t uel ipse spes purissima in purissimum deum, tunc demum homo uero purus & sanctus est. Quod negotium uarijs agitur tribulationibus & multis sane dolo ribus, maximis autem, ubi ad extremum decus spei incipimus propinquare, cleit, ablationem bonorum operum, & bonæ in uita nostra conscientiæ. In cæ/ teris enim uel rerum uel ualetudinis uel honoris ablationibus, non tam spes, q̄ patientia contra impatientiam & hominem pugnat, ut in quibus homo sic exercetur, ut ea nunq̄ reditura discat patiēter cōtemnere. In his uero conscien tiæ procellis & meritorum ruinis, spes ipsa pugnat contra desperationem & fe re contra seipsam, immo contra deum, quē sentit sibi iratum, sicut ei quæ nihil bonorum meritorum habeat, & quibus non possit, & tamen cogatur carere, quod miserrime discrutiat spiritum & expansum cū Christo, dinumerat omia ossa eius. Ita ut spem, recte quispiam possit patientiam spiritualē, seu patientiā in culpis sustinendis appellare: Sicut econtra, patientiam, possit spem corpora lem seu spem inferendis pœnis. Quid enim aliud est in conscientia, & de despe ratione tentari, q̄ culpas non remissibiles sentire, deum nolle propitium fieri, omnia opera bona funditus corruere? Et tamen si perseueret homo, & contra spem in spem speret, probatus inuenietur, & hac tribulatione meritis exutus, spe induetur & coronabitur inconfusibili corona inæternum. Non enim uere iratus est deus, nec culpas irremissibiles uult, sed tentat nos, an magis in miseri cordiam suam puram, q̄ in nostra merita speremus.

Homo uere fi⁹ rus & sanctus.

Crucifixio spi ritus uere Christiani.

Spes & patiē tiā quid sint.

Nota.

Nostri uero iustitiam actiua meritorū uita saginati, nihil æque horrescunt, atq̄ hanc meritorum suorum crucem, decepti uerbo magistri, quādo spem ex meritis prouenire dicit, quæ illi opera intelligunt: Apostolus uero tribulatio/ nes, id est mortificationes & cruces operū. Vide ergo, q̄ longe simus progressi a uera scientia spei, unico uerbo magistri imprudēter intellecto, fecitq̄ hic error infinitas conscientiarū carnificinas, forte & æternas damnationes. Dum enim per opera, spem & pacem studuerunt inuenire, quærētibus autē resisteret ob/ uia tribulatio, uel conscientiæ, uel corporis, uera scilicet officina spei, Ipsi eā non agnoscentes & repellentes, cum aliā inuenire non possent, necessario despera uerunt, nec mirū, quærebāt enim spem, uia qua itur ad præsumptionē, & impe diti, seu, ut Oseas dicit, Septa hac eorū uia spinis, nec intelligentes hoc impedi mentum, esse ueram uiam ad spem, defecerunt. Hinc illa turba hodie, infirmo/ rum, pusillanimorū scrupulosorum & inconstantiū in oībus uijs suis. Nō em ideo tentaris, desperatione seu turbinibus conscientiæ, ut ad operum fiduciam curras, sed contra ab opere auocaris, quia spiritualissima, & si acerbissima, hæc pugna est, intrate solum cum solo deo cōsumanda, sola spe sustinente & expe ctāte, deoq̄ causam totam commendante, deumq̄ contra deum uincente: si/ cut Iacob Geñ. xxxij. cum deo solus luctatus scribitur & uicisse eum, ac ideo in eodem loco benedictionem ab eo accepisse, cuius nomen non licuit scire, unde & Phanuel eum locum appellauit, dicens: Vidi dominum facie ad faci/ em, & salua facta est anima mea.

Experti fide⁊ les hæc cogno scunt ueriſsi⁊ ma eſſe.

Quod si cui permittitur uia præsumptionis prospere ire & in operibus suis crescere, sine hac tentatione, quo ueniet: forte non ipse in desperationem, sed desperatio in ipsum: quia deum nō nouit, nec didicit in his consilijs & operi/ bus suis mirabilem.

Iamuidere

Digressus autor disserit.

Sentētia Ciceroniana, non est christiana.

Iam uidere licet quid illa sentētia ualeat Ciceroniana, quæ celebris ēt tia bene actæ uitæ, recordatio iucūdissima est: uerū quidē, sed simul, q quo iucūdissima. nō hoc Christianus sapiat, cuí potius cōscientia uitæ bo fæ (id est, ad nihilū redactæ) iucūdissima est, ut qui gloriat in dño gloriē Iob, q cū dixisset, nec em reprehēdit me cor meū in omni uita mea, tū no det gloriari, sed timens iudicē fuū deprecat. Nec Paulus, j. Cor. iiij. Nihi cōscius sum, sed nō in hoc iustificatus sum. Non Hiere. ix. Non glorie

Non in dona dei, sed i deū cōfidendū.

in sapiētia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & nō glorie diuitijs suis, sed in hoc glorie qui gloriat, scire & nosse me, quia ego sum minus, qui facio misericordiā & iudiciū, & iustitiā in terra, hæc enim mihi, ait dominus. Non ergo in dona dei quæcūq; (ne cū eis fornicemur in prophetis dicitur) sed in ipsum deū donatorē credendū est, sperandū dum. Hoc uoluit psal. cxv. Ego dixi in excessu meo, omnis homo mēdax cessus iste, tribulatio fuit, in qua homo eruditur, q; uanus mendaxq; sit omn homo, qui non in solū deū sperat: Homo enim, homo est, donec fiat deus, q solus est uerax, cuius participatione & ipse verax efficitur, dum illi uera fid spe adhæret, redactus hoc excessu in nihilū, quo enim perueniat, qui sperat

Redeundū nobis in nihilum nostri.

deum, nisi in sui nihilum? Quo aūt abeat, qui abit in nihilum, nisi eo unde ue nit, uenit aūt ex deo & suo nihilo, quare in deū redit, qui redit in nihilū. Nec enim extra manū dei quoq; cadere potest, qui extra seipsum omnemq; creat ram cadit, quam dei manus undiq; complectitur: Mundū enim pugillo cōti net, ut Isaias dicit. Per mundum ergo rue, quo rues? utiq; in manū & sinū dei sic iustorum animæ in manu dei sunt, quia extra mundum sunt, uti oculis in sipientium perire, sicut lapillus si per aerem aut aquā ruat, non etiam per terrā ruet. Operosi uero & speciosi iustitiarij, qui suis opinionibus illusi, id tantum quærunt uniuersis iustitijs suis, ut crescant & pingues ac magni sint, nullo mo do uolentes nihil, sed magnū aliquid fieri, quo ueniēt? nempe in suū nihil re dacti, nec tamen in deū perducti in æternum peribunt.

Scio uero q; multa ex sacra scriptura, ac patrum dictis, sanctorumq; legendis opponi his possint. Rursum scio, q; periculose intelligant, si non ad hāc regu lam intelligant, cum omnia pro hac sententia faciant. Vnum tamen profero, exēpli gratia: Legimus, diuo Hieronymo autore, dixisse sanctū Hilarionē ad

De sctō Hilarione.

animam suam, cum timeret mori: Egredere aīa, quid times? nonaginta tribus annis Christo seruiuisti, & mori times? Hæc si ita intelligat locutus, q; in ope ra uitæ suæ sit confisus, intelligetur potius in infernū q; in cœlū iuisse. Cur non illud sancti Agathonis quoq; inspicitur longe contrariū? qui triduo in cœlum

De sctō Agathone.

oculis intentus timuit, & a discipulis interrogatus, cur timeret & non confide ret in uitam suam bene actam. Respōdit: In ueritate timeo, scio quidē me ser uasse mādata dei quantum potui, sed alia sunt iudicia dei, alia hominum. Sed & ipsius Hilarionis timor idē arguit, si enim opera sibi satis fuissent, nō timu

Anchora Hilarionis.

isset, ideo aliam coactus est quærere anchoram fiduciæ suæ, & ex præteritis do nis dei sibi datis, dei misericordiam sibi præfigere. Non enim segniter ad spem mouet, uel præteritorū uel præsentiū beneficiorū dei memoria sibi collatorū, immo radius est uultus dei & signū bonū super nos, fidem & spem accēdens: sic filij Israel iussi sunt operū dñi, & eductus ex Aegypto, memores esse, ut fre nato eorum ore laude dei, non perirent, ut Isaias dicit.

Nulla ergo

Nulla ergo sunt merita? Cur tot præceptis Christi & Apostolorũ docemur bona operari, seminare, ædificare aurum, argentum, gemmas &c. Respondeo hoc est quod dixi, plurimos falli falsa operum bonorum intelligẽtia, uere em̃ bona opera sunt facienda, & arbor spiritus suos fructus ferre debet: de quibus Gal. v. scribitur. Sed illud Christi non intelligitur Ioan. xij: Nisi granum frumenti in terrã cadens mortuum fuerit, ipsum solum manet: Si autem mortuũ fuerit, fructum multum affert. Et Ioan. xvj. Omnem palmitem in me ferentẽ fructum purgabit, ut fructum plus afferat. Hæc enim mortificatio & purgatio (quæ fit infusione fidei & spei & charitatis) facit, ut homo operibus suis exutus, discat in solum deum fidere, & opera bona facere, iam non sibi, tanq̃ merita, quibus præmium quærat, sed gratuito & libero, spontaneoq; affectu placendi deo, nihil in ea fidens, sed per ea in gloriam dei seruiens: sicut dicit Matth. v. Luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant uestra bona opera, & glorificent patrem uestrum, qui est in cœlis. Qui isto modo bona operantur, non sibi, sed deo tanq̃ instrumentum dei operantur, nihil in his sibi arrogant, solo deo contenti, in quo sperant, qui non sic operanť, similæ sunt sanctorum uirorum, adeo necesse est superstitionem fieri ex omniũ sanctorum uita, nisi patrẽ cœlestem in his didicerint glorificare. Recte ergo dicit: Vniuersæ uiæ domini misericordia & ueritas, id est, tunc opera fieri bona, quando ipse solus totus ac totaliter ea facit in nobis, ut operis nulla pars ad nos pertineat. Quare hic tibi fit Canon, ubi scriptura præcipit bonum opus fieri, sic intelligas q̃ phibeat te facere bonum opus, cum id non possis: Sed ut sabbatum deo sanctifices, mortuus sis ac sepultus, sinasq̃ deum in te operari. Ad hoc autem non peruenies unq̃, nisi per fidem, spem & charitatem, id est, per tui mortificationem & omnium operum tuorũ. Sunt itaq̃ merita, & nulla merita in nobis, sunt, quia dona dei sunt & opera ipsius solius, nulla sunt, quia non plus de illis possumus præsumere, q̃ ullus nouissimus peccator, in quo nondum aliud operatur deus. Ita sumus, fuimus, manemus omnes coram deo æquales semper, ut pereat inflatura unius aduersus alterum: iuxta illud Pauli. j. ad Cor. iiij. Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi nõ acceperis? Nota uerbum, qui inflatur & gloriatur donis dei, idem facit, ac si dicat, se non accepisse, ubi ergo reliqua est inæqualitas? Nusq̃: sicut ibidẽ dicit: Quis te discernit? id est, quis te meliorem alijs declarauit? q. d. nullus.

Vere bona opera sunt sãcta affectu placẽdi deo, nõ tanquã nobis meritoria

Solus deus & totus & tota liter bona nostra opera facit.

Canon præcepti de bono opere.

Merita sunt & non sunt.

Oẽs corã deo æquales.

Ex his omnibus perpende diuini iudicij æquitatem æquissimam, & q̃ uniuersam laruam & personam operũ uitæq; contemptam uelit, q̃ in oculis eius idem sit iustus & iniustus, quantum ad opera pertinet, dum utrinq; omnibus hominibus in hac uita uiuentibus eam statuit legem, qua cognoscimus, q̃ q̃ nullam habent iusti causam præsumẽdi, tam nullam habẽt peccatores desperandi, utriq; uero eandem legẽ in eum sperandi, quæ sola discernit inter desperantes & præsumẽtes: ut recte cantet psal. cxviij. Cognoui domine, quia æquitas iudicia tua, & in ueritate tua humiliasti me. Ecce in ueritate dei ille nihil fit, & iusto æquoq; dei iudicio nouissimus omnium factus est. Hoc etiã uult lex fidei & spei, id est nos omnes facere primos peccatorum & nouissimos, id est, æquales, & tamen inæqualissima per nos ac diuersissima operari. uere mirabilis deus in sanctis suis. Omnes ergo mandato dei ad spem in eum urgemur, eodemq; a desperatione & præsumptione deterremur, & est iam deus uere omnia in omnibus æquus ac idem, simul tamen inæqualissimus & diuersissi-

Diuini iudicij æquissima æquitas.

Omnibus omnia deus.

Digressus autor disserit

mus. Ipse est enī in multitudine simplex, in simplicitate multiplex, in incogitabilitate æqualis, in æqualitate inæqualis, in sublimitate infimus, in excelsis profundus, in intimis extremus, & ediuerso: Sic in infimis potens, in potentibus infirmus, in stultis sapiens, in sapientibus stultus, breuiter omnia in omnibus. Sed hæc dicta uolo, extra pias aures eorum, qui ueritate offenduntur, quātis infelicibus quæstionibus nunc̄ꝑ didicerunt.

Deus oīa in oībus.

Dicet adhuc pusillanimis & infirma conscientia: quid si non possim sperare, atc̄ꝑ ita sentiam meam inuincibilem desperationem? Dicemus & nos, nec sic desperandum, etiam si te desperare sentias. Non est desperatio, quæ nutu dolet c̄ꝑ se desperare, sed est spei tentatio, omnium tentationum sine omni dubio grauissima, ꝙ mox & simul secum inuoluat summum & æternum odium dei, blasphemias, maledicta & omnia inferni mala (quæ non licebat loqui) in summā, benedictam, & glorioſam maiestatem. Quid ergo facies? hoc scilicet primum agnoscas id te meruisse, & hoc peccatis tuis debitum: ubi prudens sis oportet, gratusc̄ꝑ ac laudans, hanc infirmitatem & tentationem feras, tanc̄ꝑ saluberrimam satis factionem pro peccatis tuis: iuxta illud Eccle. x. Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, ne dimittas locum tuum, quia curatio faciet cessare peccata maxima: id solum cures, ut odio, blasphemijs, desperationi, quantum potes, non concedas, sed uel unico extremo gemitu murmures: ac iuxta Isaiam scias, ꝙ lignum fumigans ille non extinguet, nec calamum quassatum confringet. Dicam unum temere & libere: Nō sunt deo propiores ulli in hac uita, c̄ꝑ hi osores & blasphematores dei, sed nec gratiores nec amiciores filij. Atc̄ꝑ hic in uno momento plus satis fit pro peccato, c̄ꝑ si multos annos pœniteas in aqua & pane. Ita uerum est, in morte (ubi hæc tentatio urget) posse Christianum breui momento, omnia peccata soluere & euolare, si prudenter agat in eo negotio, hic regnat gemitus ille inenarrabilis. Ro. viij.

Spei tentatio, est desperare bonoru.

Consiliū opti mū pusillanimis.

Nota uerū & altū.

Secundo id agas tota uita, ut pro spe ores, sic tamē ut non recuses dei uoluntatem in hac infirmitate tua ferre usc̄ꝑ ad mortem, dicēs cum principe ac domino tuo: Tristis est anima mea usc̄ꝑ ad mortem. Sic autem orabis, ut nō dubites futuram tibi spem a deo dandam. Nam qui te orare uoluit, immo qui te docere orationē hāc sine tuo studio uoluit, ideo uoluit, quia exaudire te proposuit. Itac̄ꝑ dilatam patienter feras, dandam uero non diffidas, suo tempore ueniens ueniet, & non tardabit, interim contra spem in spem sperandum est. Habebis uero ad hoc uirgam & baculum dei, qui te sustētet & cōsoletur, nempe ipsum præceptum dei primum & maximum omnium: Nō habebis deos alienos præter me, in quo, credere & sperare & diligere deum, non monemur, hortamur, allicimur tantum, sed sub omniū maxima pœna & culpa iubemur (hoc enim est deum habere). Hoc autē præcepto, nullis peccatis solueris, quin omnibus præponderat peccatis. præsertim cum eo tempore, huius præcepti seruandi & implendi adsit occasio: nec̄ enim si omnium aliorum præceptorum peccata fecisses, idc̄ꝑ multis modis, tantum peccasti, quantum si hoc momēto contra primum hoc præceptum desperes. Nam hoc esset iam deum directe negare, quod horrendum est cogitare. Quis enim deo suo in faciem dicit: Tu non es deus? immo quis audire potest? & tamen desperās hoc dicit ardentissimo & æterno affectu. Videt sibi idem dicere tentatus, immo non nihil idem dicit: uel quod uerius est, patitur id in se dici a diabolo.

Pro spe omni uita orandū

Deū habere quid sit.

Desperatio maximū pec catum.

Sed quid

De spe & passionibus.

Sed quid inquies, si me de prædestinatione uexet, & inquietet, ꝙ frustra spe ren, si non sum prædestinatus. *Tentatio de desperatiõe,*

De hoc psal. xx. latius Christo propitio. interim hoc satis est: Hãc esse periculosissimã tentationẽ, quã qua causa moueat diabolus uel sapiẽtia carnis, ubi fieris, simul scies quo remedio occurras. Primum itaq; firmus esto, ac certissimus, hanc cogitationem non esse ex deo, ideo omni studio expellendã, tanq; eam, quæ deo tuo displiceat multis modis. Non esse aũt ex deo cognosces hoc signo: ꝙ quicquid ex deo est, ad mandata & faciendam suam uoluntatem mouet. Neq; enim aliud facit, cogitat, uult deus, q; ut sua uoluntas fiat. Ac curiosam istam de tui prædestinatione sollicitudinem, adeo non præcepit tibi, ut eã prohibuerit quoq;, psal. xxxvj. Iacta super dominum curam tuam. Et Mat. vj. Nolite solliciti esse, quærite primum regnum dei. Nec diabolus ulla causa hac tui nulli cura & noxia te occupat, q; ut interim obliuiscaris præcepti dei tui, quo iuberis sperare & credere, simul q; subdole tetrahat in affectum & amorem tui ipsius, ut incipias quærere quæ tua sunt. Hæc em̃ est ultima & summa eius machina, qua nos amore nostri sollicitos reddat, ac sic in dei præceptum reos statuat. Quid autem prodest si usq; in finem mundi hac cogitatione occupareris? nihil inde sequeret, nõ ideo certus fieres, aut aliud de te deus cogitaret. Quare cõtra hunc laborem stultorum, & in faciem diaboli hæc suggerentis, fulmina scripturæ torqueas: Primum illud psal. j. In lege domini (non in prædestinatione sui) meditabitur die ac nocte. Et illud Eccle. vj. Cogitatum tuum habe in præceptis dei, & i mãdatis ejus assiduus esto. Exodi. xiij. Erit quasi signũ in manu tua, & quasi appensum quid ante oculos tuos. Et Matt. vj. Nõ omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnũ cœlorum: Sed qui facit uolũtatem patris mei &c. & multa similia. Neq; enim aliud deus requirit, q; uolũtatem suam nobis esse assidua sollicitudine commendatam. Quod ubi feceri mus, prædestinatio sua sponte implebitur sine nostra cura. Ille uero peruersor, primo uult te de te sollicitũ esse, & postremo de dei præceptis, ut sic te præferas deo tuo, nec super omnia eum diligas, immo nec deum habeas: Nam si illi uix perseuerant, qui mandatis dei intentissime inhærẽt, ubi apparebũt, qui eis desertis, misceri se permittunt extraneis & uanis cogitationibus? Ita diabolo, uel cordi tuo dicas: Non hoc præcepit deus, sed sperare me iussit, huic intendã soli negotio, illud si uellem non possem.

Remedium primum.

Nota bene.

Machinamenta diaboli cõtra nos.

Quid deus a nobis requirat.

Secundo, non esse ex deo, etiam hoc indicio facile intelliges ꝙ his machinis duo maxima mala tibi intẽtat: Primum, ut tentes deum, quod Christo in pinnaculo templi quoque intentauit. Conatur enim hoc te negocio occupare, ut optes certus esse de tua prædestinatione, aut signum uidere de cœlo. Quid enim est anxium de prædestinatione esse, aliud, q; impatientem esse de incertitudine diuini consilij? Quid autẽ impatiẽtia illa aliud facit, q; ꝙ tentat deum? dum illius cõsilium certum sibi esse optat? Breuiter odit deum esse deum, quia nõ alia uult illum scire q; ipse scit. Itaq; huic terribili peccato occurras uerbo dei, sicut Christus fecit, dicẽs: Scriptum est, nõ tentabis dominum deũ tuum: debes enim uelle nescire eius secreta, quæ uoluit te nescire, atque gaudere in hac eius uoluntate, quam præcepit tibi obseruare in omnibus. Amata autem hac occulti eius consilij uoluntate, iam prædestinatus es, ita semper ex præceptis seruatis sua sponte sequuntur, sine omni cura nostra, quæ peruerso studio ante præcepta tam anxie & frustra quærimus, & tamen non inuenimus unq;,

Tentatio christi.

Notabile.

Digressus autor differit

quia præceptum dei, uia est ad deū, qua amissa, aliam dum quærimus, temere diabolo per curā nr̄æ salutis & prædestinationis, necessario errāmus, & uitā amittimus: tam uiam dei q̄ nostrā, ac per hoc & prædestinationē & salutē.

Æqualitas dei affectata.

Alterum maximum malum, quod te in idem præcipitiū tollere nituntur, quo ipse cecidit, & Adam deiecit. Quid enim aliud molitur ista cura prædestinationis tuæ, q̄ ut optes scire (ut diximus) cōsilium dei? At uelle scire cōsiliū dei est fieri uelle æqualem deo, sicut ipse uoluit quando dixit: Ascendā in cœlū, similis ero altissimo. & ad Adam: Eritis sicut dij scientes bonum & malū. Atq; hoc iterum est, nolle deum esse deum tuum, quod est summum omnium peccatorum. atq; ita uides q̄ astute his monstris te contra mandata dei tui sollicitet, ut eo quo ipse cecidit casu, cadas. Quare & hic fulminandus est uerbo dei dictatis, Prouer. xxv. Sicut qui comedit mel multum, nō est ei bonum: Sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur a gloria. Et Eccles. xxx. Altiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi deus, illa cogita semper, & in pluribus eius operibus, ne fueris curiosus: Non est em necessarii tibi ea quæ abscōdita sunt, uidere oculis tuis. In superuacaneis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus eius operibus, nō eris curiosus. Plurima enim supra sensum hominum ostensa sunt tibi, multos enim supplantauit suspitio illorum, & in uanitate detinuit sensus eorum.

In curiosos inquisitores diuinæ prædestinationis.

Quando ergo his præceptis dei prohibetur cura ista curiosa operum dei, quæ nobis ostensa sunt esse supra captum & sensum nostrū, & incomprehensibilia iudicia eius, cū timore in præceptis dei potius occupari debemus, ut in eum speremus cum fiducia, & hæc studia impossibilia, diabolo in caput suum uertere, & cū Ioab, ij. Reg. xj. fidēter in opus dei accincti dicere: Esto uir fortis & pugnemus, dominus autem quod bonū est in conspectu suo faciat. O pulchrum exemplum: Si hic prius disputasset, an esset uictoria prædestinata apud deum, non pugnasset, immo disputando negligens factus & aliena operatus, uictus turpiter fuisset.

Ac uide hic impijssimam impietatem, stultissimā stultitiam peruersissimam peruersitatem nostrā: ducimus uxores, ædificamus domus, plantamus uineas, emimus substātias, & nemo hic prius disputat prædestinatū sit, nec ne, uxorē fore castam, uel adulteram, domū arsuram, uel mansuram, substantiam perituram, uel duraturā, breuiter, omnia nostra opera, maxime peccata, cum fiducia incipimus, perficimusq;, nihil solliciti, quid de ijs deus prædestinarit, satis hic tutum est a nostra temeritate altissimū eius consilium, nemo hic non prius cogitat, sollicitus est, æstuat, quō faciat quod ꝓposuit, q̄ disquirat ac disputet de prædestinatione. Quare hoc? quia nō sunt a deo præcepta, nostra scilicet sunt, a nobis electa. At ubi ad opera dei, & præcepta eius uenitur, hic statim quæstio nascitur, hic consiliū dei tētatur, denicq; hic demum disputamus, an dei præceptis debeamus obedire, anteq; eius secreta nouerimus. An hoc non est diuinā maiestatem amarissima peruersitate exacerbare: q̄ in nostris tam sumus patiētes & obliuiosi suorū consiliorum, & in suis, tam impatientes & curiosi? Non ne æque folium arboris, nō cadit in terram, sine eius uoluntate, atq; anima tua salua fiet sine eius consilio? Nec unus capillus tibi crescit, sine eius cōsilio, nec panem comedis, nec potum bibis? Hic non disputas, nihil cunctaris, nihil trepidas, nihil moraris eius consilium, quin ruas in opus? illic uero totus es quæstio & cunctatio.

Vd nunc

Vel nunc ergo intellige, non ex deo, sed ex diabolo & quidem tunc offen-
dimo & astutissimo has cogitationes tibi uenisse: ut superuacaneis rebus te
a præcepto & suauissima uoluntate optimi dei tui distrahat. Recte & aptissi-
me in hos dicit Eccles. xj. Qui obseruat uentum non seminat, & qui consyde
rat nubes nunq̃ metet. Quo modo ignoras quæ sit uia spiritus (id est, uenti)
& qua ratione ossa compingantur in uentre prægnantis, sic nescis opera dei,
qui fabricator est omnium. Quid ergo? nihil faciendum, quia ille omnia fabri
cat, & nos ea nescimus? Absit, sequitur enim, mane semina semen tuum, & ue
spere ne cesset manus tua, quia nescis, quid magis oriatur, hoc, aut illud (id est,
matutinum uel uespertinum) & si utrunq̃ simul, melius erit. Vides q̃ omnia *Nescire, sed nõ cessare docetur.*
nos docear nescire & tamen non ideo cessare, immo eo magis operari iubet,
quo nescimus, quid futurum sit: cum illi peruersi, ideo nolint agere, quia ne-
sciant quid futurum sit. Hoc enim quærit diabolus, ut non operentur in uita,
nec in pace & spe obdormiãt in morte, sintq̃ utroq̃ tempore deo ꝓpter deum
rebelles & inobedientes, sic tamen, ut culpa sit non ipsorum, sed ipsius dei, ut
qui non prius consilia sua reuelãdo euacuauerit & diuinitatis suæ gloriosam
maiestatem, euacuatis consiliis, nullam fecerit, q̃ illos præcepto suo molesta-
uerit. Si quidem, sanctissimi homines, tunc omnia libenter essent facturi, quæ *Peruersitas pseudo sanctorum.*
præcipiuntur, si primũ scirent quid de eis deus cogitarit, hoc est, si nullus deus
& præceptor eis fuerit, nec enim deus esse potest, si non aliud est, sapit, nouit q̃
nos sumus. Sed uide iterum, si nobis deus sua consilia reuelaret, primum, trepi- *Alia ratio.*
di fieremus, deinde contemptores aut desperantes sicut & modo sunt, qui pu-
tent noxium esse, prædicari gratiam & prædestinationem, quod hinc multi of
fendantur. Adeo quicquid deus uult & facit, homo puluis temerat, unum hoc
æstuans, ut sit sine timore dei, hoc est, sine deo, nec enim timeri posset, si non
secreta de nobis cogitaret, nec tunc fides, nec spes, nec charitas locum haberet.
Væ tibi furentissima impietas.

Ad spem reuertamur, ut prolixitati aliquãdo finem faciamus: Duo sunt in *Duo obseruanda in spe nostra.*
spe obseruanda: merita nostra, & promissio diuina. Inter hæc duo, sic consti-
tuas spem, ut ex promissione spem pendere scias, & ex spe merita prouenire,
ut merita sint opus spei, spes uero opus uerbi, seu promissionis. Quare ut spe-
res non est necessarium merita habere, sed potius ut purissima simplicitate in
uerbum ꝓmissionis gratuitæ spectes, in quod sperando possis tunc merita pro
ducere, non secus atque Apostolus Paulus, qui ad Galatas fere aliud nõ facit,
q̃ ꝓ iusticiam nostram non ex lege, nec operibus, sed ex promissione benedi-
centis dei, fluxisse probat. Hæc enim dei misericordia gratuito promittens, & *Causæ spei.*
ueritas promissionem adimplens, causæ sunt spei, his animus prouocatur ad
sperandum, inuocãdum, benecq̃ uiuendum, quæ nisi essent & nobis reuelata
fuissent, nec fidei, nec spei locus esset. Quare obiectum fidei & spei est deus
promissor gratuitus, seu ipsum uerbum promittentis, atque aliud nihil. Quod
nisi ubique & semper obseruetur, spes quoq̃ simul ruat necesse est, non aliter
q̃ domus ruit, quæ super arenam fundata est, ubi flumina & uenti irruerint.
Super hanc enim ꝓmissionis & infallibilis uerbi petram ædificata est Ecclesia
Christi, sicut Proverb. xviij. Turris fortitudinis nomen domini, ad ipsam cur-
rit iustus & exaltabitur. Vt & psal. lx. Factus est spes mea, turris fortitudinis a
facie inimici. Nihil hic de meritis, sed de deo ipso, de nomine eius tantũ est me
moria, in quibus spem collocet.

Digressus autor differit.

Ex spe merita, nō spes ex meritis.

Sequitur ergo spem ex meritis non prouenire, sed contra ex spe merita, nempe spem ex spe in spem, ut sit ante merita, cum meritis, post merita. Sicut in hac uita non apprehendimus iusticiam, sed ad eam nos extendimus, semper quaerimus, semp iustificari petimus, semp dimitti peccata, semper fieri uoluntatem patris nostri q in cœlis est, semp sanctificari nomen eius. Atq hoc ipso tamen iusti a deo reputamur, sicut dicit: Beati qui esuriunt & sitiunt iusticiam. Ita & spes semp ex seipsa augeri recte intelligetur, operatibus eam tribulationibus, modo sic feramur, ut probati inueniamur.

Quid fides, spes, charitas

Ex quibus hoc sequi uidetur, q cæteræ uirtutes forte poterunt agendo perficí: Fides uero, spes & charitas, non nisi patiendo, patiendo inq intus operationem diuinā. Quia cæterarum opera, sunt fructus fidei, spei, charitatis, quas uideas incarnatam fidem, incarnatam spem, incarnatam charitatem, atq omnino, in crassis tantum operibus exercentur. Atque hic sponsa Christi rursum ingnat pedes, quos lauisse se iactat, & induit tunicā, qua se spoliasse gloriatur, cum sine uitio non possint fieri, quæ per uiciatam carnem fiunt. At fidei, spei, charitatis opus uidetur idem esse. Quid enim est fides, nisi motus ille cordis, qui credere, spes motus qui sperare, charitas motus qui diligere uocat? Nam

Phantasmata humana.

phantasmata illa puto humana esse, quod aliud sit habitus, & aliud actus eius: Præsertim in his diuinis uirtutibus, in qbus non est nisi passio, raptus, motus, quo mouetur, formatur, purgatur, impgnatur anima uerbo dei, ut sit omnino negotium harum uirtutum, aliud nihil q purgatio palmitis (ut Christus dicit)

Palmitis purgatio.

quo fructum purgatus plus afferat. Denicq cæteræ uirtutes uersantur circa res crassas & corporales externæ: Illæ uero circa purum uerbum dei internæ quo capitur, & non capit anima, hoc est, exuit tunica & calciamentis suis ab omnibus tam rebus q phantasmatibus, rapiturq per uerbum (cui adhæret, immo quod eam apprehendit & ducit mirabiliter) in solitudinem (ut Oseæ, ij. dicit)

Mors animæ sanctæ.

In inuisibilia, in cubiculum suū, in cellam uinariam. At hic ductus, hic raptus, hæc expositio misere eā discrutiat. Arduum est enī & angusta uia, relinquere omnia uisibilia, exui omnibus sensibus, educi ex cōsuetis, denicq hoc mori est, & ad inferos descēdere. Videtur enim ipsa sibi funditus perire, dum subtractis omnibus, in quibus stetit, uersabatur, hærebat, nec terram tangit, nec cœlum, nec se sentit, nec deum, dicēs: Nunciate dilecto meo, quia amore langueo. q.d. Redacta sum in nihilum, & nesciui, in tenebras & caliginē ingressa, nihil uideo, fide, spe, & charitate sola uiuo & infirmor (id est, patior) cum enim infirmor, tunc fortior sum. Hūc ductum Theologi mystici uocant, in tenebras ire, ascendere super ens, & nō ens, uerum nescio an seipsos intelligāt, si id actibus elicitis tribuūt & nō potius crucis, mortis, infernicq passiōes significari credūt.

Crux sola nostra Theologia.

CRVX sola est nostra Theologia.

Ex his intelligi puto uerbum Apostoli, quo modo spes sit opus probatæ per tribulationes patientiæ, quod his omnibus homo uelut excolitur, expolitur, excluditur, sicut uas manu artificis, ut longe emineat ultra uisibilia & comprehensibilia, nō in merita, sed in solum deum confidere doctus. Sicut uas aureum, igne & malleis in usum honorificum domini sui paratum, non autem in suum uel colorē uel quodcunq opus naturæ suæ (quæ est aurum nō enim, ut aurum, sed ut uas usum hunc habet, nec ut fieret aurum, expolitum est, sed ut uas in usum fieret, paratum est: Ita homo per spem ad solius dei usum paratur, non autem opera ipsa, spem parant, hoc enim esset prius ex posteriore tacere.

ens. Quare satis placet tropus scripturæ, qui hanc purgationem & spei opera nouem, uerbo exitus designat. Prouerb. xxv. Aufer rubiginem de argento & egredietur uas purissimum. Aufer impietatem de uultu regis & stabilietur iu stitia thronus eius, & uitulus ille aureus Exo. xxxij. dicit eodē tropo egressus, id est, paratus. Inde illud: Dominus custodiat introitum tuū, & exitum tuum, id est, initium & finem tentationis, ut sanctus Aug. tractat.

Liberum arbitrium.

Error est itaq; liberum arbitrium habere actiuitatem in bono opere, quādo de interno opere loqmur: Velle enim illud, quod credere, sperare, diligere iam diximus, est motus, raptus, ductus uerbi dei & quædam continua purgatio & renouatio mentis & sensus de die in diem, in agnitionem dei, licet non semper æque intensa sit illa passio, tamen semper est passio. Ecce (inquit Hiere. xviij.) Sicut lutum in manu figuli, ita uos domus Israel in manu mea. Quid obsecro actiuitatis habet lutum, quādo figulus formam ei affingit? Nōne mera passio ibi cernitur? qua tamen placit de sua deformitate, in formam similem artificis ideæ. Ita per spem, tribulatione operante, nascentem, diuinæ imagini cōforma mur, & creamur ad imaginem (iuxta Paulum) eius qui fecit nos. Volūtas uero incarnata, seu in opus externum effusa, recte potest dici cooperari & actiuitatem habere, sicut gladius in suo motu prorsus nihil agit, mere autem patitur: At in uulnere facto, cooperatus est per motum suū, secanti per ipsum. Quare sicut gladius ad sui motum nihil operatur, ita nec uoluntas ad suum uelle, qui est diuini uerbi motus, mera passio uolūtatis quæ tum cooperatur ad opus manuum, orando, ambulando, laborando, &c.

Lutimera passio in manu figuli.

Iam uero plusq; satis digressi, aliquādo ad psalmum redeamus. Lætabuntur omnes qui sperant in te. Primum, uerborum uim, deinde ꝓphetæ occasionem sic loquentis uideamus. Soli sperātes lætabuntur. Qui autē sint sperantes iam satis diximus. Et in te, non in sua, non in ullam creaturam, si quidem sunt qui confidant etiam in homine.

Redit unde digressus fuit.

Illud uidendum, עולם olam usitatissimum in scripturis, quod, inæternum, semper, in seculum seculi, & si quod aliud trāsfertur. Hebræis significat, tropo linguæ, ꝓprio, tempus incertæ & indefinitæ durationis, non aūt, ubiq; saltem, æternitatem. Vnde in lege Mosi sæpius dicit, legitimum sempiternum, in generationibus uestris, cū tamen aliquādo finienda essent omnia illorum, quod mihi latine non inepte dici uidetur, semper, perenniter, perpetuo. Almanice, ymer dar/ uel/ ymer vnd ymer. Sic enim uernacula nostra dicimus. quod psal. c. iij. scribitur: Non in perpetuum irascet, neq; inæternum cōminabitur, wyrt nit biß ans end zürnen/ auch nit ymer dar drewen.

Seculum in scripturis.

Quid mouit autem Prophetam, ut hos affectus tam copiose commendaret? Impiorum scilicet cōuersatio, quos uidit in bonis ducere dies suos (ut Iob ait) ac sic uiuere, quasi eorum sit ꝓprium lætari, exultare, gloriari: Quod tā fallax & efficax est scandalum, ut multi Prophetæ se in hoc tentatos & atra quadam nemesi commotos querulentur: sicut enim specie operum & meritorum temporalium offendicula sunt, ita & specie præmiorum tēporalium. Vnde de eis psalmus. lxxxij. Quam bonus deus Israel his, qui recto sunt corde: mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei, quia zelaui super iniquos, pacem impiorum uidēs, quoniā non est respectus morti eorum, & firmamentum in plaga eorum, in laboribus hominum nō sunt, & cum hominibus non flagellabuntur, ideo tenuit eos superbia &c.

Et Hiere. xij. Quare uia impiorum ꝓsperatur, bene est omnibus qui preuaricant & inique agunt? Et psal. cxliij. Nō est ruina maceriæ, necꝫ transitus &c. Beatum populum dixerunt cui hæc sunt. Latius autem Iob. xxj. Quare ergo impij uiuunt, subleuati sunt, cōfortaticꝫ diuitijs &c.

De ueris gaudijs.

Contra has laruas, species, scandala, Propheta seuocat pios homines, ut contemptis illorum gaudijs, ad uerum gaudium se conuertant, quod est in deo. Quare per totū, geminam quādam antithesin, oportet obseruare in hoc uerso. in hunc modum. Tristes uidemur illis ꝙ rebus subtractis patimur, in quibus illi nixi lætantur (utruncꝫ horum ad sensum expositum fortiter scandalisat fallitcꝫ plurimos) At intus ubi nos uiuimus in spe, & illi mortui sunt, lætamur lætabimurcꝫ: Illi uero nec lætantur, nec lætabuntur. Nostrum uero gaudium adeo uerum & solidum est, ut de ipso solo dici merito debeat: lætabuntur, cum illorum lætitia magis tristitia sit, si interna uideas. Ita in totum damnat impiorum gaudium, & gaudium piorum commēdat, quod quia sine spetie est, illud uero magna spetie, fide opus est, uerba spiritus logtur in spiritu positus, alioquin & nō intelliges, & illorum scādalo offenderis. Non enim potest carnalis homo sapere, quæ dei sunt, id est, gaudiū esse in subtractione oīum bonorum, etiam spiritualium, cum gaudium esse nesciat, nisi in re præsente & sensibiliter possessa. Nos autem oportet gloriari in cruce dñi nostri.

Sancta æmulatio sanctorum in malos.

Cum autē Hebræi optaui loco, quem nō habent, futuro indicatiui utantur, & ex dictis cognouimus oēs huius psalmi affectus miro ardere zelo, sanū est, & hunc uersum quadā indignationis sanctæ æmulatione dictum intelligere, ac tale quippiam sonare: Quid insaniunt impij illi? quid ludunt animas hominum pessima specie? Obsecro domine, damna eos, & gaudium eorum, expelle eos, reuela eorum hypocrisin, decidant a suis laruis, ut lætentur solum ij, qui sperant in te, ut notum fiat & sciant omnes non esse uspiam gaudium, nisi in multitudine misericordiæ tuæ, uror dñe nimis, ꝙ nō persuadere possum, ꝙ nō audiunt; tu ergo iudica illos, & ostende eorū uanitatem, ac nostram ueritatem.

Inexperti rident.

Atcꝫ ita habemus, ubi, & quid sit uerum gaudium, nempe fiducia & secura cō scientia in diuinam misericordiam. Hoc enim experti quocꝫ dicunt, non esse gaudium super conscientiam puram, nec maiorem tristitiam, cꝫ perturbatam conscientiā: sicut dicit Sapiēs: Secura mēs quasi iuge cōuiuium. Et psal. xxxv. Quoniā misericordia tua, ante oculos meos est, & complacui in ueritate tua. Necꝫ enim aliunde, cꝫ intuitu misericordiæ dei, conscientia læta & pura uenit. ut psal. iiij. dictum est. Lumē uultus tui domine super nos, dedisti lætitiam in corde meo. Gaudium uero illorum quid? frumenti, uini, olei copia, id est, porcorum gaudium in corporis saturitate.

Inæternum exultabunt. Hoc uerbū Hieronymus laudabunt transtulit, non male, uolūt enim eo significari lætitiam uocalem, siue cantādo, siue loquēdo: sicut gaudentes solemus iucunde loqui, aut etiam cātare, garrire, laudare, iacta re eum in quo gaudemus, psal. l. Exultabit lingua mea iustitiam tuam (id est, cum gaudio prædicabit.) Siue ergo, inæternum ptinet ad uerbum lætabunt, siue exultabūt, perstat in æmulatione & cōtentione, ppheta, ac si dicat: Gaudēt illi in suis rebus, iactēt se & sua, cantent seipsos, nō modo nō uere exultant aut lætant, sed nec inæternum. Gaudiū (ut Iob ait) hypocritæ instar pūcti. & xxj. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto, ad inferna descendunt. Adeo incerta & instabilis est iactātia eorū: sed nec perpetua, ut quæ multis tristibus casibus interturbet. Atcꝫ ut bene cedāt omnia, tamen extrema gaudij luctus occupat

& manife-

& manifesta erit eorũ insipiẽtia, sicut Iamris & Mamris. Quid ergo miseri sese fallunt & perdunt? At sperantes in te, lætabuntur & exultabunt perpetuo, nec habitabitur eis ullus extraneus (ut Sapiens dicit).

Signa gratiæ præsentis.

Hic uidemus fructus ex quibus possumus scire an simus (ut uocant) in gratia. Fructus spiritus gaudiũ, Gal. v. Nec est quod dicam⁹ nos hoc nescire: Si in æternum & stabile sit gaudium, & laus dei perseuerans, etiã in passionibus, falsax signũ non põt esse: Ex fructibus em̃ cognoscetis eos. Crux ꝓbatoĩa. Quare si cum psal. xvij. dicere potes: Laudãs inuocabo dñm, & saluus ero, uere saluus eris. Hic enim crucem, quia impiorũ gaudiũ non sustinet: deo, inæternũ & stabiliter non gaudent. Alius fructus qui sequit̃, est garrire, libenter loqui, iucunde prædicare, audire uerbum Christi, exultare iustitiã eius, cãtare misericordiam eius, detestari uero fabulas impias, detractiones, obscenitates, & similes feces mũdi. An hæc non possumus sentire: præsertim si tentati, ꝓhibiti, passi fuerimus propter hæc, uel inuidiã, opprobria, terrores, aut quæcunq; mala. Nam nec hoc, tum erit fallax signũ Christi in te uiuentis, si perseueres laudãs, exultans, iactans gratiam dei, cõtra superbiam hominum.

Fortiter propugnãda ueritas cõtra magnates ecclię

Non ergo frustra inæternũ, cum uerbo exultabũt composuit, ꝙ gaudiũ spiritus foras erumpens, suscitet sibi aduersarios ueritatis, sicut in Apostolis uidimus contigisse Act. ij. iij. iiij. v. &c. & ꝙ inueniantur quidam qui laudẽt Christum, misericordiã, ueritatem, iustitiã, gratiam dei, sed non inæternũ, quia non satis sperant, nec satis lætanť in eo, cedunt enim in tpe tentationis, nec⁊ perseuerant contra faciem iniquitatis, nec ubiq;, nec omnibus, nec omni tẽpore audentes iactare deum (id est, gratiã dei): quales & hodie multi sunt, qui ueritatem tantum dicunt uulgo omnia patienti, nõ ijs, quos timent sese persecutoros, quibus tamen maxime omniũ dicenda est. Q, si dices, principes populorum sunt, extra synagogas facient, excõmunicabũt, extra ciuitatẽ eiciẽt.

Audi quid sequatur.

Et habitabis in eis, quod Hiero. dicit: Et ꝓteges eos, ipso protectore, quis prævalebit? Atq; nisi tanta res esset aduersus operarios iniquitatis, & locutores mendacij, dei misericordiã exultare, nõ esset opus nobis promitti, hãc exhortatoriam promissionẽ: Scit ipse portas inferi insurrecturas aduersum gaudium nostrum, sed confidite, protector noster deus Iacob, non prævalebunt: Habitabit in nobis ipsemet, maior est (inquit Iohannis. j.) qui in nobis est, q̃ qui in mundo. Si deus pro nobis, quis contra nos? Hæbraicum consulens, inuenio hic uerbum absolutum: quod psal. ij. ponitur: Ego autẽ constitui regem meum, quod ordinare, constituere, præponere Reuchlino significat: Vnde in Hebræa proprietate sonat, habitabis in eis, id est, ordinationem super eos facies, constitues super eos, ordinator super eos eris, tu curabis eos, tu reges eos, quod Hieronymus recte, & si nõ plene dixit, proteges eos, latior enim hebræi uerbi significatio. Sicut & illud absolutum est: Exultabunt, seu, laudabũt. q.d. erunt, & sint prædicatores, & Euangelisatores (quod proxime huius uerbi alludit significatio) Euangelisare enim est lætum, iucundum, suaue, bonũ uerbũ nunciare, quod ירנן ieranenu hebræis diximus significare. Lætum aũt uerbũ aliud nõ est, q̃ remissio peccatorũ, multitudo misericordiæ dei, consolatio tristis conscientiæ. At quid his nũcijs & iactatoribus gratiæ contigerit uidemus. in Apostolis & Martyribus & omnibus sanctis. Rursum, quomodo habitauerit Christus in eis, rexerit & seruauerit, scimus.

In illis,

In illis uero quis habitabit? quis eos protegeet? quis reget? non his egent, fortes sunt, gygantes in terra sunt, potentes portæ inferi, sedes diaboli, hic enim princeps mundi est, & habitat in eis.

Sequitur altera pars uersus huius: Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum. Quanꝯ Hieronymus recte uertit: Et lætabuntur qui diligunt nomen tuum. tamē noster translator pulchre uocem hæbream expressit, quæ aliud genus gaudij significat, ꝙ primum uerbum lætabūtur. Et, sicut mihi dominat meus Morpheus, illud significat proprie gaudere, gaudium in se recipere & habere, hoc uero, gaudium reddere & lætari ac uelut lætificare, seu, ut dicunt latini, iucūdum esse, ubi siquis in seipso de suo gaudio iucūdus est, gaudiē est in gaudio. de quo psal. lxvij. Et delectentur in lætitia. &. xx. Lætificabis eum in gaudio: alioquin nobis læti, alijs iucundi sumus (ut uolunt,) Sic. j. Reg. ij. Exultauit cor meum in domino, id est, iucundum fuit. Et. j. Paral. xvj. Exultent & lætentur agri & oīa que in eis sunt, sicut ille dixit: Lætas segetes, figurate, ꝙ nos reddant iucūditate sua lætos. Verū ego stultus, q in uocabulis adeo torqueor, cum multa alia sint huius linguæ, quæ lætitiam significent, quorū ego nec possim nec uelim constantem differentiam profiteri. Sufficit uel opinari, hoc proprie sens gaudij genus, pertinere ad affectum gratiudinis, quo in benefactorē gratiti & iucundi rapimur, de cuius dono lætati sumus, qua gratitudine iucūdi fumus benefactori, eiusꝙ uotis respōdemus, sicut ager lætus suo cultori. Et hoc ita esse, uidet eo signo intelligi, quod in uersus initio uerbū absolute dicitur: Et lætabuntur, hic uero: Et lætabuntur in te, ut priore uerbo sensum beneficij absolute indicet: posteriore uero, acceptum benefitiū referri in benefactorem cum iucunda gratitudine. Nam in beneficio lætari etiam psal. cxxj. ostendit: Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi &c. Vbi ponitur uerbum huius uersus in principio positum. nō dico, hæc constanti Canone uerbis istis duobus propria esse, sed ex regimine, & absoluto statu, in hoc loco sic posse distinguit: Nā psal. xxxj. Lætamini in domino. Et. xcvj. Lætamini Iusti in domino, idem uerbum habetur cum regimne, quo hic uersus incipitur absolute. Nisi id Canonem faciat, ꝙ in domino lætandum, sicut in beneficio, illi dicant citra gratitudinis affectum.

Gaudiū spiritus ex gratitudine.

Hæc autem significatio apte quadrat ad sententiam, ut enim priore huius uersus parte gaudium in tribulatione descripsit: ita hac posteriore gaudium in prosperitate, seu gaudium in gaudio describit, quod non est uerum nec syncerum, nisi in domino gaudeat: Iuxta illud Isaiæ. Gaudens gaudebo in domino. Quæ omnia non aptius intelligi possunt (ut dictum est) nisi cum prophetā, nobis ob oculos ponamus aduersariam generationem, de qua penitus in uertere oporteat hunc uersum totum, ut qui si in aduersitate pro lætitia tristantur desperantes de deo, nec exultant in æternum bene de deo loquentes, sed assidue murmurant male loquentes de deo ideo nec protegit eos deus, nec habitat in eis. Contra, in prosperis effusi, insipienter gloriantur, non in domino, sed in se, suisꝙ operibus, sibijpsis placent, suiꝙ mirantur, quia diligunt nomen suum, & quærunt gloriam suam: Ita ut recte hunc uersum totum de talibus liceat in hunc modum uertere: Et tristabuntur omnes qui non sperant in te, semper murmurabunt, & deseres eos, & gloriabuntur in seipsis, quidiligunt nomen suum.

De gloriantibus sed nō in deo.

Itaꝙ proprijssime, utrunꝙ tempus, utrāꝙ hominū generationem, utriusꝙ affectus & opera, hoc uersu breuiter & mire distinguit & pingit spūs ꝓphetæ,

antitheſi

tentibus aptissima. Impossibile est enim ut nō tristetur, qui non sperat in dño, quemcunq; inuit quæcunq; tribulatio. Tristatus aūt non potest non murmurare contra, cum latus dei sine exultatione cordis nulla sit. At hic murmurator impatiens, deo quoq; displiceat, ac magis magisq; deseratur, necesse est, nō enim in Babylone habitat, sed in salem, id est, in pace factus est locus eius. psal. lxxv. Et super quietum & humilem requiescit spiritus eius, Isaiæ ultimo. Contra, impossibile est, ut nō lætet qui sperat in dño, etiā si fractus illabatur oris, impatiendum enim fierent ruinæ. Lætatus aūt non potest non bene cogitare de deo exultare in laudе eius, & exhortari seipsum: Quare hic laudator patiens & lætus, dignus est quē pregat & inhabitet deus, nec frustra lætari, spera re, exultare permittetur, seruās seruabit eū. Atq; hoc est biuium, in quo seduat uiri sanguinū & dolosi; a uiris misericordiæ, & hominibus bonæ uolūtatis, quantum pertinet ad tempus nubilum, & horam tentationis. Quare ut sæpius dixi, Saul noster a spiritu dñi, malo non habet leuius remedium, nisi David noster psalterio arrepto, psallat manu sua, hoc est, si tristat̄ anima tua, inciпe iucundam aliquam cantionem uel memoriam in deū tuum, & mox senties seruamē, & probabis prodesse consiliū sapientis: In die malorū memor esto bonorum. Et iterum: Multos occidit tristitia, & nō est utilitas in illa. Hic enim musica in luctu, etiā contra prouerbium, est opportunissima narratio, sicut ille psal. xliii. Quare tristis es anima, & quare conturbas me? Spera in deo, qm̄ adhuc confitebor illi, salutare uultus mei, & deus meus.

Laudandus deus in aduersis.

Musica in luctu.

Rursus, impossibile est, ut non placeat sibi, inflet̄, glorietur, gaudeat in seipso, qui non dei, sed suum nomen & gloriam diligit & quærit, quotiens accidерit quæcunq; prosperitas. Placens autem sibi in sua prosperitate, quid aliud faciat, nisi q̄, ut prouerbium est: Mutuum scabunt muli, ita ipse suos benedicitores benedicat, & laudatores laudet, illicq; uicissim benedicētem benedicāt, laudantem laudent, iuxta psal. ix. Laudatur peccator in desideriis suis, & impius benedicitur. **gefatter übel den zum vnd erwider.** Atq; hoc est nouissimum quod possunt, uane scilicet gloriari, iactare, seipsos prædicare, quorum finis in confusione.

Mutuum scabunt muli.

Contra, impossibile est, ut sibi placeat, in seipso gaudeat aut glorieт̄, qui nō suum, sed dei nomen diligit, quātalibet arrideat serenitas & felicitas. Hac autē ratione displicens sibi atq; uilescens, necesse est, ut nō nisi dei nomē, laudē, gloriam quærat, & amet, & dicat: Sanctificet̄ nomē tuū, prophanetur uero nomē meū, & omnia: Benedicant oia opera dñi dño: Nec bñdicat iusto nisi tu solus, impiorū benedictio, maledictionis uice ducenda est.

Gaudiū sanctorū in deo.

Finge ergo, immo obserua prophetam (si uis hunc intelligere uersum) positum eo loco, ubi impiorum intuitus uitam, duplo scādalo uexetur. Altero, q̄ sibi omnia aduersa cadūt, deinde omnia sua & dicta & facta, pro stultitia & impietate ducuntur, quibus ad tristitiam, impatientiam, desperationem moueatur. Altero, q̄ impijs omnia prospera abundant, omniaq; eorum dicta & facta uehuntur, celebrantur, ac iam immortalitati omnino consecrantur, quod est atrocissimum omnium, & quod maxime irritet scandalum. Tum irascens quidem, sed non peccans, loquitur in corde suo, in cubili suo tacet, & finē expectans dicit hunc uersum. Nam si quis quærat quid loquendum sit in cubilibus: de quo psalmo. iiii. dictum est, recte respondebitur: Non aliud q̄ ea quæ sit. hoc uersu traduntur, ut seipsum consoletur in domino, dum illi uanissime iactantur in semetipsis.

Quid in cubilibus loquēdū

Vnde &

Digreditur autor & differit

Tentatio a sinistris & a dextris.

Vnde & aptissime seruat ordinē: Tentatio enim quæ a sinistris est, prioris & minus periculosa, ꝙ a latere tantum cadāt mille, sed a dextris decem milia, quæ & multo grauior & periculosior est, nec nisi ijs, qui priore sunt diu exercitati, obeunda, utraq; fornax quædā est ꝓbationis, sicut scriptū est, Eccle. xxvij. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tētatio tribulationis. Alterū: Probat homo ore laudantis: Quo modo? Nempe quod in illa inuenit tristis & murmurator. In hac gloriator, diligēs nomen suum, & benedicens seipsum, arguit in priore casus proprie uulgi, & eorum quos peccatores contemnimus, est, in posteriore grauior est perditio pinguiū Israel & electorū, & quos sapientes & iustos ueneramur, hoc est impiorū: iuxta psal. lxxij. Et occidit pingues eorū, & electos Israel impediuit. Et Isa. v. Descendētq; sublimes & gloriosi ad eum, scilicet infernū. Adeo semper deus percussit magnates & primates, ut nos terreret, humilitatēq; nobis tutissimā commēdaret, ita ut proprie de magnatibus dicat psal. Terribilis apud reges terræ, & qui aufert spiritum principum, necesse tamē quicq; ꝓficit apud tyrānos: Quis enim legitur usq; in sacris literis primo loco habitus, qui nō aliquo insigni casu gloriam suam nobilitarit, si ab Adam ad Petrum usq; numeres? Tanta scilicet cura fuit deo, pro humiliādis magnatibus, ut quibus necesse sit, pro subditorū salute, uel honoris & dignitatis proficeritatem obuenire, ne fierent impij suæ gloriæ amatores, & nominis sui dilectores. Rursus uix unus & alter e uulgo memoratur, qui scelere se infamarit, qualis Achan, & ille Nium. xv. qui ligna sabbato collegerat.

De nōie domini Tetragrāmaton.

Nomen dñi hic quid sit quærendum est, de quo multi in diuersis quoq; linguis. Hebræi decē nomina dei iactāt, teste etiā diuo Hiero. inter quæ illud magna superstitione celebrant, quod Tetragrammaton uocant, יהוה, cuius uirtute nescio quantū tutelæ & operationis sibi promittant, cū interim per impiā incredulitatē & blasphemiā nōis Christi, sine fine nomen dei assument in uanū, nec aliquid minus curant, q̄ ut nomine dñi salutē animarū sibi parent. Diuanauit aūt & in Christianos eorundē superstitio, ut passim iactent, scalpant, figant, gestent, quatuor istas literas, siue impij, siue pij sint, nihil curantes, uelut Magi in literis & characteribus uirtutes se habere præsumentes.

Nō nomen dei sed fides nominis.

Nos uero, sicut decet Christianos, oportet hoc scire, ꝙ sine fidei pietate oīa sunt superstitiosa & damnabilia, adeo ut nec Christus, nec deus ipse ulli sit salutaris, nisi per fidem habeatur. Quare quodlibet nomen dei, immo quodlibet uerbū dei, omnipotentis est uirtutis, in salutē corporis & animæ, si fidei reuerentia possideat. Non itaq; nomen, sed fides in nomen dñi facit omnia, nec unū altero efficacius est: Si em̄ nomen Tetragrāmaton solū tantæ uirtutis est, stulte facit Ecclesia, ꝙ non in ipso, sed in nomine potius patris & Filij & Spiritussancti benedicit, baptisat, & omnia sacramenta sua perficit: Mirūq; sit Ecclesiā Christi, quæ spiritū dei habet, hæc nondū nouisse, quæ omnia nouit quæ dei sunt. Q, si dixeris, & ipsum Tetragrāmaton hæc oīa in se continet, omniū q̄ perfectiones: ita ut nominato sanctæ Trinitatis noīe, aut dei, aut dñi, simul, ibi nominetur Tetragrāmaton. Cur ergo ab alijs secernitur? cur non efficit in omnibus, quod efficit seorsum? An tā sanctū est, & alia tā prophana, ut his mixtum polluatur? Aut tā inuidum, ut alijs hanc uirtutis gloriā inuideat? Sinergo ista Iudæorū figmēta, Christiani melius sapiant, unā scilicet esse oīm nominū dei uirtutē, si fidē pīā habeas, sine qua nec sanctæ trinitatis nomē ubi, q̄ sit,

Verūtamen

Verumtamen quãdo omnia illis contigerunt in figura, ut nec iota nec apex frustra scriptus credatur, non negarim in nomine Tetragrammaton, aliam & singularem præ cæteris figuram fuisse signatam, in nouo scilicet testamento reuelandam, unde & tunc ineffabile habitum est, & etiamnum habetur Iudæis, quia reuelatum eiusdem mysterium pertinacissime exhorrent. Quare, ut & nos siue nugemur siue cum eis cabalisemus, putemus nomen Tetragrammaton esse symbolum nominis sanctæ trinitatis, & nomen patris & filij & spiritussancti, nunc reuelatum, tunc sub quatuor literis fuisse adumbratum. Quod ut faciamus uerisimile, ex ipsis literis, ex numero, ex significatione eorũ argumentemur. Significatio est hæc, Iod principium, he ista, uaf &, he ista. Componantur grãmatice & latine, resultabit hæc oratio, principium istius & istius. Quod cum nomine sanctæ Trinitatis per omnia conuenit, q̃ pater in diuinitate sit principium istius, scilicet filij, & istius, scilicet spiritussancti. Nam ista pronomina, istius & istius, obscurius filium & spiritumsanctum representant, sicut conueniebat illi testamento, in quo non erat reuelandum, sed indicandum duntaxat mysterium trinitatis. Sed nec patris nomẽ clare expressum est, licet nomine principij plus notificet q̃ filius & spiritussanctus: in quo simul significatum est nulli esse (sicut Christus Matt. xj. dicit:) cognitum patrem neq; filium, nisi cui fuerit reuelatum. Siquidem nec hodie sanctæ trinitatis mysteriũ, etiã si nomẽ proferat, cognoscitur, nisi docente spiritu fidei. Apparet itaq; illis sub nomine Tetragrãmaton personarum diuinarũ numerum & naturam non secus esse adumbrata, q̃ nobis sub isto nomine, trinitas, ut sicut uocabulum trinitas, si resoluatur, eius sentẽtia dabit, patrẽ & filium & spiritumsanctũ, ita Tetragmaton resolutum reddet principium istius & istius, obscurius quidem, tamẽ idem: Aeque enim tres commendant personæ, & duæ processiones, atq; in nomine patris & filij & spiritussancti.

Nomen dei apud Iudæos ineffabile.

Cabala Luthe rij de nomine dei Tetragrã maton.

Secundo, numerus est quaternarius, hic est quadratus planus primus: qui constat duabus proportionibus simplis primis, quarũ prior est, unius ad duo, posterior duorum ad quatuor. Nascitur igitur gemina processione & proportione quadratus unius ad unum & duorũ ad duo, ab unitate incipiens in quaternitate desinens. Sunt aũt proportiones istæ iuxta arithmeticam inæquales, sed iuxta Geometricam æquales, sed hæc ad Mathematicam. Ita in quadrato huius diuini nominis significatur unitas paternæ substantiæ, ex qua unus procedit filius æqualis eidem simpla proportione prima: Ex utroq; autem spiritus sanctus secunda processione, uelut altera proportione simpla æqualis patri & filio, sicut proportio duorum ad duo & unius ad unum æqualis est Geometrice. Cum autem proportio ista simpla omnium sit perfectissima, prima, & proportionum fons & caput, ubi neutra partium alterã excedit, nec excedituꝛ utra: quia unum uni, duo duobus, per omnia æqualia: fit ut æqualitas personarum in diuinis, per duas tantum processiones & non plures subsistentiũ, pulcherrimi istius quadrati seu Tetragrãmati symbolo, significata sit antiquis patribus in occulto. Aequalis enim patri filius processione prima, æqualis utriq; spiritus processione secunda.

Huc iam facile est referre, quatuor istas relationes, quas Theologi habent usitatissimas: generatio actiua, generatio passiua, spiratio actiua, spiratio passiua, Hæc enim quatuor constituũt (ut sic dicam) deum trinum & unum, sicut istæ quatuor literæ eius nomen.

Digressus autor disserit

Tertio, ex ipsis literis ac natura earū. Syllaba prima terminat proportionē primā in literā he, quæ est lenis spūs, ut indicet processionē illā in diuinis esse non carnalem, sed spiritualē & suauissimā ac blandissimā. Aspirationis enim litera, si proferatur, aliud non est nisi quidā blandus processus uenti seu flatus, ut aptissime hanc processionē filij significet. Similiter & totū nomē terminat proportione secunda in eandem aspirationis lenitatem, ut & secunda processio intelligatur spiritualis, nec ab ea differens, nisi q̄ est secūda, & a prima procedens, nec differt spiritus a patre & filio, nisi processione sola ab utroq; Cum ergo spirituales sint istæ ꝓcessiones & spiritualissimæ naturæ necesse est ut principiū in totū fluere principatū, q̄ diuisibilis nō sit. Ita inæstimabilis plenitas subsistit in simplicissima unitate.

Litera aspirationis.

Hæc in c̄p̄, & siqua sunt similia, uidenē esse in Tetragrammato ueteri figurata, tūc uero in oibus linguis reuelata, ut iam Tetragrammato nō sit opus, nova magis c̄p̄ tota lingua Hebræa, pro intelligēdo deo: His suffragatur, q̄ Burgēsis dicit: Tetragrammaton iccirco ineffabile dici, q̄ nullius uocis hebrææ Etymologiam sapiat, nec Analogia liceat significationem eius agnoscere, ut apparat, consilio diuino has literas, hebræas quidem copulatas, sed tamen uelut extraneam & non gentilem Iudæorum dictionem insignificabilem constituī, quo modo latinis literis liceat dictionē aliquam cōstituere, grammaticis ignotam, tantum significandi & memorandi causa. Quod Valentiniani uidentur æmulati in sua, abraxas, græca dictione.

Recte ergo ineffabile nomen domini dictum est, q̄ tunc non fuerit reuelatum trinitatis sacramentum, & si occulte insinuatum. Recte quoq; soli deo hoc unicum nomen tributum dicitur, & quod deum secundum substantiā & internam naturam significat: Nam uere deus in seipso aliud non est nisi pater & filius & spiritus sanctus, trinitas, & ea quæ de unitate & processione dici solent. Quæ res in nulla creatura inueniri potest, quare nec Tetragrammaton ei aptari, cum alioquin nomina, regis, domini, dei, fortis, excelsi, eloim, & similium, alijs & conueniant & tribuant uicem dei gerentibus. Operibus enim dei externis, angeli & homines assimilari possunt, Sed trinitas in unitate esse non possunt, ideo & nominibus dei fungi possunt, sed Tetragrammaton & Trinitatis uocabulo uti non possunt.

Quare ineffabile dictū nomen dei.

Hinc puto facile solui difficultatem illam Exodi. v. ubi multi æstuant, quid uelit spiritus quādo dicit: Ego dominus qui apparui Abraham Isaac & Iacob in deo omnipotente, & nomen meum יהוה Adonai non indicaui eis, cum tamen nomen Tetragrammaton longe ante etiā Geñ. iiij, & deinceps ponatur. Non in c̄p̄ puto id uoluisse literas illas, scilicet, non fuisse eis indicatas, nisi forte tunc literæ nominis eius nōdum fuissent aut cōpositæ aut scriptæ, sed q̄ uim huius nominis, id est: fidem trinitatis & noticiam Christi non fecerit publicari tempore patrum, nec Mosi, nec totius ueteris testamenti, sed tantum occulte inspirari, & figuris adumbrari.

Nomen dei non indicatū ueteribus.

Sunt qui putent Tetragrammaton esse nomen Ihesu, interserta litera schin, quod optarim esse probatum & uerum. At quādo Matthæus Euāgelista, c. j. salutis Etymologiā illi tribuit, dicente angelo ad Ioseph, uocabis nomen eius Ihesum, ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Tetragrammaton uero (ut dixi) nullius sit Etymologiæ prorsus, difficile erit idipsum tueri, ut id taceā quod in hebræo uocabulo, quod salutem uel saluatorē significat,

necessaria

De nomine domini.

neceſſaria & ſubſtãtialis, quam uocãt, litera ſit, Ain, quã & Tetragrammaton non admittit, & nomen Ieſus exinde cõſtitutũ non habet. uerũ aliorũ in hac re iudicium eſto. Hæc pro uitãda ſuperſtitione ludæorum dicta ſunt.

Quod eſt igitur nomen dei, qd hoc loco Propheta diligẽdum tradit? Necp̃ enim unum eſt tãtum: Paulus. j. Timot. j. ſapientem uocat, dicẽs: Soli ſapienti deo. Ibidem: Regem ſeculorum immortalem inuiſibilem. Eiuſdem. vj. dicit: Beatus & potens q̃ ſolus habet immortalitatẽ. Ioh. j. Ioh. iiij. Deus charitas eſt. Heb. xj. Non cõfunditur uocari deus Abrahaam, Iſaac & Iacob.

Et qd ſi totum hue Dionyſium de diuinis nominibus aduehamus? Et eundem rurſus de myſtica Theologia, donec nullum nomen deo relinquamus? Siquidem qui cogitatu incomprehenſibilis eſt, q̃ nomine effabilis eſſe queat? ſed aliis otioſioribus iſta ſpeculanda relinquamus, nos pro ſimplicitate intelligentiæ, hoc loco nomen domini accipiamus, non id quo uocatur, ſed quod de ipſo prædicatur: iuxta illud Prouerb. xxij. Melius eſt nomen bonum, cẽp̃ diuitiæ multæ. Eiuſdem. x. Nomen impiorum putreſcet. pſal. xxj. Narrabo nomen tuũ, fratribus meis. Nomen ergo dei, bona fama, laus, gloria, prædicatio, præconium dei, ut clare monſtrat pſal. cj. Vt annuncient in Zion nomen domini, & laudẽ eius in Hieruſalem. Ecce nomẽ dñi, & laudem eius idem dicit, & eadẽ annunciatione prædicari. pſal. cxlix. Laudent nomen domini, quia exaltatum eſt nomẽ eius ſolius. Confeſſio eius ſuper cœlum & terram. Cum autem ſolus deus operẽ omnia in omnibus, cõſequens certe eſt, ſoli deo deberi nomen omnium operum. Solus ergo bonus, ſapiẽs, iuſtus, uerax, miſericors, clemens, ſanctus, fortis, dominus, pater, iudex, denicp̃ quicqd nominari uſcp̃, aut de quopiam prædicari poteſt in laudem.

Nomen dei, laus dei eſt.

Nomen dei.

Qua ſententia efficitur, ut ſicut nobis nihil relinquitur, uirtutis aut operis, ita nihil quoq; noĩs poſſumus nobis arrogare. Atcp̃ ut ſumus homines, nõ nisi peccatum, mendacium, uanitatem operãtes, nomen putridum & ſedum habemus, ut ſit omnis homo mendax, & uniuerſa uanitas homo uiuens. Quare nomen noſtrũ eſt peccatum, mẽdacium, uanitas, iniuſticia, malitia, puerſitas, & quicqd male dici de quopiam poteſt. Hæc cum agnoſcimus & cõfitemur, recte agimus, tum enim nos noſtra opera, noſtrumcp̃ nomen odimus, abiicimus, amittimus: deum, dei opera, dei nomẽ diligimus, deſyderamus, & quæri mus, dicentes cum pſal. liiij. Deus in noĩe tuo ſaluum me fac. q. d. In nomine meo peribo, immo perditus ſim, in tuo autem ſaluus ero.

Nihil noĩs nobis arrogandum.

Nomẽ noſtrũ.

Hæc autem aduerſus impiã impiorum hypocritarum cenodoxiam omnia dicta Prophetæ ſatis clarum eſt. Horum enim ut eſt temeritas, ſeipſos iuſtificare cum Phariſæo, & Simone leproſo in Euangelio: ita furor quoq; eſt, ſeipſos iactare & nomẽ ſuum amare, prædicare, omnibus aliis inſultare, Publicanos, peccatoresq; peſſimis nominibus accuſare, iudicare, uituperare. At pij & fideles dei homines, ſi gloriantur in domino gloriantur, nomen domini ſanctificari, magnificari, glorificari petentes: Horũ eſt ſeipſos accuſare, iudicare, damnare, omnibus inferiores ſe exiſtimare in nouiſſimo loco ſedere, atque ita nomen ſuum prorſus ignorare. Verum & hic crux ipſa ſola, iudex eſt teſtisq; ueritatis, quandoquidem ſunt, qui nomen domini a ſe diligi iactent, magna fiducia etiã chartis illiniant: In nomine domini, &, Soli deo gloria. Item laus deo, &, In nomine Ieſu, & ſimilia. Denicp̃ cui nõ eſt in uſu uulgatiſſimo, inſignis illa & Chriſtianiſſima oratio: Deo gratias? Quid enim felicius Eccleſia eſſe poſſit

Fideliũ hominũ ſyncerita Chriſtiana.

Mendaciũ lo quuntur in no mine domini.

Digressus autor disserit

possit hodierna: Si nemo eorum, qui hæc iactant, mentiretur, & nomen domini sui in uanum non assumeret: sed rara hæc auis. Si enim uere nomen domini diligunt, ac non potius suijpsius, cur indignantur & impatientissime ferunt quoties nomine proprio tanguntur, hoc est, dum uel stulti, uel mali, uel adulatores opprobrio onerantur? Cur hic non agnoscunt nomen suum, & dicunt: Deo gratias, &, Soli deo gloria? Cur ueritati, quam alius coram eis profitetur tam atrociter resistunt, quando eandem ipsi tam uero corde (ut garriunt) de se ipsis profitentur? Itaq; crux ipsa omnes ostendit mendaces, ut uere ille dixerit: Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax. Vides ergo q̃ repente odium nostris ex amore nostri. minis sui, mutatum est in impetuosissimum amorẽ nominis sui: Simul fallax amor nominis dei, prodit seipsum, dum impatientissime fert, nomen domini sibi auferri per alium, q̃d ipse cõtinue & mendaciter a seipso reiecit, & sibi ipsi abstulit, dicens: Deo gloria, &, Deo gratias, Ego autem peccator. Hunc profundissimum affectum quis digne obseruare posset, nisi Christus cruce & contumelijs nos probari curaret? Atq; hæc est sententia Gregorij eximia: qualis unusquisq; apud se lateat, illata contumelia, ꝓbat: Nam hic mox, Deo gratias, uertitur in dei blasphemiam.

Odium diuini

Sed inuenit iste Struthio frondem, qua se tegat, & in peccatis excuset. Primum illud Augustini: Qui negligit famam, crudelis est. Et iterum: Conscientia tibi, fama proximo necessaria est. Tum illud. j. Petri. iij. Nemo patiatur ut homicida, aut fur, aut maleficus, aut alienorum appetitor: Si autem ut Christianus, non erubescat, glorificet autem deum in isto nomine. Sed & diuus Hieronymus palã docet, in suspitione hæreseos, non debere patientẽ esse quenq̃. Primum hoc loco loquimur in spiritu cum Propheta & coram deo. Prouidere utiq; debemus bona, non solum coram deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Ro. xij. Et. ij. Corinth. iiij. Commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram deo. Et. j. Thessal. ulti. Ab omni specie mala abstinere uos. Christus quoq; Matt. v. Persecutionem passos prædicat beatos sed propter iusticiam.

Falsũ crimen agnoscere nõ debemus.

Ita uerissimum est, coram hominibus nos non debere mentiri & falsum crimen agnoscere, sed potius mori, sicut mulier illa septies percussa, apud Hiero. Veru mtamen sicut pati debemus mortem & quæcunq; mala ꝓpter iusticiam innocentes: Ita libenter debemus pati nominis nostri iniuriam, nec ipsum repetere cum tumultu, aut retaliare iniuriam, sed quãtumlibet innocẽtes coram hominibus, tamen corã deo cõfiteri oportet nos meruisse, multo maiora, tam rerum uitæ, q̃ noĩs incommoda. Sicut enĩ res & uitam, ita & nomen bonum, debemus agnoscere esse bonas dei creaturas, optimaq; dona. Verum nõ debemus nos his dignos æstimare, & iniuriam fieri nobis putare, si auferanẽ, immo indignos nos his oĩbus agnoscere, patienterq; eis, uolente deo, carere. Quare non est necesse, adulterum, aut homicidam te confitearis, si non sis, aut agnoscas crimen eiusmodi tibi intentatũ, immo nec confiteri, nec agnoscere debes, ne mentiaris tu simul cum eo qui te mendaciter afficit ignominia. Et tamen paratus ac quietus esse debes, si testimonio tuæ innocentiæ a te dato, non credens, nihilominus te criminetur: Sicut nõ debes dicere uitam tuam esse nihil aut carnem tuam esse phantasma, aut aurum tuum esse cuprum, q̃ humiliter sapias: Sed hæc cõfiteri talia, qualia sunt, & tamen si auferantur, non resistere, neq; repetere, nec uindicare.

Notabile.

Ita famam

ſta famam tuam obſcurantibus & detrahentibus, reſiſtere non debes. Et ſi debes innocentiam tuam proteſtari, nec eorum mendacia, ſilentio malo confirmare. Sic olim Chriſtiani, Lugduno Galliæ, accuſati q̃ in occultis infantes uorarent, uſque ad mortem conſtanter negabant. Et Hieremiæ. xxxvj. Cum Hierias criminarentur Hieremiam, q̃ ad Chaldæos fugeret, reſpondit, falſum eſt, non fugio ad Chaldæos. Nihilominus tamen, cũ non crederetur ei, paſſus eſt ſe cædi & in carcerem mitti innocentem. Sed & Chriſtus coram Anna, conſtanter tutatus eſt doctrinam ſuam, quam ille interrogans oblique damnauit, & tamen alapam accepit a miniſtro, paſſus innocenter, eodem crimine ab incredulis traduci. Hac regula & hodie nobis neceſſarium eſt incedere, quando impiſſimi magnatum adulatores inſanientes & ferocientes, innocẽtiæ bonorum, inſidioſiſſime obtrudunt, nomen hæreticum, ſcandaloſum, erroneum, ſeditioſum, aurium offenſiuum, põtificali reuerentiæ detractorium, & id genus prout libitum eſt ſuis opinionibus.

CHRISTIani Lugduno Galliæ.

Ferenda ſunt, inq̃ſ, hæc portenta, ſed non agnoſcenda. Quod ſi præualeant, rationeq̃ reddita non cõtenti, pergant furere, deo confitendum eſt, nos digna pati, & nomen nõ noſtrum, ſed dei nobis ui, immo & iure auferri, ut qui indigniſimus eo nomine, intus uero, per fidem & conſcientiam, foriſq̃ per confeſſionem conſtantiſſime ei adhærere. Nec enim nobis nomen bonum aferunt, quorũ non eſt, ſed deo, cuius dono in nobis erat. Quin ſibiipſis noſtrum nomen auferunt, cum ideo nobis datum fuerit, ut ipſi per hoc ad deum mouerentur. Luce bonorum operum noſtrorum eruditi, ut glorificarent patrem noſtrum in cœlis. Nihil ergo nobis aufertur de bono nomine, quãdo ipſum nec in conſcientia, nec confeſſione auferre, ſed tantũ in opinione ſua propria, ſuo, ſcilicet, damno extinguere poſſunt, ita ut magis illorũ miſeriæ condolendum, q̃ noſtro damno triſtandum ſit. Quain re dum innocentes nos confitemur, & reddita ratione, nomen malum repellimus, non nobis, ſed ipſis etiam inuitis calumniatoribus ſeruimus.

Ferenda non agnoſcenda.

Hoc affectu, hoc Canone, non curant famam ſuam Struthiones iſti, ſed id tantum quærunt, ne patiantur infamiam, nec quieſcentes donec aduerſarijs (ſi poſſunt) oppreſſis, nomen ſuum receperint (iuxta iuris regulam, uel erro rem potius) uim, ui repellentes. Atq̃ ne fiant crudeles, famam negligendo (ut putant) impij fiunt & crudeles ſimul, nomen bonum uindicãdo, tanq̃ ſuum, non dei. Itaq̃ peruerſiſſime abutuntur ſententia Auguſtini pulcherrima: Qui negligit famam crudelis eſt. Et iterum: Fama tua proximo neceſſaria eſt. Non enim ideo furendum eſt, & contra Euãgelium, pallium repetendum, quia pallio tuo, opus eſt proximo tuo. Nec res quælibet defendẽda, nec ipſa ſane uita, q̃ his eget proximus tuus. Sic nõ eſt fama per uim repetenda, quæ neceſſaria eſt proximo. Satis eſt in his omnibus non agnouiſſe crimen, deindde opus eſt uelle pro deo maiora pati, ut ſic altera maxilla quoq̃ parata ſit, & tamen prioris percuſſio non agnoſcatur tanq̃ merito inflicta.

In pertinaces tutores famæ

Eſſe autem meram ſimulationem in his pugnacibus & pertinacibus famæ tutoribus, eosq̃ falſiſſime dicere ſe amore nominis domini hæc moliri, nec ſuum, ſed dei nomen quærere, probabis hoc ſigno. Primum, q̃ in cæteris rebus dei ſunt incurioſiſſimi, neq̃ enim ita æſtuant, ut faciant uoluntatem dei, & regnum eius quærãt, quæ tamen maxime facerent, ſi nomen dei pure diligerent. Deinde idem nomen domini & famam bonam, in proximo ſuo patiẽtiſſime

Digressus autor disserit.

tolerant perditum iri. Quin ipsi primi omnium sunt, qui ut nomen domini in se statuant, in proximo perdunt. Vt hodie sunt, qui Christiani & Catholici sibi uidentur esse non posse, nisi inquirant quos hæretico opprobrio condemnent, ut probent, aliud nomen domini, & alium deum in seipsis habere, & aliud persequi in proximis suis. Quare ne credas eos esse amatores nominis domini, qui prompti sunt alios malo nomine insignire, & se solos bono nomine commendare. Idem nomen est in omnibus, nec plus potest diligi in teipso & proximo. Erras si doles & ureris te hæreticum uocari, & rides, gaudesq; proximum hæreticum haberi, quantomagis si tu ipse, ut speciosus sis, alium deformes, cum ideo speciosus esse debeas, ut alterius fœditatē tegeres, sicut membra honesta tegunt inhonesta. j. Corinth. xij.

Sed ad uerba Prophetæ redeamus. Diligunt nomen tuum. Nomen domini

Nomē domini

diximus esse famam, notitiam, laudem domini, quæ utique oportet ut sint in alijs, hoc est, in nobis per fidem & confessionem, ut, scilicet, non nostra iusticia, uirtus, sapientia, sed dei in nobis reueletur, crescat & regnet. Sic enim in nomine domini baptisati sumus, ut iam non nos, sed deus uiuat in nobis, & nomen impiorum pereat, quo solum dei nomen in nobis sit: Vbi ut omnia opera nostra illius sunt, ita & nomen, sic tam res ipsa, q̄ nomen non nobis, sed deo tribuatur.

Quo circa ne hoc quidem inepte dicitur: nomen domini intelligi, siue Iesum Christum, siue patrem & filium & spiritumsanctum. Quod hæc sint nomina dei, qui solus habet omne nomen bonum. Ita qui diligit nomen Iesu, diligit simul salutem dei, ueritatem dei, misericordiam dei, uirtutem dei, sapiētiam dei, & omne bonum. Hæc enim omnia in nomine domini quocunq; includūtur. Quod si hoc facit, necessario simul odit nomen suum, nec gloriatur in sapientia, salute, uirtute hominis, quia uana sunt, ut habere dignus sit in se nomē domini: quo & ipse saluetur, & deus glorificetur.

Diligere nomen domini.

Quare emphasin utriusq; uocabuli obseruemus: Diligunt, & nomen, non ait, qui scribunt, dicunt, sonant, indicant, cogitant, acute disputant, cognoscunt, sed qui diligunt nomen tuum. Quis enim non uideat, quanti sint, qui deum & nomen eius tractant, nec tamen gloriantur in eo: Cor eorum uanum est, & intimus affectus amoris peruersus: Quo peruerso, nihil rectum geri potest, quo recto nihil peruersum geri potest. Cum sancto sanctus, cum peruerso peruersus est deus.

Quid autem sit diligere nomen domini, non intelligitur melius q̄ ex ipsa ut naturaq; dilectionis. Quæ est non quærere, quæ sua sunt, sed quæ illius quem diligit: Quare is demum diligere probabitur nomen domini, qui contempto suo & omnium nomine, solius domini nomen optat, exaltatum, dilatatum, magnificatum, oībusq; cognitum. Quod ut fiat, necesse est, ut omnia cogitet, dicat, faciat, patiatur, quæ pro nomine domini cognoscendo, exaltandoq; ualere putauerit, cum dispendio, tam rei, q̄ nominis sui. Quo fiet, ut uane gloriosus esse nequeat, sed suijpsius prodigus contemptor inueniatur: Nec in ulla re superbus glorietur q̄ in dño, cuius nomen solius diligit, & quærit. Qui ergo tempore sereno & sua intutus sibi placet suumq; nomen libēter audit, hic fornacem illa quam, Prouerb. xxvj. os laudantis appellat, probatur, nō diligere nomen domini, sed suum: Quales Propheta impios illos, hoc loco sugillat, infidutia iusticiæ

Natura dilectionis.

Nota Christianissima.

iustitiæ suæ gloriãtes. De quibus &.j.Ro.ij.Nolite loqui sublimia gloriãtes: recedant uetera de ore uestro, quia nõ in fortitudine sua roborabit uir. Paulus quoq; gloriaf omnia se posse, sed in eo qui se cõfortat, alioquin non gloriatur, nisi in infirmitatibus suis. ij. Cor.xj. pulchre & breuiter hæc beatissima uirgo comprehẽdit hoc uersu: Fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius.q.d.Nihil ego feci, ille fecit mihi magna, qui solus operatur oĩa, qui solus potens est in omnibus, cuius ob id solius nomẽ quoq; est, ipsi soli gloria, qui solus facit, sanctum uidelicet, quod nulli liceat attingere & sibi usurpare: qui enim opus suum nõ esse intelligit, qua temeritate nomen sibi de opere alieno uendicet? Ille ergo sanctificat nomen domini uere, qui ab ipso usurpando sibi temperat. Hoc facit, qui opus omne bonum agnoscit nihil prorsus ad se pertinere, sed ad solum deum: ut sit iuxta psal. Sãctus quoq; in operibus suis. Ecce hoc est præceptum secũdum: Non assumes nomen domini dei tui in uanum. Hoc oramus, dicentes: Sanctificetur nomen tuum, hoc est, quod psal.cx.dicit: Sanctum & terribile nomen domini.

Gloriatio beatissimæ uirginis Mariæ.

Sanctificare nomẽ domini.

At impij isti iustitiarij, temere irruentes, nomen domini sine fine polluunt, dum sibi iusticiam, uirtutem, sapiẽtiam tribuunt, & in his nomen suũ libenter audiunt. Ex quibus illud sequitur, q̃ quo pluribus donis dei quispiam est adornatus, eo periculosius uiuit, nec sit ulli hominum tam necessarius timor dei, ne polluat nomen eius, & sibi tribuat quicq̃ de his quæ dei sunt, aut tributum ab alijs patienter ferat. Hæc est illa tentatio a dextris, ubi cadunt decem milia: Sagitta, scilicet uolans in die, & dæmonium meridianum. Propter quam solam cautam, sanctus Gregorius audet in multis locis asserere, omnium sanctorum bona opera esse immunda, q̃ uidelicet a nomine domini satis abstinere nequeant, nectam sanctum ac terribile habeant, q̃ haberi debeat, nisi plene mortificata sit naturæ passio, quod in hac uita non perficitur. Quotus quisq̃ enim est, qui ad nomẽ & laudem sui terretur & expauescit, tanq̃ a re dei sacratissima, quã terror sit attingere? Quin suauiter ridemus, ac sicut porci patiẽter sustinemus confrictionem eiusmodi laudis.

Periculosius uiuit pluribus donis dei adornatus.

Sãctorum operamunda.

Sed ubi illi parebunt, q̃ uelut Gigãtes, monte monti imposito & turri Babylonis extructa, cõtra dominum, & nomen eius belligerãtes immensa libidine laudis & famæ insaniunt, ut dño tam opus q̃ nomen penitus auferant, sibiq̃ solis uendicent: Interim aliud nõ garrientes, q̃: Sanctificetur nomen tuum: Soli deo gloria: Deo gratias: In noĩe domini, Amen. Et sic similibus fucis & stibio oculos lezabelis suæ tingentes, pingẽtes, fingentes. Adeo, scilicet mundus refertus est rapina æqualitatis diuinæ, prophanatione nominis dei, pollutione gloriæ dei, & non est qui intelligat, adeo ut pro nomine dei, cõtra nomen dei horribiliter etiam pugnent & implacabiliter dissentiant.

Dominatio, amplitudo, sanctitas, summus, maximus, diaboli filij.

Calices, pallas, lintea Ecclesiarum & altarium, quanta est religio tangi a laicis, q& uidelicet sint consecrata in nomine domini? At ipsum nomen domini quo omnia consecrãtur, nemo fœdius polluit & cõspurcat, fœdissimi, scilicet, affectus gloriæ contactu, q̃ illi ipsi execrati consecratores, reprobi iustitiarij, uaniſſimi iactatores operum & uerborum suorum. Igitur ille uenerabiliter dirigit nomen domini, q̃ pia reuerentia trepidat a laude & nomine bono, tanq̃ ab unguento illo abstinens, quod Exodi.xxx. præcipitur sanctum haberi, nec similem eius compositionem fieri, nec carnem hominis ungi ex eo, sed solum

Qui polluant nomẽ domini.

tabernaculum & uasa eius &c. Qui enim sic nomẽ domini colit & sanctificat, rursum sanctificabitur ab eo. Iuxta illud psalmi. xvij. Cum sancto sanctus eris, Non solum autem ita reueretur nomen domini, ne tangat, ne usurpet, ne ungat se illo, sed cupit omnibus idem nomẽ hoc modo sanctum & terribile fieri, atq; ut hoc fiat, nihil omittit siue faciendo, siue patiendo. Sic sanctũ Thomam Aquinatem legimus, quoties sui laudẽ audiret, se sub uestę sua cruce signasse. *Sũma dictorũ* optima certe & pia reuerẽtiæ cõsuetudo. Summa omnium, ea quæ dicta sunt, uulgo dicũtur in hunc modum: ne quis in prosperis eleuetur. Breue & facile uerbum dictu, sed obscurissimum & ꝑfundissimum intellectu, nec nisi expertis cognitum. Sicut psalmus. cx. dicit: Sanctum & terribile est nomen eius: initium sapiẽtiæ timor domini. Intellectus bonus omnibus facientibus eum; laudatio eius manet in seculum seculi.

Intelligere timorem dei. Qui uero timorem domini non intelligunt, nisi eam qui a crassis peccatis & uoluptatibus metu penæ absterret, nihil intelligunt, nec unq; discent gloriari in dño: cum timor domini is sit, q̃ timemus ne quicq; eorum quæ domini sunt, id est, uirtutem, & nomen nobis arrogemus, & arrogantes polluamus, non secus atq; res sacras tangere ueremur ne polluamus. In q̃ timore sic proficiendum est, ut non solum temporalia, sed & spiritualia bona nõ usurpemus *Notatu digna* nobis, nec in is quicq; nostrum esse sciamus, nisi usum ipsum necessarium ꝑ nobis & ꝓximis solius largitate dñi nobis concessum, pia reuerentia possidendum, & in ipsum cum fideli gratitudine referẽdum. Qui tales sunt, eorum laudatio manet inæternum laudatio eorum: Scilicet, q̃ non seipsis nec ullis hominibus laudantibus gloriãtur. Sed iuxta Paulum. j. Cor. iiij. A deo solo uolunt laudari: Tunc, inqt, erit unicuiq; laus a deo. Et psal. xxxiij. In dño laudabitur *A deo laudantur* anima mea. Et rursum. ij. Cor. x. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem deus commẽdat, hos autem solos, deus laudat & commendat, qui laudem quamcunq; abs se in ipsum retulerunt: nec uoluerunt uideri opera sua, nisi ut glorificetur pater eorum in cœlis, cuius nomen dilexerunt. Quare rursus ipse laudat & glorificat sicut dicit. j Reg. ij. Qui honorificauerit me, glorificabo eum. Et qui contemnunt me, erunt ignobiles.

Arduissimum autem est, sed necessarium, a solo deo expectare laudem & nomen, amissis interim omnium omnibus nominibus, & si quæ contigerint, uelut non contigerint in deum relatis, nec nisi pro aliorum salute cum timore toleratis potiusq; possessis. Hoc nimirum est seruire domino in timore & exultare ei cum tremore: Nec desperare tentatum, nec præsumere consolatum: ut iam sæpe diximus.

Quoniam tu benedices iusto domine: ut scuto bonæ uoluntatis tuæ coronasti nos.

Hieronymus sic: Quoniam tu benedices iusto domine, ut scuto placabilitatis coronabis eum. Pronomen Tuæ, omittit, & pronomem Eum, aptius est q̃ Nos, refert enĩ iustum. Videtur etiã mihi genitiuus in ablatiuum rectius mutari, ut scuto, placabilitate coronasti eũ. Verũ maior uis in distinctione sita est: Nostra enim translatio incipit ultimum uersum a uocatiuo, Domine, quibus hæreis est finis medij uersus. Habet uero hic uersus, paulo aliis uerbis eandem sensum, quem ultimus uersus psal. iij. Domini est salus, & super populum tuum benedictio tua. Vnde sicut illic Epitasis & Emphasis in ꝓnomine, Tua, & genitiuo

genitiuo Domini: Ita hic in ꝓnomine, Tu, & uocatiuo, Domine, obſeruãda. Cuius intellectus pẽdet ex antitheſi utriuſcꝫ generationis, piæ & impiæ. Impi am benedicunt homines, & maledicunt piam: At piam, Tu benedices dñe, ſicut ſupra pſal. iij. uerſu ultimo expoſitum eſt latius.

Reddit autem rationem uerſus præcedẽtis, in quo dictum eſt, lætari omnes ſperantes in deum, tempore aduerſitatis, exultare, & curæ eſſe deo: In proſpe ris uero gloriati in dño, omnes qui diligunt nomen eius. Quod ideo faciunt, quia ſciunt te unum eſſe, q̃ iuſto benedicat. Qua ſcientia eruditi, contemnunt benedictiones & maledictiones hominum, qui eos tantum benedicunt, qui ſuum proprium nomen diligunt, eos uero qui ſolius domini nomẽ diligunt, id eſt, iuſtos ſemper maledicunt. Quare non otioſe addit, iuſto, manifeſte ad uerſarios impios indicans, quibus nõ deus, ſed homines benedicunt contraria benedictione. Vbi iterum in ſpiritu loquẽtis Prophetæ uerba obſeruãda ſunt, q̃ ſicut ſuperius appellauit eos operarios iniquitatis, malignos, impios, qui ni hil minus cꝫ hanc ſpeciem malam coram hominibus & in oculis ſuis habent, ſed habent ſpeciem pietatis, uirtutem eius abnegantes: Ita iuſtos appellat eos, qui in ſpiritu tales ſunt, nihil minus hominibus cꝫ iuſticiæ nomine digni uiſi, ut quos oportet eſſe ſtultos, malos, inſanos corã ſpecioſis illis ſanctis, qui ſua rum benedictione uirtutum ſibi ſecuri ſunt. Qui morbus ſeu potius impetus impietatis in Eccleſia hodie uſcꝫ ad deſperationem remedij prævaluit. Adeo quicquid magnatibus uiſum eſt, abunde inuenit benedictores ſuos, tancꝫ deo ipſi ſimul uiſum acplacitum. Contra quod ſi mutias aut dubites, neceſſe ſit te mox hæreticum, & filium diaboli, filium perditionis ſine timore pronunciari. Sic hodie patitur nomen ſanctum & terribile dei: Sic proſtituitur inſaniſſimis cupiditatibus hominum, ſic ſeruit immaniſſimæ tyrannidi Turcorum Eccle ſiaſticorum peſſimorum, factum prorſus operculum omnium nequitiarum, omniumcꝫ malorum. Ita ut nihil horribilius uideri poſſit ſi oculos ſpiritus ape rias, cꝫ q̃ nomini dei tribuuntur, non niſi ſumma, infinita, diabolica opera: rurſum diabolico nomini, non niſi optima & Chriſtianiſſima opera. Necꝫ enĩ hodie licet, ſi cui tetrimo facinori, quiſpiam adulator Magnatum præfixerit nomen domini, & autoritate dei, Chriſti, & Apoſtolorum, diaboli ſui ſtudia adduxerit, reſiſtere & reprobare: Sed niſi hæreticus exuri uelis, hunc Saranam & Antichriſtum propter nomen Chriſti prætextum oportet adorare & pro di uinis operibus celebrare. Contra, ſi quid moliatur deus monſtris illis contra rium in nomine domini, prorſus nõ licet huic fauere, conſentire, aſſiſtere: Sed diaboli autoritate & noĩe iſta geri oportet credere, & dicere. Quid enim aliud mereretur furẽs noſtra in Chriſtum ingratitudo, cꝫ ut in ſenſum reprobum tra diti, peccato blaſpemiæ in ſpiritum ſanctum hic & illic irremiſſibili, ſine fine, ſine timore permittamur peccare, deum ſub noĩe diaboli damnantes, & diabo lum ſub nomine Chriſti adorãtes? Iuſtus es domine, & rectũ iudicium tuum. Si enim gentes, q̃cognito deo gratias non egerunt, ſic tradidit deus in ſenſum peruerſum, ut mõſtra illa quæ Ro. j. Apoſtolus recenſet, patrarent. Si Iudæos ita percuſſit q̃ Chriſtum non ſuſceperunt, quãto malo nos eramus digniſſime feriendi, qui ſuſceptum & nomen eius profeſſi, tanta malitia ſubuerſi, nomen eius illudimus & cõſpurcamus? At hæc quantæ putamus eſſe cruci ijs qui di ligunt nomen domini? cꝫ horrendũ uiuere in hoc tempore & nominis diuini has intolerabiles contumelias audire & uidere?

Morbus in Eccleſia deſperatus.

Turci Eccleſiaſtici.

Commutatio nominum dei & diaboli.

Quibuſdã bullis Antichriſtum adorare compellimur.

Diſcamus

Aduersantia iudicia dei & hominum.

Discamus itaque nos interim, & ob oculos ponamus aduersantia illa iudicia dei & hominum, ne erremus cum insipientibus, neue consilium det ignorantes, deficiamus. Stat firma sententia: Qui uolet iustus fieri, peccatori at necesse est: qui uolet sanus, bonus, rectus, denicp deiformis, Christianus, Catholicusqp fieri, insanus, malus, peruersus, denique diabolicus, hæreticus, infidelis, Turca fiat, & ut Paulus dixit: Qui uult inter uos esse sapiens, stultus fiat, ut sit sapiens. Stat incp hæc sententia firma, quia sic est uoluntas incito, qp per stultitiam sapientes, per malitiam bonos, per peccatum iustos, per peruersitatem rectos, per insaniam sanos, per hæresim Catholicos, per diabolicam formam deiformes facere proposuit. Quæris quo modo? cito & breuiter dicetur: Talis non poteris fieri in deo, qualis uis, nisi talis prius fias, in teipso & hominibus qualem ipse uult: Vult autem te fieri in teipso & hominibus hoc quod uere es, id est, peccator, malus, insanus, peruersus, diabolicus, &c. Hæc nomina tua, hæc res tua, hæc ueritas ipsa, hæc humilitas est, quæ ubi facta fuerint, iam talis es coram deo, qualis tu uolebas, id est, sanctus, bonus, uerax, rectus, pius, &c. Hac ratione alius tibi & hominibus, alius soli deo eris. Quid ergo miraris? quid turbaris si uel tibi uel hominibus displiceas? quibus nisi displiceas deo placere non possis. Si adhuc hominibus placerem (inquit Paulus Galathas. j.) seruus Christi non essem. Sed id nos fallit, qp homines esse non arbitramur duces Israel, & eos qui horum studio insaniunt, quasi ignoremus sub nomine Christi, etiam Apostolis ipsis fuisse insidiatum a Pseudoapostolis, adeo secure nos falli delectat, nomine beatorum Apostolorum & Apostolicorum, modo liceat eis placere. Vt impleatur illud psalmi. xiij. Deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam deus spreuit eos. Et Isaiæ. iij. Populo meus qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & uiam gressuum tuorum dissipant. Obsecro qp robusta & liberа hæc diffinitio: decipiuntur omnes qui laudantur, laudatores sunt decepторes? Quis non expauescat laudari? quis non optet uituperari? Illi ne solite cte ducunt, ac docent, qui nostra arguunt & miseros nos dicunt? uere ita habet. Nam & Apocalipsi. iij. Genio Laodiciæ dicitur: Dicis quia diues sum & locupletatus, & nullius egeo: Et nescis, quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & nudus, & cæcus.

Nota bene religiosissimam doctrinam.

Fallitur Christianus populus.

Hominibus nō placendū.

Istis autem sic habentibus, diligentissime cauendum est cuicp Christiano, ne turbam turbæqp secutus iudicium, eum contemnat, uel laudet, qui hominibus uel laudatus uel uituperatus habetur, periculum est enim hic ne incurratur in dominum gloriæ, q cum sceleratis reputari uoluit, & cum sic reputatis manet uscp ad consummationem seculi. Quia peccatores coram hominibus ipse iustificat, & sanctos seculi damnat. In illis enim, amisso eorum nomine habitat nomen dei sanctum & terribile, quo sanctificātur. In his, ejecto nomine dei, inest nomen hominum prophanum & abominabile, quo polluuntur. Eadem ratione, nec teipsum licet contemnere, ac de te desperare, eo minus, quo miserior in teipso fueris. Nam dum nullum peccatorem licet iudicare ac damnare, nec de eo desperare: nec teipsum licet iudicare ac damnare, siue tibi siue hominibus factus fueris peccator: non aliter neque licet tibi te laudare ac iustificare, nec de te præsumere, siue tibi siue hominibus aliquid esse uideberis, sed de solo deo gloriari, & in nomine eius delectari, quod bonum est in conspectu sanctorum suorum.

Nō licet seipsum damare.

Credo

Credo autem satis notam Synecdochen figuram, ꝙ iusto singulari numero pronomis plurali dicitur, seu pro generali sentētia distribuendo: Benedices iusto, id est, quicūꝙ fuerit iustus. Deinde benedicere usu scripturæ esse idē quod laudare, glorificare, bona optare, bene precari. Contra maledicere, uituperare, malum optare: Quod si a deo fiat, res est & factum; quia ipse dixit & facta sunt, si ab hominibus nihil sequitur. *Ex hoīm siue benedictionibus siue maledictionibus nihil sequitur*

Iustus uero ex multis iam dictis psal. j. in spiritu & abscondito dicitur, qui non in suis nec hominum, sed dei oculis iustus est. Hic est qui credit & fidit in deo, de quo recte dixeris: Iustus est peccator, sed diuerso theatro & conspectu, ut diximus.

Vescuto placabilitatis coronasti eum, hoc est circundedisti eum: Iuxta illud psal. cxxiij. Dominus in circuitu populi sui. Et. xxxiij. Immittet angelus domini in circuitu timentium eum. & Deutr. xxxij. Circunduxit eum & custodiuit sicut pupillā oculi. Verū & hoc insensibiliter agitur, in spū, cum sensibiliter sentias illud psalmi. cxvij. Circundantes circundederunt me, sicut apes &c. Quare fide apprehendenda est placabilitas, bona uoluntas, beneuolētia ista dei, ne deficiamus, cingēte nos in modum coronæ Saule nostro. j. Reg. xxiij. Ita uidemus uariam dei in nos consolationem, sed in spiritu, ut puocet nos ad fiduciam sui, sicut Deutr. xxxij. Quasi aquila puouocans ad uolandum pullos suos, & super eos uolitans: Sic enim ascendit super Cherubin & uolat, uolat super pennas uentorum. psalmo. xvij.

Atꝙ hæc uerbosissime (nec tamen satis digne) de his affectibus, fidei, spei, charitatis, gaudij dicta sunt, ad quæ cū deinceps occurrerint, remittemus, ut semel prolixitate absoluta, post hæc breuiores simus. Sitꝙ, cum hoc quinto psalmo finito, hic primi stadij modus, ut recreati paruula quiete, ad sextum alacriores ueniamus.

Et quoniam usum est hoc loco paulum subsistere, propter nonnullorum usum, adiiciemus coronidis uice, duos uersus per ecclesiam cantatissimos in fine psalmorum. Gloria patri & filio &c. quando ipsi penitus affines sunt, ultimis duobus huius psalmi uersibus, in quibus nomen domini glorificandum & diligendum doctum est.

Gloria patri & filio & spiritui sancto. Sicut erat in principio & nūc & semper, & in secula seculorum Amen.

In uersibus religiosissimis erigendus est affectus, ut quod psallitur uoce, psallatur & mente & spiritu. In quibus summa omnium orationum & affectuum comprehenditur, non secus atꝙ in prima dominicæ orationis parte (Sanctificetur nomen tuum) omnes sequentes. Et in primo decalogi præcepto omnia sequentia. Ita ut sicut primū præceptū metrum & mensura est omniū aliorū, & prima oratio omniū orationū: Ita huius uersus affectus primus & summus est est oim affectuū. Necꝙ eīm quicꝙ orari debet, quod nō primū in gloriā maiestatis referat, ut sanctificet nomē eius: Nec quicꝙ fieri in opere, in quo nō primū quærantur, ea quæ dei sunt, ut ne habeat deus alienus. Ita nullius affectu debemus impensius moueri ēꝙ gloriæ dei. Denicꝙ hoc uersu, si spiritu & mente psallemus, breui compendio absoluemus, totam illam sacrificiorū ueteris testamēti turbam. Quid enim aliud erat, deo offerre pecudes mortificatas, nisi nos carnales hoīes peccato mortuos offerri deo, uiuentes iustitiæ in laudem & gloriā gratiæ suæꝙ *impēsissimus affectus noster sit in gloriā dei.*

gratiæ suæ: sicut Osee ult. dicit: Tunc reddemus uitulos labiorum nostrorum. Et psal. l. Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, tunc imponent super altare tuum uitulos. Et heb. per ipsum ergo offeramus hostiam laudis, id est fructum labiorum confitentium nomini eius. Nec aliud est noui testamenti sacrificium, q̄ huius uersus. Ita ut & altaris sacramentum appellet Eucharistia, id est, gratiarumactio, q̄ in eo officio huius uersus uim & affectum proprie persolua-

Eucharistia, id est, gratiarumactio.

mus. Non enim satis est cōmunicare corpori dominico, nisi in memoriā eius id faciamus sicut præcepit. At q̄ multi sunt qui hunc uersum quotidie murmurant, tam pauci sunt, qui id quod significat adimplent. Quare necesse est nobis quenq; seipsum obseruare & admonere huius uersus monitorio & inuitatorio quidnam deo debeat.

Qualiter formandus affectus, in orādo hos uersus.

Igitur tribus personis dicimus, non gloriæ, sed gloria, q̄ æqualis sit gloria eademq; unius & trini dei, sicut una maiestas & diuinitas, in quo dei uerum nomen sanctum reuelatum confitemur. Vbi fides summa necessaria est, quæ & hoc uersu exercenda proponitur, incōprehensibilia sunt enim quæ loquimur & summa nostræ fidei capita. Verum ut ad usitata nos accōmodemus, placet interim: q̄ Patri potentia & uirtus, Filio sapiētia & consilium, Spiritui sancto bonitas & charitas tribuatur, atq̄ his notionibus apprehendantur. Vt qui psallit gloriam patri, suam simul offerat uanissimam gloriam, confessus suam infirmitatem & impotentiam, nec optet fortis & potens esse nisi in deo patre; dum

Mactare bestias.

psallit gloriam filio, abominetur suam sapientiam & consilium, mactatisq; his bestijs, offerat, confessus suam insipientiā & stultitiam, nec optet sapiens, prudensq; haberi, nec apud se, nec apud homines, nisi in deo suo filio: dum psallit gloriā spiritui sancto, ponat fiduciā iustitiæ & bonitatis suæ, peccata confessus, optetq; ex deo spiritu sancto iustus & bonus fieri, macteturq; opinionem bestialem suæ iustitiæ. Ita fit, ut omnia deo, nobis nihil relinquamus, nisi confusionē & confessionē malorū, & nihili & miseriæ, nostrorū: Ita iustificati sumus, reddentes unicuiq; quod suum est.

Verum nullus ita sapiat, ut sese credat digne posse hūc uersum psallere. Sed magis optatiue q̄ indicatiue psallat, ut sit simul oratio, laus, & grāmactio, cum nemo sine uana gloria, uirtutis, sapientiæ, bonitatis suæ sit, nec ullus reperiatur, qui non aliquid deo detrahat gloriæ, impureq; sacrificet hoc sacrificiū. Hoc aūtem sic orandum est, ut communis sit oratio, sicut olim & nūc & semp & in secula seculorum, hoc est, ut optet omnem creaturam ab initio usq; in æternum, secum glorificare deum, in quo pro omnibus & cum omnibus oratur, laudatur, glorificatur deus, quæ est oratio gratissima & efficacissima, quia communissima, in quo, id quod, in nobis deest, suppletur per communionē omnium sanctorum, & præcipue Christi: in qua uniuersitate, tutissimum est concinere, ubi uocis nostræ defectus, multitudine perfectorum, iuuatur, & perficitur. Vnde impossibile est hominem uanæ gloriæ deditum hūc uersum psallere, nisi uelut horribili ruditu totam hanc iucūdam harmoniam uniuersæ creaturæ confundat, quo sibijpsi malum in caput prouocat & accelerat. Nō enim tolerabilis est importuna ista dissonātia, dei melodiam interturbās. A qua perdita gloria nos liberet, ipse Christus gloria nostra in secula. AMEN.

Psalmus

PSALMVS SEXTVS.

Ad uictoriam in organis super octauam psalmus Dauid.

De uictoria & organis dictum est psalmo quarto. Octauæ uero mysticam significationē multi exquisitissime tractauerūt, quos suo sensu abundasse permutamus, & eos qui simpliciter citra mysteriū loquuntur, sequamur. Grammatica siue historica sententia arbitrantes octauam fuisse organum seu cytharam ogdochordam, siquidē psal. xxxiij. indicat psalterium decachordum. Vt sit sensus huic psalmum esse unum eorum, qui ad uictoriam canerentur in organis (de quibus supra psal. iiij. ex.). Paralip. xv. diximus) sed ita, ut proprio instrumento ogdochorda, scilicet cithara caneretur, ut octaua sit in titulo addita designandæ speciei gratia. Nec mihi cognitū est, ogdochorda, fuerit ne summa, media, aut infima cythararū. Psalterium decachordum apparet summū fuisse, ut quod in iucūdis & festiuis psalmis legamus celebrari. Certum est psalmos ad uictoriam, in citharis cani solitos, quas frequenter generali uocabulo organa uocant psalmorum tituli.

Ogdochorda cithara.

Non autem est dubitandum, ꝙ hæc omnia fuerint figuræ futurorū, & octo illas chordas non frustra fuisse, tum institutas, tum commendatas. Ego sane pro mea temeritate non tantum ad octauam resurrectionis futuræ diem cum illis curro, sed ad præsentis Ecclesiæ quoꝙ conditionē & affectum quendā singularem fidelium Christi, non ꝙ & tūc in ueteri testamento nō fuerit hæc cōditio, sed qđ non reuelabat. Quare uel animi causa pie meditemur ogdochordam cytharam fuisse summā & principem præ cæteris insignem: sicut psalteriū decachordum summum fuisse putamus, ideoꝙ eam hoc titulo, adiecto nomine octaua, insignitam. Dictum est autem in principio, psalterium & cytharam in hoc differre: ꝙ psalterium, quia cauitatē superno ligno habet, resonantiam deorsum reddit: Contra, cithara, inferno ligno caua ab imo sonat. Quibus rebus figurentur, duo illa sacramenta, mortis & resurrectionis Christi, in nobis mortificatio carnis, & uiuificatio spiritus. Vt citharæ cantus, aliud in ueritatis reuelatione non sit, qꝫ opus crucis, mortificatio membrorum, destructio corporis peccati, qua sursum ducitur a terrena sua sapientia, ut sapiat ea quæ sursum sunt, ubi Christus est. Psalterij uero cantus sit opus spiritus, iustificatio, sanctus, pax, & similia quæ fide & spe sursum ueniūt. Vnde & cytharæ proprie psalmis ad uictoriam, sicut dictum est, aptabant, ꝙ opus domini, id est, crux Christi, indigeat exhortatione quo ad finem usque perferatur & uictoriam perseuerantia obtineat.

Psalteriū & cithara differunt.

Cythara carnis mortificatio, Psalteriū est opus spūs.

Quando autem hoc psalmo, summa illa crucis & mortificationis, extremaꝙ linea mortis puto, & inferni describitur, non inepte ei summa cithara (id est) octaua adaptatur. Octonarius autem numerus & celebris & sacer est in sacris literis (ut Hieronymus recitat) ex octaua die circūcisionis, & octo animabus in arca Noe. Dauid quoꝙ octauus & nouissimus filius Iesse dicitur: & Zacharias Iohannis pater, octaua die recepit loquelam, & similia. Sunt autē octo numerus solidus, quadratus, pariter par, sex æqualibus lateribus, habēt. xxiiij. triangulos planos, & octo solidos, sicut tessera, quæ & ipsa quadrata figura in sacris literis usitata est, a Philosophis æquabilitati & stabilitati tributa. Porro senarius (quo & hic psalmus censetur) est primus numerus perfectus, ut significetur solida, stabilis, perfecta, absolutaꝙ ueteris hominis mortificatio huius

Octonarius numerus.

Senarij perfectio.

citharæ cantu, quæ reuera hoc psalmo describitur. Cur autem non & aliis pla-
mis eiusdem argumenti, idem titulus præfigatur, uolumus libenter (ut Augu-
stini uerbo dicã) nescire, quod noluit deus nos scire. Quare huius psalmi ma-
ba ei conueniẽt, qui super octauam canit, hoc est, qui extremis mortis & infer-
ni doloribus cruciatur. Quod & ipsa uerba ostendunt. unde, meo iudicio, hy-

Spes in medio malorũ materia huius psalmi.

psalmus facit, quod præcedẽs docuit. Diximus enim illic naturam & uim spei
in medio malorum, & peccatorum laborantis consistere. Cuius qui sint affe-
ctus, qui æstus, qui gemitus, quæ uerba, quæ consilia, hoc psalmo declarantur.
Proinde generalem putemus esse sententiam & doctrinam psalmi, quæ non
modo ipsi Christo, sed cuilibet Christiano hæc patiẽti competat. Quod si pur-
gatorij pœna est (ut mea fert opinio) pauor mortis & inferni horror, defectus fi-
næ & perfectæ charitatis, aptissime in persona defunctorum ab Ecclesia oran-
ut nec aptius quicq; possit. His autẽ qui hoc affectu laborant & eruditi, im-
placabile bellum est cum operarijs iniquitatis, qui operibus nisi & niti doce-
tes, huic mortificationi, pernicios issime resistunt. Non enim nostrũ hic, sed so-
lius dei opus agitur, quod sola spe fortissime patiente sustinetur, non aũt ope-
ribus hominũ, aut tollitur, aut consolatur, quin in hoc excessu positus uideat, q;
omnis homo sit mendax. Vnde & hic nõ persecutores, sed operarios iniquita-
tis, subdolos consolatores acerrime arguit, q; specie blanda, huic operi dei no-
xq; sunt: ut quorũ opinio non ferat hæc a deo fieri, semper desperationis & præ-
sumptionis, nunq; aũt spei, magistri & autores.

Nec putandum est uniuersos Christi fideles huius psalmi cruce uexari. Nõ
enim, omnes omnibus, & si omnes multis & uarijs tribulationibus probant:
sicut in Euangelio, nõ legimus nisi unam mulierculam Cananeam Syrophœ-
nissam, huius generis quadã passione exerceri: dum Christus, nec ad eius cla-
morem, nec ad discipulorum intercessionem audire eam uoluit, donec se ca-
tellis, non filijs, extrema, abnegatione comparari passa est. Cæteris, aut cæcis,
aut claudis, aut similibus crassis passionibus & malis, uexatis. Ita & hæc tenta-
tio eorũ proprie est, quorum magna est fides, &, quale de Dauid dicit, uirorũ
secundũ cor dei electorum. Discenda tamen est, ut si quo tempore nos illa ue-
lit deus probari, parati simus.

Atq; cur non, tẽtemus (quod a multis tentatũ est) pro uarietate passionũ co
gnoscenda, rationẽ ordinis quærere in psalmis præcedẽtibus? Siquidem uarij
psalmi sunt, non nisi uariarum passionum affectus, & consilia.

Ratio ordinis psalmorum præcedẽtium, & simul argumẽta eorum.

Primus itaq; absolutam imaginem pij uiri, seu populi, breuibus quidem &
generalibus, tum uerbis, tum sententijs proponere uidetur, ac prorsus talem,
qualem uarij psalmorum affectus ostendunt, scilicet spiritualem, qui non nisi
lege domini afficiatur, nec ulla, seu prosperitate, seu aduersitate mutetur. Rur-
sus contrariam impiorum imaginẽ. deinde utrorumq; finem, q; deus illos no-
uerit, hos non nouerit, ideo hos perituros, illos seruandos: ut rectissime idem
psalmus uice argumenti in uestibulo poni uideat, in quo quid toto psalterio
agatur, uideri liceat.

Secũdus aũt docet, caput & autorem pij populi Christum: Deinde locum &
regnum eius, ubi, & unde oriatur, & quousq; propagetur. Nempe ex Zion in
omnes terminos terræ, inuitis, scilicet & frustra renitentibus uniuersis aduer-
sarijs, tãdem modũ ac mores huius regni, qui sunt, seruire in timore & lætitia,
atq; paratos esse, fidere & sperare in eum tempore iracundiæ.

Tertio

Tertio, ipse rex & caput populi fidelis inducitur pro exemplo passionis & glorificationis, ne sit dux solo nomine, qui multa iubeat & exigat, nihil uero faciat, sed q populo, cui præfectus est, legitimo ducis & autoris officio præeat, ceteris in opere & sermone, incipiens facere & docere.

Quarto iam populus ducem sequens per passiones, primo corporales & uiciores inducitur, quibus exerceatur, contemptis rerum copijs & bonis humanis uitæ (quæ, abundantia uini & frumenti significat) ad spem, in qua dormiat in pace. Atque hic crucis primus & infimus est gradus, pro incipientibus & mollioribus descriptus.

Quinto, temporalibus passionibus firmatus, obijcitur spiritualibus pericu-losioribus tentationibus bellisq uerbi. Vbi, cum cogitationibus Satanæ, hæreticis, scilicet, peruersisq opinionibus, aduersus purā fidem & spem pugnantibus, atq adeo cum ipsa spiritualissima belua superbia, ex ipsis bonis nata, qua angelus e cœlo cecidit, pugnet. Ideo hic uehementioribus & auctioribus affectibus res agitur. Hic solius cordis patiuntur uires & spiritus discrutiatur pro ueritate & synceritate fidei: Qualem in Paulo aduersus Iudæos & pseudoapostolos fuisse uidemus affectum.

Hoc sexto tandem extremo & perfecto agone, cum morte & inferno certatur, q̄d certaminis genus, nō cum hominibus, neq̄ super temporalibus, neq̄ spiritualibus geritur, sed intus in spiritu, imo extra & supra spiritum in exstasi illa suprema, ubi nemo audit, uidet, sentit, nisi spiritus, q̄ gemitibus inenarrabilibus postulat p̄ sanctis, ac cum ipso quodammodo deo certat, neq̄ nomen potest huic dari, nec nisi experto cognita fieri. De qua iam uideamus.

DOMINE ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.

Quæsitum est, an aliud ira q̄ furor, aliud arguere q̄ corripere sit. Et notū est aliis quoq; locis, argui & castigari simul cōponi, ut Apost. iij. Ego quos amo, arguo, & castigo: ut hic sit ultimum corripias, id quod castiges siue disciplines. Qui uolet tautologiam esse, abūdet suo sensu. Nos interim sic distinguamus: q̄ argui sit reprehendi: corripi, sit reprehēsum percuti. Quæ ex usu hominum accipimus, ubi reus, primum accusatur & reprehenditᵉ, deinde sententia data, plectitur. Sic & pueri ubi peccauerint, primum arguuntur, deinde uerberātur. Reprehēsio autem ista cordis in spiritu, est pauor ille & horror conscientiæ a facie iudicij dei. Qua Christus pro nobis laborauit in horto: sicut de eo Isa. lij. prædixerat: Laborauit anima eius, & cum ipse cœpisset tedere & pauere, ait: Tristis est anima mea, usq; ad mortem. Hic enim, omni fiducia exuta, non nisi horribiliter rea sibi inuenit anima, & sola coram æterno, iratoq; dei tribunali constituta. De quo Iob. ix. Si repente interroget, quis respondebit eiᶜ obmutescit enim, non secus atq; ille conuiua Euāgelicus Matt. xxij. qui de ueste nuptiali interrogatus, obmutuit. Tum illud q̄d ibidem sequitur: Ligatis illi manibus & pedibus, p̄scite in tenebras exteriores: exprimit, quod hic dicit, in ira corripi. Reprehensa enim conscientia & conuicta, mox nō sentit aliud q̄ æternam sibi intentari dānationē. Nec est ullus q̄ hunc affectū (q̄n nec inferiores) summum intelligat, nisi q̄ gustauerit: Ideoq; nec digne possumus eū tractare. Passus est eum præ cæteris Iob, & quidē crebro. Inde Dauid, & Ezechias rex. Isa. xxxviij. & pauci alij. Denicq; Theologus ille germanicus, Ioan. Taulerus, non raro

Argui & corripi differūt.

Io. Taulerus germ. Theol.

non raro eius meminit in suis sermonibus. Hæc mihi uidetur tentatio illa, qua Christus prædixit Lucæ. xxj. Vbi inter cætera nouissimi temporis mala, terrores etiam numerat de cœlo, quibus fiet ut arescant homines, præ timore & expectatione, quæ superuenient uniuerso orbi, ut periculosissimo & pessimo tempore pessima quoq; & periculosissima regnet tribulatio. Sed & iam nobis mus multos talia passos & ignaros consilij, uersos esse ad insaniam, aut saltem due tabescere, tristari, & consummi. Hac quidam patrum in eremo laborarunt. Timor dei (inquit) etiam ossa consummit.

Nemo hic nobis ogganniat, nec crasso cerebro suo præsumat se meditum di stinctorem prestare inter seruilem timorem & charitatem. Non capitur hoc opus dei, ulla intelligẽtiæ magnitudine, tenebræ super faciem abyssi hic sunt, simul sunt seruilissimus timor & fuga pœnarum, & ardẽtissima charitas. Sicut Christus psal. cxlj. Perijt fuga a me, & nõ est qui requrat animam meam. Later charitas incomprehẽsibili profunditate, apparet seruilis timor intolerabilitas. Spiritus fertur sup aquas, & gemitus inenarrabilis solus est reliquus. Denique quid faciat hæc tribulatio, ex indicijs colligitur, quæ psal. denumerat.

Primo, deprecatur iram & furorem dei, quod non faceret, nisi sensisset iram & furorem eius, nõ enim recusat argui, & castigari, sed hoc fieri petit in misericordia. Sicut psal. xxv. Proba me dñe, & tenta me, ure renes meos, & cor meũ. Et psal. cxxxviij. Proba me dñe, & scito cor meum, interroga me, & cognosce semitas meas. Vnde hoc uersu manifeste duplicem uirgam dei docet, aliam misericordiæ, aliam iræ. Sic Hieremiæ. v. Corripe me domine, uerumtamen in iudicio, & non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me. Et Iob, vij. Quare me posuisti cõtrarium tibi? Quid est homo, qd magnificas eum? aut quid apponis erga eum, cor tuum? Ista tribulatio in scripturis uocatur etiam dies uisitationis, & inspectiõis, q solo aspectu suo intolerabili deus discrutiet impios. Sicut Abacuk. xiij. Aspexit, & dissoluit gentes, & contriti sunt montes seculi. Sic Exodi. xiij. Respexisse legitur solum super castra Aegyptiorum, & mox secutum patrorem, fugamq; Aegyptiorũ. Denicq; hæc est dies illa extremi iudicij æternaliter duratura, quã nemo tegere, nemo fugere potest, nisi misericordiam dei spe apprehendat, in Christo Iesu domino nostro.

Virga duplex dei, misericordiæ, & iræ.

Inspectio dei sola, discruti atus impij.

Docet aũt nos psalmus, si quis hoc malo angustiatus fuerit, nõ nisi ad ipm cõfugiat dominum iratum. Verum hoc arduissimum & laboriosissimum est, atq; omnino est sperare cõtra spem, planeq; cõtra impossibilia niti, quantum sentit affectus, ubi agitur pugna illa miserrima, quam rex Ezechias de seipso recitat, Isa. xxxviij. Domine (inquit) uim patior, responde p me. Rursus mox uelut repulsam sentiẽs, subiungit: Quid dicam? aut quid respondebit mihi, cũ ipse fecerit? Quasi diceret illud Iob. ix. Et cum inuocãtem me exaudierit, non credo, q audierit uocem meam. Adeo scilicet hic uariant, spes & desperatio ut cissim, ut si etiam exaudiantur inuocantes a deo, tamen id non sentiunt, ut ne uocem quidem eorum, auditam putent. Quare & hic psalmus dum dicit, in furore tuo, utiq; cõfitetur, ab ipso deo fieri quæ patitur, ut possit dicere: Quid dicam? quid respondebit pro me? nunquid exaudiet? nunquid prodest, si orem quando certus sum, q ipsemet hæc facit? Quare, qui in leuioribus tentationibus, non didicerunt confugere ad percutientem se (id est, ad deum) sicut in Prophetis locupletissime scribitur esse faciendum, cum ipse omnia faciat: quo modo in hac maxima pressura, ad eum confugient, ubi maxime sentitur deus ipsemet facere? Proinde aliæ omnes tentationes sunt huius perfectissimæ, uelut rudimenta & præludia, in quibus assuescamus, ad deum contra deum confugere.

Ad deũ cõtra deũ fugere.

fugere. Atq; ex hoc loco, sumpta mihi sunt, quæ de pœnis animarum in purgatorio aliquando disputaui, q; purgatorium mihi uideretur esse, uelut quædam prope desperatio, & prope infernus, a quibus animæ neque modis suffragijs, neq; indulgentijs possint redimi, nisi oratione Ecclesiæ, siue his purgentur ac perficiantur in charitate, siue satisfaciant pro peccatis, quod ego nescio. Nam neq; uiuentem talia patientem possint ullæ indulgentiæ iuuare, sed sola spes, & intercessio fidelium.

Manus dei ferenda, non abea elabẽdum.

Hoc aũt sciendum, q; talia passis, huius psalmi doctrina diligentissime seruãda est, ut non euagentur, non querulentur, nõ quærant solatia hominum, sed apud sese consistant, manum dei ferant, & cum Propheta nusq; conuertantur, nisi ad dominũ, dicentes: Domine ne in furore tuo arguas me. Qua prudentia nisi præstent (ut uolunt huius rei mystæ) summo suo damno, e manu dei mendentis & purgantis elabuntur, dum ad consolatiunculam creaturulæ confugiunt: Non secus atq; si lutum, e manu figuli, interformãdum elabatur, peiusq; collidatur, donec penitus inutile fiat, aut proijci mereaẽ tanq; reprobum. Hoc Tren. iij. Hieremias pulchre & late docet inter cætera, dicens: Pars mea dominus, dixit anima mea, propterea expectabo eum. Bonus dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum, bonum est præstolari cum silẽtio salutare dei. Bonum uiro cum portauerit iugum ab adolescentia sua, sedebit solitarius & tacebit, quoniam leuabit se super se, ponet in puluere os suum, si forte sit spes, id est, abscondet faciem suam, & conuersationem subtrahet, quasi sepultus in puluere cum mortuis. Quo affectu & illud psal. cxlij. dicitur: Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi, & anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum. In hoc silentio & hac solitudine, perficitur hæc purgatio. Sicut & psal. lxiiij. Cor meum conturbatum est in me, & formido mortis cecidit super me. Timor & tremor uenerunt super me, & contexerunt me tenebræ, & dixi: Quis dabit mihi pẽnas, & uolabo, & requiescam? Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Expectaui eum qui me saluum fecit a pusillanimitate spiritus & tempestate: quod hebræis a commotiõe spiritus & turbinis dicitur: tamen idem est in sensu.

Miserere mei domine, quoniam infirmus sum, sana me domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Secundo, imbecillem se confitetur, scilicet destitutum uiribus, ut quæ ferre nequeant insustentabilem illam reprehẽsionem & correptionem iræ dei. q.d. Terror iræ tuæ uiolẽtior est, q; ut ferre possim, & nisi gratiam uirtutis tuæ præbeas, desperatus funditus pereo. Sic Iob. xj. Deus cuius iræ nemo resistere potest, sub quo curuãtur, qui portant orbem. Et Moses psalmo. lxxxix. Quis nouit potestatem (id est, uim & impetum) iræ tuæ, & præ timore tuo, iram tuam? Et affectus magnitudinem ostẽdit toties repetitum nomen domini: Miserere domine, sana domine, usquequo domine. Ita enim faciũt & ij, qui leuioribus tentationibus præmuntur, ut adiutorium & nomen dei iterent corde & ore. Volunt autem uerbum, Miserere, ꝓprie significare hoc loco, nõ remissionem peccatorum (quod uerbo clementiæ aliquoties significatur, seu miseratoris, ut psal. ex. Misericors & miserator) sed gratiã, seu, uirtutem q; roboratur anima, ut apte concinat nomini infirmus, seu, impotens sum: Impotentia enĩ uirtute iuuaẽ. Talis itaq; est huius tentationis natura, quæ ꝓprijssime istis uerbis describitur,

Miserere, sonat uirtutẽ.

scribitur, sed nō nisi experto cognoscitur (ut dixi.) Imbecilitatē autem spiritus, non carnis hac particula tangit, id est, ꝙ nec spes, nec charitas, immo nec fides satis sit ad ferendum, nisi roborentur.

Quid sit ossa conturbari.

Tertio, etiam ossa conturbata dicit, & ideo sanari petit. Quis uero intelliget quid sit ossa cōturbari? nō enim de corporali ossium turbatione logitur, ubi uel febre uel alia ægritudine turbantur. Atqꝫ hæc inexperientia, etiā illustribus patribus causa fuit, ut ossa intelligerēt uirtutes animæ quorū sentētia non dānat. Sed uirtutes animæ (siue sint uires, ut intellectus, uoluntas, ratio, memoria, siue milesqꝫ, siue uirtutes, uel infusæ, uel acqsitæ) dixi in priore parte uersus significatas sub infirmitate. Nam gratia ꝓprie (quam uerbo Miserere postulat) cor & uires eius stabilit cōtra infirmitatem illā spiritualem: in spiritu enī logitur. Quare ossa hoc loco debēt scd'm grammaticam propriē accipi, pro ossibus ipsis corporalibus in carne nostra, quæ ex infirmitate & turbatione ista spiritus, turbantur ut tremant, nulliusqꝫ uirtutis sint, denicqꝫ nec ossa iā sint, nec corpus ipsum ferre possint. Sic Isaiæ. xxxviij. Sicut leo cōtriuit omnia ossa mea, Nam, hoc est, qd' & in morientibus aliqñ uidemus: ubi tremūt quidā & horribiliter distendūtur præ angustia & agonia: Ibi enī deus operatur hāc tribulationem, ubi iam homo ad solatia humana currere non potest, cogiturqꝫ tum purgātis

Quatenus peccatum occidendum.

manum sustinere. Oportet enī hac rōne peccatum occidi, & a nobis separari, ut deum super oīa diligamus, & inæstimabili desiderio eius ardeamus, & affectiones istæ terrenæ, quas peccatum operatur, incomparabiliter minores hāt, ꝙ nunc sit hoc desiderium quærentis deum, id est, gratiam & misericordiam eius. Hoc est quod dicunt, oportere deum tantum, & plus diligi, ꝙ dileximus

Notabile.

creaturas, qd' qui ad mortem usqꝫ distulerint efficere, hanc magnam cogentur pati purgationem. Non autē diligitur deus, nec desiderat tam magno ardore, nisi tam magna premat homo tribulatione, quæ cogat clamore cordis ualido eum quærere & inuocare: Præsertim, si sit uitijs profunde immersus, & segnis fuit mortificator carnis suæ, tāto enim durior erit hæc mortificatio, quāto uiuatiorem reddiderint affectum, qui mortificandus est, multiplicatæ peccatorum operationes. Atqꝫ sperādum, ꝙ qui in uita has mortes & infernos tulerint, in morte mitiꝰ habituros. Absurda forte & inaudita hic loquor, præsertim ijs qui indulgentijs, aut literis, aut operibus sibi facilē præsumūt introitum ad deum. Ego uero, ut hanc meā sententiam demonstrare nō possum, si quis uerbis his prophetæ nō credit: Ita ego ꝓpter eos a uerbis prophetæ nō recedā. Vnusqꝫ in suo sensu abundet. Ego scio qd loquar, ipsi quoqꝫ uiderint, an sciāt, quid loquantur. Hoc certum est, neminē peruēturum ad dei misericordiam, nisi eam

Vehementer desideranda dei bonitas.

uehemētissime esuriat & sitiat, cum illo qui ait: Quēadmodū desiderat ceruus ad fontes aquarū, ita desiderat anima mea, ad te deus. Fuerunt mihi lachrymæ meæ, panes die ac nocte. Et illud: Sitiuit in te anima mea, in terra deserta inuia

Fastidiosis nō dabitur beatitudo.

& in aquosa, sic in sancto apparui tibi. Nemo speret saturam, aut fastidientem animā deo repleri, q esuriētes solūmodo implet bonis, quāto minus æternam uitam largietur fastidiosis, immo præ hac uita cōtemnentibus, sed ardētissime & ineffabili gemitu quærentibus, petentibus, pulsantibus. Quod quia in uita non faceremus, præsertim quieta, posuit nobis mortē, & uarias tribulationes, qbus pressi cogamur, quærere misericordiam & uitam, sicut Iob dicit: Vitam & misericordiā tribuisti mihi, & uisitatio tua custodiuit spiritum meum.

Certum est itaqꝫ, passis hāc tribulationē ossa corporis ita cōturbari, ut ossū officiū implere nō possint. Sicut ecōtra, uidemus, ubi cor fuerit exultabundū, & gaudio

& gaudio perfusum, ossa uelut roborari, ac ad saliendū, secumq; grauissimam, actiuidam carnem leuandam prompta fieri, nihilq; non posse portare. Ita ut gaudium sentiatur diffundi per ossa, uelut irrigatio quædam. Sicut Prouer. iij. dicit: Et erit irrigatio ossium tuorum. Quin & poeta dicit: Gelidus per ossa cucurrit tremor. Adeo affectiones animi in corpus redūdant. Recte ergo sana me domine dicit: quod etiam corpore tam æger sit, ut ossa non subsistant, tanta est uis ista tribulationis, nō permittens uel angulum in omnibus uiribus, quem non perturbet & conterat. Atq; hæc est summa purgatio peccati, pœnitentia, & satisfactio plenissima. *Summa purgatio peccati.*

Et anima mea turbata est ualde.

Quarto, animam turbatam queritur, hoc est, inferiorem partem, uitam, scilicet, sensitiuam. Nam turbato spiritu, & ossibus, nullus sensus, nō tristis quoq; redditur, ut iam nihil reliquum sit in spiritu, corpore, anima, quod nō sit amarissima tristitia, & pauore occupatum. Anima enī sentit mortis impetum, qui maxime sensum contristat, sicut spiritus, sentit infernum, qui est intolerabilis. Quod autem mortis & inferni sensus sit in hac turbatione, sequētia ostēdent. Interim sciēdum: q̄d positis in hac turbatiōe, nihil est in creatura tā iucūdum, quod uisum possit, uel pilo recreare, nihil tam dulce, q̄d aures mulcere, nullus gustandi, edendi, bibēdi, tangendi, olfaciēdi affectus, quin omnia amarissima sunt. Est uero mors undiq;, quicquid aspexerint, & senserint. Inter uitā & mortem miserrime distendūtur, mortem exhorrent, uitam nō habent. Notum autem esse cuiuis credo, quod anima & spiritus, usu scripturæ differunt: licet Philosophi, sua sectent. Nam ex Apostolo. ij. Thessa. ult. habemus ita: Ipse autem deus pacis, sanctificet uos per omnia, ut integer spiritus uester, & anima & corpus, sine querela, in aduentū domini nostri Iesu Christi seruetur. In quam rem multa Origenes & Hieronymus in uarijs locis. Per omnia dixit Apostolus, id est, ut seipsum exponit, per spiritum, per animam, per corpus. Sed & ex Euangelijs habemus: Ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, ex omnibus uiribus. De quibus nunc, non est locus plura dicendi. *Anima & spiritus differūt*

Et tu domine usquequo

Hic alig subintelligunt uerbum, scilicet usquequo nō eripis, nō emendas. Quos iuuat pnomen, Tu, Et tu dñe usquequo. Quo affectu & psal. xij. dicit: Usquequo dñe obliuiscēris me in finem? usquequo auertis faciem tuā a me? Quamdiu ponam cōsilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem? Vbi non solū petit maturari auxilium, sed etiā uelut impatiens moræ, queritur dilationis grauitatem, siquidem cū in omni affectu, timoris, amoris, spei, odij &c. sit dura & grauis mora, sicut Prouer. xiij. dicit: Spes quæ differtur, affligit animam: In hoc mortis & inferni affectu est oīum grauissima. Hic enī uerum est quod dicitur, longiorem esse unam horam in purgatorio, q̄ multos annos in hoc seculo. Breuiter nec fert humana natura hanc tribulationē durare, uel modico tempore, neq; totā capit, sed gustat solum stillas eius aliquot. Sic ediuerso dicitur de ijs qui cœlestem affectum rapti patiūtur, q̄ uix guttam percipiūt, cum uita ista, non ferat diuitias uoluptatis illius uitæ. Quod si prævaleat affectus uter, aut differatur, animam mox egredi putant, nisi miraculum subsit uirtutis dei. Quare his uerbis: Et tu dñe usquequo? insigni nota gemitum indicat illum ineffabilem intimi spiritus hæc patientis. *Hora una purgatorij, longior multis annis*

Conuertere domine & eripe animam meam, saluum me fac propter misericordiam tuam.

Iterum indicat hoc uersu, animam suam esse perditam, secꝫ damnatum (sua enim sentit in hora excessus huius) dū petit ut eripiatur, scilicet a morte urgente, & saluetur ab inferno iam aperto ore deglutiente. Sicut pro animabus legimus: Libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadāt in obscurum. Et psalmo. ix. dicit: Qui exaltas me, de portis mortis. Et Ezechias: Ego dixi (inquit) uadam ad portas inferi.

Eruditur spes hominis peccatoris.

Et pulchre uim spei ostendit, dum ante oculos suos non nisi misericordiam dei habet, dicens: Propter misericordiam tuam. q.d. Non propter merita mea, quæ cꝫ nulla sint, satis & nimio ꝓbat terror iste iræ tuæ, & conturbatio cordis ossium, & animæ meæ. ideo propter misericordiā tuam salua, ut stet tibi gloria & laus misericordiæ tuæ, in mea salute inæternū, quia & si ego sim indignus, qui eripiar & saluer, tu tñ dignus es, qui lauderis, glorificeris, ameris in secula: At laudari nō poteris, nec misericordia tua glorificatur, nisi sint quos eripias a morte, & salues ab inferno. Sic in oꝝone Manasses regis Iuda: Quia indignum saluabis me, scd'm magnam misericordiam tuam, & laudabo te semper, oībus diebus uitæ meæ, qm̄ te laudat omnis uirtus cœlorū. Ecce hac arte reddit deus misericordiam suam nobis commēdatissimam, dulcissimam, suspiratissimam: sicut dignum est eam (cum sit æterna & tantæ maiestatis) cōmendari, dum nobis intentat malum, quod meruimus. Quibus uero mala hæc nō intentat, sed sinit ire insensatos, quid mirū si uilis & fastidio sit misericordia dei, nauseentꝫ super hoc manna cœlestiꝰ Perit quoꝫ uniuersus hoc examine unoꝫ momento garritus eorum, q actibus cōgruis gratiam, & cōdignis gloriā sibi merētur, qui operibus iusticiæ suæ se ad iudiciū hoc dei intolerabile sustinēdum parant incredibili furore. Ideo acerrimo animo eos in fine adortus, apostrophe robustissima inuadit: Discedite (inquit) a me omnes operarij iniquitatis, ut uidebimus. Stat sententia: Saluum me fac, ꝓpter misericordiam tuā, euanuit iusticia mea, cecidit uirtus mea, periit meritum meū, inuenta est iniqtas mea ad mortē & infernum, beatus & glorioſus ero, si in misericordia tua respirare deī. Atꝫ ita docemur: ut sicut de nobis prorsus nihil præsumere debem⁹, ita nequaꝫ de misericordia dei desp are, sed etiā cōtra uim mortis & inferni quātumlibet indigni eam inuocare. Quæ enī peccataꝰ quæ mala tanta sunt, ut desp are te cogere debeāt, quādo hic audis, ne a morte quidem, ac inferno, ubi summa peccata & mala esse necesse est, cogi ad desperationem debere quenꝫ.

Dū spiratani ma, nō despe ret corporis exemplo.

Qm̄ nō est in morte q memor sit tui, in inferno aūt qs cōfitebit tibiꝰ

Hic plane aperit totius psalmi huius affectū, cōfessus se mortē & infernum sensisse. Nec enim hæc loqtur Sophistarū ritu, de re sibi incognita, quodlibet diuinare audentiū, sed experiētiam suā recitat & affectum hūc plane depingit: Saluum me fac (inqt) ut misericordiam tuā prædicē inæternū, nec me in furore tuo isto argue, in quo cū sit mors & infernus, nō est memoria, nec laus tua. Hic enī uerū est illud puer. xvj. Nūcius mortis, ira regis. sic Ezech. Isa. xxxviij. Viuens uiuēs ipse cōfitebit tibi, quia nō infernus cōfitebit tibi, neꝫ mors laudabit te, nō expectabunt descendentes in lacum ueritatem tuam. Et psal. cxiij. Non mortui laudabūt te dñe, neꝫ oēs qui descēdunt in infernū. Sed & multis alijs locis per Psalterium hunc affectum signatum uidebimus.

Misericordia dei nobis commēdatissima.

Quid

Quid igitur in morte & inferno est? Obliuio dei primum, deinde sempiter- *In inferno & morte quid sit*
na blasphemia. Hic enim cura & amor sui ipsius regnat impetuosissima & con
fidissima sollicitudine: Ideo misericordiam dei, non potest ante oculos suos ha
bere. Quærit enim effugium, & non inuenit, tunc mox inuoluitur odium dei
ardentissimum, cupiens primo alium deum, deinde se non esse. Ac sic bla-
sphemat summam maiestatem, quam optat (ut dixi) summo nisu non esse: &
si posset, non esse faceret. Atq; ista fuga, & inimitia dei æterna est: Tunc illud
psalmi primi impletur: Impius sicut puluis uento agitatus, scilicet, fugiens,
& non effugiens.

Sed hic obstrepat quispiã, quid ergo dicit usitato uerbo, In inferno nulla est *In inferno nulla ẽ redẽptio.*
redemptio? uidetur enim nulli cõtingere pœna inferni, nisi damnatis. Respõ-
deo, quanq; hoc uerbum in sacris literis nõ memini me legisse: tñ desumptum
uidetur ex hoc uersu huius psalmi, tum alijs pleriscq; locis scripturæ. Male autẽ
intelligitur a carnalibus istis & omnibus nobis inexpertis Theologis, quasi
ideo nullus infernum gustet, quia nulla sit redemptio in inferno, cum eadem
ratione, nec Paulum gustasse cœlestia diceremus, quia beatitudo amitti non
potest, nec peccatum sentiri, quia dimissum est in baptismo. Igitur uerum est
præsente hac agonia, aliud nõ uideri nisi infernum, nec ullam apparere redem
ptionem, æterna omnia putãtur esse, quæ sentiũtur. Ira nõ enim mortalis homi
nis aliquãdo finienda, sed æterni dei nunq; finienda hic sentit. In tuo (inquit)
furore, ne arguas me, in furore hominis tẽporalis temporali argui parum est.
Tum & omnia aguntur quæ in inferno, nõ multum abest odium & blasphe-
mia dei, nisi q; fortis ut mors dilectio, & dura sicut infernus æmulatio, hic tan-
dem in laude dei prævalet, alioquin amor, cum odio, spes cum desperatione,
misericordia cum ira, laus cum blasphemia, perseuerantia cum fuga, breuiter *Furor quasi infernalis.*
cœlum cum inferno durissime, acerrime, exq̃sitissime pugnat, incredibili cru-
ciatu animæ. Verum quid perdimus uerba, cũ ramen nihil possimus omnibus
uerbis cõsequi, q; indicium huius tribulationis: intellectum & sensum nõ dat,
nisi ipse affectus & experientia, cuius unicuiq; nostrum, si non est insensatus,
cor & conscientia sua, his auditis, dictet, esse non nihil quod his uerbis signifi-
cetur, nondum cognitum, formidabile tamen cognitu.

Laboraui, in gemitu meo lauabo per singulas noctes lectũ meum,
lachrymis meis stratum meum rigabo.

Hic uersus potest ordinari dupliciter: aut, ut uerbum, laboraui, seorsum abso
lute accipiatur, aut, ut cum in gemitu meo copuletur. Posteriorem ordinem,
& si usitatissimus est, hac uice omittemus priore seruato, ĩ quo & Tautologia
aptius mihi quadrare uidetur, ut sit, in gemitu, seu suspirio lauari lectum, idem
quod in lachrimis rigari stratum, gemitum cum lachrymis, lauari cum rigari,
sicut lectum cum strato conferendo.

In hebræo habetur: Natare faciam lectum meum, & liquefaciam stratum
meum. Merito quæritur, unde tantum ulli hominum lachrymarum? Augusti
nus sequitur more suo mystica, sequuntur eum & alij multi. Nos autẽ lectum
& stratum omnino ad uim grammaticam accipimus, in quo requiescit corpus
per noctem, usu hominum, Et lachrymas atq; gemitum. Per Hyperbolen in-
telligimus lauare & rigare lectum, non enim unq; aut usq; auditũ est, aliquem
sanctorum tot fudisse lachrymas, uel una nocte, nedum p singulas noctes: Ut
lectum rigaret, nedum natare faceret.

Verum

Hyperbole ad literã, nõ est hyperbole ad spiritum.

Verum hyperbolen sic accipiemus, ut ad opus lachrymarum tantum ris aptetur. Cæterum cum uerba spiritus, spiritu sint ponderanda, nullam hyperbole, si affectum hæc patientis considereres, qui non quantum posset, quantum uelit & optet, ostendit. Sicut de Maria Magdalena dicunt pares eam fuisse non scd'm uires suas locutam, quando ad hortulanum, dixit: Si tu stulisti eum, dicito mihi, & ego eum tollam. Omnia enim possibilia credenti, speranti, amanti præsumuntur. Itaq; cum sit deus spirituum ponderator, non autem operum, scrutetur non facies operum, sed renes & corda hominum, ne pyperbole, immo uero corde hic dicit, se lectum suum loturum suspiriis & lachrymis: quod & si non potest, quia tamen tam ardens est uotum, ut uelit iam coram deo factum reputatur. Proinde recte fecerimus, si in optatiuo modo legamus: O utinam tantum mihi esset lachrymarum, quo per singulas noctes lectum meum natare facerem. Sicut Hieremiæ, ix. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei?

Grauitas pœnarum purgatorij.

Testis est ergo & hic uersus q̃ horrendus sit ille Agon mortis & inferni, q̃ optat impossibilia facere, quo liberetur ab eo. Et hinc non difficile credo illorum relationibus, qui scribunt animas seu uiuentes, seu iam defunctas, aliquoties se fuisse confessas, malle in hac uita usque ad diem iudicij ferre maximam pœnarum huius uitæ, q̃ breui tempore in purgatorio pati: uehementer enim consonant cum huius uersus sententia. Sed & Ezech. Isa. xxxviij. confiretur se totam uitam malle agere in amaritudine, q̃ has portas inferi sustinere: Recogitabo, inquit, tibi, seu (ut melius hebraice dicit,) Promouebo ad te omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Totam uitam optat amarissimam, modo liceat hunc furorem & iram euadere.

Pugna animæ peccata plangentis.

Et id firmat quoq; Tautologia, quã supra diximus esse firmitatis indicium, qua serium suum maximum signat affectus iste. Vide ergo quot indicijs prodat hanc miserrimæ pugnæ crucem, q̃ eligat omne malum mundi sustinere, qui tot sibi lachrymis plorandum decernit. Quid huic in mundo reliquum est in quo possit delectari? Nonne hic perfectissime est mortificatus carne, qui adeo uiuere spiritu proponit & elegit, ut non in mensa, non in labore, non in die, non in opere in quo alij forte plorarent, sed in lecto & strato, & in nocte, ubi cæteri omnes requiescere solent, & fatigati recreari, statuit sibi tantum negotij, & eius inauditi, ut ploret lachrymis usq; dum natet in eis? Possunt fortassis hi, qui aliquando in periculo subito mortis fuerunt, huius uersus uim aliquantam sentire. Verum in legitimo agone mortis & inferni, hoc uotum & studium facile exigitur ab homine, facile & ipse proponit & facit, si potest, paratus multo maiora promittere & facere.

Laborauí (inquit:) aptissimum uerbum ad negotium præsens, quo significat anxium & in magna difficultate sese fuisse. Ita enim & Isaiæ. liij. accipitur pro eo q̃ laborauit anima eius, id est, uehementer anxia fuit, sicut ait: Tristis est anima mea usq; ad mortem. Hic, in q̃, labor cogit, ut tam ardua & grandia sit promptus tum facere, tum pati. Beati ergo qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, qui seipsos affligunt, plorant, & humiliant, ne hanc afflictionem ferre cogantur. Cætera relinquimus usui & experientiæ.

Turbatus est a furore oculus meus, inueteraui inter omnes inimicos meos.

Rectilin sic, uerminauit ex iracundia species mea. uolens translatiue uer-
minare id esse quod corrodi, sicut uestis a tinea corroditur, uastat, & perditur.
Et autem idem sensus cum nostro, uult enim prophera dicere: Huius agonis
tam esse uim, ut immutet totum hominis aspectum, nec mirum, cum cõlumat
& ossa & sanguinem, ideo pallidum ac deformẽ fieri se dicit hac tribulatione,
Nam & quælibet tristitia tandem deformat habitum & uultũ hominis, uerũ
quod alix efficiũt paulatim, hc ista accelerat breui, nimio tristitiæ impetu. Le-
gimus multos magna tristitia repente canos esse factos, quãto magis hac ago-
nia tabescent & ueterascent homines. Simile psal. xxxviij. Amoue a me pla-
gas tuas, a fortitudine manus tuæ, ego defeci. In increpationibus propter ini-
quitatem corripuisti hominẽ, & tabescere fecisti sicut araneã animã eius. Heb.
Quasi tineam posuisti desiderabilia eius, id est, faciem, seu speciem eius, quod
hic dicit, uerminauit, siue tineauit species mea. Facies em, est id secundũ quod
homo desiderabilis est, denicp eadem uerba psal. xxx. ponunt: Conturbatus
est in ira oculus meus, quæ hoc uersu.

Igitur oculum pro aspectu & specie accipit, siquidem & hebræis eadẽ dictio, *Ira absoluta.*
& oculum & speciẽ significat, ut sit sensus: Turbatus est oculus meus, id est,
toto habitu repente immutor, deformisco reddor: Hoc facit ira, nõ mea, sed ab
soluta, id est, ipsa tribulatio mortis & inferni. Sic & Apostolus sæpius appellat
absolute iram, mortem, & infernum, ut Ro. viij. Quanto magis reconciliati,
salui erimus ab ira per ipsum.

Idem est quod sequit: Inueterauí inter omnes inimicos meos. Melius heb.
in omnibus tribulantibus me, quod est dicere: Vndicp mihi angustiæ, omnia
me tribulant, omnis creatura mihi aduersat, non est quo fugiam, ideo sic anxi
atus inueteresco ante diem, mutato uniuerso aspectu meo.

Indicat & hic uersus aliã uim huius miseriæ, quæ est cp pauefactus ac cõterri
tus a furore dei, simul nullius creaturæ habet solatiũ, sed quicquid aspexerit ad
uersatur sibi. Creatura enim cum creatore suo agit: Præsertim quãdo ipsa con-
scientia ppria ab eo dissentit. Ideo undicp ira, oĩa tribulant, ubicp inimici. Hoc
indicat quod non simpliciter dicit, inter inimicos meos, sed inter omnes ini-
micos, id est, inter eos qui sunt oĩs inimici, qui sum in eo loco, in quo nullus
mecũ sentit. Sic Iob. ix. Nemo audebit pro me testimoniũ dicere.

Ego autem his tribulationibus uexatum Dauid eo deuenisse credo, cp circa *Dauid unde*
finem uitæ multum debilitatus fuit, & ita infrigidatus, ut multis opertus uesti- *in fine uitæ de*
bus non calefieret. Sicut scribitur, iij. Regum. j. Nam, ut dixi, iste furor omnia *bilitatus di-*
consumit & tabescere facit. Ita habemus horribilem hanc tentationem suis fi- *catur.*
guis, affectibus, consilijs descriptam. Nunc sequitur cõsolatio & reductus ille
a morte & inferno.

Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem, quoniam exaudiuit dominus uocem fletus mei.

Rogo cur præ cæteris solos operatores iniquitatis tam indignanter repel-
lit? diximus enim psal. v. Poele auen, significare religionem inobedientiæ, iu-
stitiam propriam, idolatriam spiritualem operantes. Deinde a se discedere iu-
ber, cum de eis nihil hucusq; questus sit, sed tantum de furore domini. Quid
impijs operarijs cum furore domini? præsertim cum tales, & securissimi &
omnia contraria de deo præsumentes, cp hoc psalmo questus est, nihil ei po-
tuerunt

tuerũt in hac tentatione exhibere negotij. Atq; ne quid desit absurditati, ab
discedere iubet, quia dominus exaudiuerit uocem fletus eius. Nunquid
illi operarij hoc egerunt, ne dominus eũ exaudiret? Dicimus ergo,
In affectibus totus laborat, ijsq; ardentissimis, ideo nõ quare, sed quid facit
tum loquitur. Ita enim uidemus eos, qui aliquo rapti uehemẽti affectu, fere
loquuntẽ, uelut insanire & aliena loqui, dum' nescimus, qua causa lo quantu
Ingrediamur ergo affectum uerborum istorum. Hoc fere obseruatũ uidemus
Psalteriũ, ut quoties in exstasi insigni locutus fuerit propheta, statim sub
gat apostrophen ad aduersarios, indignationis, aut querimoniæ plenã, ut hic
Credidi, propter quod locutus sum, ego autem humiliatus sum nimis. Ego di
xi in excessu meo, omnis homo mẽdax. Et psal. xxxviij. cum dixisset: Et tabe
scere fecisti sicut arenam eius, statim addit: Veruntamẽ uanitas omnis homo
Sed & in humanis rebus ita fieri uidemus, ut oppositorum sit eadẽ disciplina
& locus hic communis plurimũ in omnibus ualeat: ubi si quis re cognita uera
tatem apprehendat, mox feratur uel indignans uel querulans in eos, qui con
traria uel sapiunt, uel docent. Exemplum eximium beati Augustini libro iij.
confess. in expositione psalmi quarti, quo impetu feratur in Manicheos intu
exponendum psalmum, & artis sit, sic proposita docere, ut simul contraria re
fellas, & in aduersarios excurras. Nam quomodo possumus & nos continere,
si quando rectam & ueram pietatem doceamus, quin inuehamur simul in ceri
monijstas & subdolos operarios uerbi, indignatiq; ꝙ uel hæc nõ sciant, uel cõ
traria nos aliquando docuerint?

Excursuum Martini rõ.

In subdolos operarios uerbi.

Ita & hic cum exstasi hac insigni eruditus esset, in solam dei misericordiam
confidere, nullamq; iustitiam sufficere: Sciret autem ꝙ hij, qui hac tentatio
ne non eruditur, stulta & impia sub pietatis specie doceant & faciãt: quãq;
sint in his rebus, si contingãt, imperiti, alioquin omnes homines mũdi docere
prompti (ita enim ferme solet hoc hominum genus insipientissime sapiẽs, &
sapientissime insipiens) cæci cæcorũ duces, semper discẽtes, & nunq; ad scien
tiam ueritatis peruenientes. Deinde quod summũ est malorum, indocibiles,
imperswasibiles, incorrigibiles sunt. Quin sicut Iamres & Mamres Mosi restiterũt, ita & ipsi his, qui hanc sanam scientiam adepti sunt usu tam magni certa
minis, sine fine & impudenti resistunt temeritate, quibus pius homo tribulaẽ
super tribulationem. Ideo zelo charitatis, quo cupit omnibus ueritatem, sibi
notam, fieri communem, erroremq; contrariũ traduci, inuehitur iustissime in
dignans: Discedite a me omnes operarij iniquitatis &c. Denicq; uix erit psal.
in quo huius tentationis describitur querela, in quo nõ simul hos impios ope
rarios arguat & accusẽt, ut uidebimus.

Affectus ergo merus est, ꝙ eos discedere ideo iubet, quia dñs exaudierit eũ.
Quid enim hac causa uelit ex superioribus relinquit intelligendum, uidelicet,
ꝙ propter solam misericordiam suam deus saluos facit clamantes ad se, apud
quem nullus iustus, & (ut Moses Exo. dicit) nullus innocens per se inuenitur.
Quæ cũ ita sint, & id toto psalmo declararit, recte infert se nolle eos agnoscere,
qui contraria sapiunt & docẽt, sibi satis esse hoc nosse, ꝙ dominus exaudit uo
cem fletus sui &c. Huc & illud Matt. vij. pertinet, quod dicturus est dominus
ijs, qui in nomine eius prophetauerunt, & uirtutes eius fecerunt: Discedite a
me omnes operarij iniquitatis. ꝙ uidelicet in generali sententia huius psalmi,
uersum accipit contra omnes qui in seipsos confidunt, & non in puram mise
ricordiam eius.

Exaudiuit

Exauditum dñs deprecationē meā, dñs orationē meam suscepit.

Generaliter dixerat: Exauditam uocem fletus sui, nūc in specie definit, quæ uerbis fuerit. Et obserua, ꝙ & hic nomē domini iterat tribus uicibus, domi nus exaudiuit, dñs exaudiuit, dñs suscepit, ad significandum affectum fiduciæ & confirmandam spem, contra aduersarios quibus insultat.

Est uerō deprecatio in hebræo dictiō quæ proprie significat misericordiæ, seu gratiæ implorationē, ut respōdeat uerbo superiori: Miserere mei dñe, & se quentibus: ubi diximus implorari gratiam & uirtutem. Oratio uero in depre cando malo, ut respondeat illi: Domine ne in furore &c. Nisi quis dixerit affe ctus erigendi & firmandi causa hæc ingeminari.

Sunt aūt hæc uerba spei exercentis & exhortantis conscientiam, ac iam præ ualescentis, sicut præcedentia fuere uerba spei patientis, & laborantis ac pene succumbentis: In quibus uidemus nō doceri, sed geri, ea quæ psal. v. docta fue runt in uerbo illo: Lætabunt omnes qui sperant in te,

Ipsa enim uerba satis arguunt animi eius habitum & affectum, ꝙ uidelicet magno nisu ob oculos sibi ponit diuinam misericordiam, quam opponat pec cato, mortis, & inferni turbulentis figuris. Cum enim in spe & spiritu eum lo cat, qui certum sit, necdum cōram deo, præsente uisione positum, certum simul est spe saluum factum, spe dei gratiam consecutum, spe se consolatū, hæc uniuersa sonare quo abigat malōrum illōrum molestissimam turbā. Atꝙ hoc est quod repetitionibus tot sibi inculcat dei clementiam, uelut magnis & fortibus icti bus aduersantia persequens, & potentibus sermonibus suam infirmitatem ad spem exhortans. Ita enim (hoc magistro) agendum est, tristitia aut peccato uexante conscientiam, non stertendum, non cedendum: Nec hoc expectan dum, donec sua sponte recedat tribulatio, aut donec res ipsa cōsolationis præ sentem appareat: hæc omnia perditionis sunt negotia, sed fortiter contenden dum, ingeminandū, & omni studio niterendum, quo bonam opinionē, de deo erga nos stabiliamus. sicut psalmo. xxx. fecit: Tu aūt domine susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meū. Et psal. xxix. ubi similem tribulationem questus, de deo sibi firmat optimam opinionem dicēs: Quoniā ira in indigna tiōne eius, & uita in uoluntate eius. Hoc est, deus noster non uult mortem & infernum, sed uitam & salutem. Sicut & psal. xxxj. Tu es refugium meū a tri bulatione, quæ circūdedit me. Denicꝙ in omnibus psalmis, ubi hæc, uel similis passio deploratur, mox subiūgitur formatio spei & bonæ cogitationis de deo. iuxta illud Sapiētiæ j. Sentite de domino in bonitate. Nisi enim hæc cogitatio & fiducia conscientiæ surgat, uincet tribulatio, & non erit qui eripiat. Multo autem labore formatur, non tamen nisi per uerbū dei & Ihesum Christum. Sic & hic, cum uticꝙ nesciret suū fletum esse exauditum, tamen plena cogitatione sibi hanc opinionem concipit & firmat, repetens & contendens, ita ut & ad uersarios quocꝙ inuadat, certus ꝙ sicut de deo præsumitur, ita & habeē. Qua lis spes, talis res, uere enim & hic opinionibus homo regitur, sed opinionibus dei (id est, de deo siue bonis, siue malis.

Spem nobis dei misericordia firmamus.

Spes difficile formatur.

Sicut de deo præsumitur, ita & habeatur, hō opinionibus regitur

Erubescant & conturbentur uehementer omnes inimici mei, con uertantur & erubescant ualde uelociter.

Posset hic uersus de persecutoribus forte intelligi, quia inimicos suos nat, sed ut præcedentibus cohæreant hæc nouissima, intelligamus nō alios micos eius, q̄s ipsos poele auen, operarios iniquitatis. Diximus enim in psalmo simul in eos ferri spiritum propheticū, ubi tribulatio ista describitur perpetuum sit (sicut dixi) cum his impijs bellum & exercitium, qui hāc humilitatē, & gratiæ dei commendationem, non modo non audiunt, sed persequunt: sicut dicit psal. cviij. Et persecutus est hominem inopem, & mendicum, & compunctum corde mortificare. Et. lxviij. Super dolorem uulnerum meorum addiderunt. Horū est (sicut amicorū Iob) piorum hominum tribulationes a deo iuste inflictas iactare, & pro deo cōtra illos stare, deumq̄ eis iratum dei, ipsi effugere possint.

Quando ergo his impijs omnia narrant, sicut fabula surdo, nec possunt intelligere, præ sensu carnis suæ inflati, ea quæ spiritus sunt, optat propheta compendium, & subitam iniquitatis eorū subuersionem, quæ est, si & ipsi hoc genere tentationis apprehendant, sentiant iram dei, mortis & inferni turbationem. sicut & Hiere. xvij. orat: Confundant illi, & non cōfundar ego, paueant illi, & non paueam ego, Et ibidem: Non sis mihi tu formidini, spes mea tu in die afflictionis. Et psal. ix. Conuertant peccatores in infernū, omnes gentes, quæ obliuiscunt deum, Et constitue domine legislatorem super eos, ut sciāt gentes, quoniam homines sunt, (id est, uani & mendaces). Lex enim irā operatur, Ro. iiij. Quia reuelat peccatum, quo confundit conscientia, quæ confusa perturbatur ab ira & morte, quam lege indicante, uidet se meruisse. Hic ēm excessus subito & uehementer conuertit, confundit, perturbatq̄ superbos, redigens eos in nihilum, cogitq̄ posito iustitiæ supercilio, misericordiā dei quærere, nisi enim & ipsi hoc affectu quoq̄ experientia propria probati fuerint, frustra legunt, audiunt, faciunt omnia. Vexatio enim (ut Isaias. xxviij. dicit) sola dat intellectum auditui, id est, uerbum dei fit intelligibile insensatis, si bene uexati fuerint passionibus. Crux Christi, unica est eruditio uerborum dei, Theologia synceriſſima.

Crux Christi eruditio nostra.

Potest autem uehementer & ualde uelociter intelligi bifariam, ut, uel referantur ad tempus, uel, ad tentationis genus. Temporis significatio hæc est, ut non diu differantur, sed cito uexentur, quo citius ab iniquitate conuersi, misericordiam sitiant: sed tentationis genus est, ut non leui aliqua tribulentur passione, sed huius summæ & maximæ turbine, cuius uis & natura est, esse uehementissimam, ideo uehementissime humiliat, & ad gratiam erudit. Quando quidem operarios iniquitatis, adeo reddit obstinatos ac præfractos, sua tum sapientia, tum iustitia, ut si leuioribus aliquando pulsentur tentationibus, sine timore glorientur, & ipsi in tribulationibus, quasi ueri & synceri martyres, adeo pertinaciter æmulantur lupi isti rapaces, uestimenta ouium. Ita quibus percutiuntur, ut emendentur, his ipsi indurātur, & in sua impietate confirmātur. Verum ante faciem huius frigoris non sustinent, si peccatorum cōfusione & furore dei conturbentur. Hæc enim est turbatio quæ subuertit securos impios, in qua nō perseuerāt, nisi syncera corda, timore dei & spe recte instituta. Quare ut impossibilis est hæc iræ dei sustentatio, ita incredulis & insensatis uehementer necessaria, & sola potens ac sufficiēs eos humiliare. Tali Paulus de cœlo tactus est, cū esset plenus securissimo impetu zelidei, mox luce circumfusus ac tremens, dixit: Domine, quid uis me facere, Act. ix. Hic illud agitur

Hieremiæ

Hiere.xxiij. Nunquid uerba mea sunt sicut ignis, & sicut malleus conte/
rens petram? Et psal.xx. Pones eos ut clibanum ignis, in tempore uultus tui,
dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis. Nō hæc diceret, ni/
si iuxtus fuisset. Iste enim clibanus & ignis est ipsa reprehensio in furore, &
correptio in ira dñi, quæ in angustiam urget insuperabilem & ineuitabilē reas
conscientias, a solo uultu & respectu diuini iudicij.

Comparat autem hoc uersu, aut potius aliis uerbis exponit furorem & iram
domini. Argui enim in furore, aliud non est, q̄ erubescere, confundi & ream
inueniri corā æterno iudicio dei conscientiam hominis. Inuenitur autem nul/
lius hominis non rea conscientia, coram hoc iudicio, sicut dicit psal.cxliij. Non
intres in iudiciū cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omis
uiuens. Quid est non iustificari, nisi reum inueniri, & confundi. Et iterum:
Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax. Ideo optat illis insensatis, ut
huc conuertantur, & confundantur, qui in seipsis securi adhuc gloriantur. In/
ueniatur (inquit) manus tua omnibus inimicis tuis, dextera tua inueniat om/
nes qui te oderunt. Et rursum: Imple facies eorum ignominia, & quærent no/
men tuum domine. Hoc enim differunt (ut sæpius dixi) Impij, a pijs, q̄ utriq̄
sunt quidem mendaces, & non iustificantur coram deo, sunt⁊ uanitas uani/
tatis: Sed pios hæc tribulatio in sui noticiam conuertit, qua cognita a iudicij fu/
rore ad misericordiam confugiunt, & salui fiunt. Sicut Prouerb.xij. Verte im/
pios & non erunt. Quod aliqui sic accipiunt, uerte, scilicet in sui cognitionē,
& humiliati tam impij esse desinent adepta gratia: At ubi uersi non fuerint, sui
noticiam non habent, ideo nec gratiam quærunt, manentes in uanitate, men/
dacio, iniquitate sua.

Argui in furore dei quid sit

Differūt impij a pijs.

Porro corripi in ira, aliud non est, q̄ conturbari (ut dicit) uehemēter, inten/
tari scilicet mortem & infernum, & cum hæc ira in breui & subito exarserit
(ut psal.ij. dictum est) beati omnes qui confidunt in eo. Hoc enim impij non
faciunt: Nam & eodem psalmo hæc duo mala ostendit, ubi dicit: Tunc loque/
tur ad eos in ira sua (id est, arguet & reprehendet) & in furore suo conturbabit
eos (id est, corripiet). Et.j.Reg.ij. Dominū formidabunt aduersarij eius, & su/
per ipsos in cœlis tonabit. Et multa similia in scripturis habemus, quibus ista
uehemens confusio & conturbatio cordis, tam in sanctis describitur, q̄ super
impios prædicitur, ut illi humiliati consolentur & exaltentur: Hi uero humi/
liati affligantur & deprimantur. Et sic uult omnes homines saluos fieri, & ne/
minem perire.

Corripi in ira quid sit.

Est autem in hoc uersu hebraïs pulchra quædam allusio duorum uerborum,
conuertantur & erubescāt, quam latinitas non retinuit, illic enim per metha/
thesin literarum ישבו ובשו lasobu, lebosu, dicitur. Repetit autē lebosu, eru/
bescant, affectus uehementia, optans ut quæ ipse patitur, uertantur ad aduer/
sarios, quo & ipsi desinant superbire, & humiliatos persequi. Sicut psal.liij.
Auerte mala inimicis meis. Et Prouerb.xj. Iustus de angustia liberatus est, &
tradetur impius pro eo. Et psal.xxxj. Multa flagella impio, sperantem autem
in domino, misericordia circundabit. Quo modo oratur & psal.lxxviij. ut a se
cedat ira ad impios dicens: Vsquequo domine irasceris in finem, accendet ue/
hemēter sicut ignis zelus tuus? Effunde iram tuam super gentes quæ te non nouerūt, (ut
cognoscant) & super regna, quæ nomen tuum non inuocauerunt, ut & ipsa
discant se egere gloria tua, & inuocare nomē tuum. Ita & hoc psalmo orat, ne
furore domini corripiatur, corripiantur autē illi, qui non inuocant dominum,

Inimici piorũ potißimũ.

nec timent furorem eius. Dictum est autem, inimicos piorum esse potissimum eos, qui iniquitatis operarij uocantur, autores male securi cordis, & ignorantes fidei & spei in deũ, pro qua perpetuo cum illis negotium habent, non habentibus. Quod si quis per operationem iniquitatis & inimicos uolet intelligere dæmones, qui in hac hora malitiæ insistant, & ad desperationẽ urgent, tum ob oculos ponunt opera bona, ut desperationẽ per præsumptionem stabiliant, ac interim his iniquitatibus si quis fecisset, non haberet quo desperaret, ut desperationẽ per præsumptionem, & præsumptionem per desperationẽ stabiliant, ac interim his iniquitatis formis animã occupent, nẽ uera pietate fidei & spei deum colat, ꝓpter nimiam cordiam suam. Si quis inq̃ ita uelit intelligere, non resisto. Nã dæmones sunt callidissimi incitatores animarum ad inobedientiam sub specie obediẽtiæ, quãdo ꝓprium est eis se transfigurare in angelum lucis, tum maxime cum minime oportet, id est, in tribulatione. Ego aũt credo contra hoies, Propheta loqui (ut dixi) ueræ pietatis inimicos, quos pigeat, ipsum uel audisse, uel nosse, ꝙ plurimos sua insipientia secum trahunt in foueam.

PSALMVS SEPTIMVS.

Ignorãtia Dauid quã cecinit dño sup uerbis Aethiopis filij Iemini.

A multis sudatum super hoc psalmo, quisnam scopus eius sit quem titulus indicet, & adhuc sub iudice lis est. Sequemur interim Burgẽ. qui mihi ꝓprius ad rem uidet accedere, qui, non de Saule, sed de Semei ipsum intelligendũ iudicat. Quod ut capiamus uerba historiæ ex libro secundo Regũ referamus. Ita enim scribit capite. xvj. cum Dauid fugeret a facie Absalom filij sui. Venit ergo rex Dauid usq̃ ad Bahurim: Et ecce egrediebat inde uir de cognatione domus Saul, nomine Semei, filius Gera, procedebat egrediens, & maledicebat, mittebatq̃ lapides contra Dauid, & contra uniuersos seruos regis Dauid. Ita aũt loquebat Semei, cum malediceret regi: Egredere, egredere, uir sanguinũ, & uir Belial, reddidit tibi dominus uniuersum sanguinem domus Saul, quoniam inuasisti regnum pro eo: Et dedit dominus regnum in manu Absalom filij tui, & ecce premunt te mala tua, quoniam uir sanguinum es. Cum autem serui Dauid uellent illum occidere, dixit Dauid: dimittite eũ, ut maledicat, dominus em̃ præcepit ei, ut malediceret Dauid. Et quis est qui audeat dicere, quare sic fecerit? Ecce filius meus, qui egressus est de utero meo quærit aiam meã, ꝙtomagis hic filius Iemini, maledicet mihi.

Patet ergo filium Iemini uocari Semeiam, hunc maledicũ, licet & ipse Saul filius Iemini dicatur. j. Reg. ix. Quia de eadem cognatione fuerunt, ut dictum est. Simul habemus uerba, super quibus hunc psalmum cecinit, nempe maledicta Semei, quibus ei falsa crimina impegit grauissimus & importunissimus calumniator. Non enim de Saule legimus talia uerba quæ in Dauid euomuisset, quare de insigni uerborum iniuria necesse est loquat, quæ hoc loco recitatur, & hoc textus ipse psalmi dabit.

Candidus & niger quomõ accipienda.

Reliquum est, cur appellet eum magis Cusch, quod Aethiopem significat. Omnibus fere placet metaphoram esse, ꝙ nigredo infamiam sustinet malitiæ, ut & poeta: Hic niger est, hunc, tu Romane, caueto. Sicut ecõtra candidum dicimus, qui syncerus & integer est, & candor animi, qui sine liuore sit, ut uulgo quoque prouerbia sonant. Volunt ergo de industria nomen eius, a Dauid omissum,

nem ſum, & nouo moribus ſuis digno inſignitum. Quod ſi hoc non placet, arbitrari licet eum fuiſſe binominẽ, quod frequentiſſimũ in ſacris literis obſeruatum eſt, ut ex Linea Chriſti, Matth. j: & Lucæ, iij. colligitur. Sicut & de Zacharæ patre Ioiada dicitur Matth. xxiij. Tum adhuc ratio uiget altero nomine Aethiopem appellare maluiſſe, ꝙ Semei, tanꝙ aptiore malitiæ eius uocabulo. Porro ignorantia, his acceptis, ſua iam ſponte ſe aperit quæ nã ſit, cum eñ maledicta Semei, Dauid adeo non agnouerit, ut etiam in morte ſua filio Salomoni mandarit, ut canos eius cum ſanguine deduceret ad inferos pro maledicto illius ultione, plane eſt innocentiam ſuam cum domino confiteri: Et ignorantiam hanc non eſſe aliud, ꝙ innocentiam, Nam cuius non ſumus no bis conſci, recte ignari quoꝙ eiuſdem dicimur. Verum cum ſit impium confidere in cogitationibus ſuis. Prouerb. xij. Et qui confidit in corde ſuo ſtultus eſt. Eiuſdem. xxviij. Ideo, ſic de innocentia iſta eſt præſumendum, ut tamẽ iudicium dei timeatur, nec in ſecuritate de ipſa gaudendum, niſi data primũ gloria deo, coram eo confeſſi fuerimus alia eſſe ſua, alia noſtra, & hominum iudicia, ut ſic accepta licentia & ſaluo illius iudicio, coram hominibus eam profiteamur. Id quod diſcitur in tentatione. Sic enim Dauid cum audiret falſa ſibi illa maledicta in ſe congeri ſciebat, timuit ne coram deo uera eſſent, nec ſuæ cõſcientiæ ſatis cõfidens: Sicut Apoſtoli non ſibi fidebant dum audirent unum inter eos eſſe traditorem. Talis eſt enim uniuſcuiuſꝙ pij conſcientia, quantũlibet innocens, ibi culpam timere, ubi culpa non eſt. Timor dei facit hoc, & iudicij eius inſcrutabilis altitudo. Proinde Dauid innocens quidem, timet tamẽ ſe ſe feciſſe, quæ obijci ſibi audit, præſertim tepore tentationis, in quo deus partes aduerſarij uidet iuuare, percutere creditus, pro ijs quæ tũc obijciuntur, & ſi ignorãtur, ideo quantũlibet coram ſe & hominibus nõ ſit ſibi ullius mali cõſcius, metuens tamen, ne corde ſaltem ſit reus: deus enim ſcrutat renes & corda. Docet nos hoc pſalmo illud Apoſtoli: Non enim qui ſeipſum commendat ille probatus eſt, ſed quem deus commẽdat.

Ignorantiam idẽ eſſe quod innocentia.

Conſcientia piorum cum timore.

Quare licet pſalmus ſit de Dauid & ſua ignorantia compoſitus, tamen cum ſit hoc malum calumniarum in mundo frequens, generaliter ad omnium noſtrum doctrinam ſcripta eſſe etiã hæc credere debemus. Sicut Paulus Ro. xv. dicit: Quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ut per patientiam & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus. Videbimus autem qui affectus ſint, & eſſe debeant, & poſſint, ijs qui fideliter & pie calumniam ferre, & uincere uolunt. Nam hanc perſecutionẽ optime poſuit ſeptimo loco, ubi præcedẽtibus pſalmis eruditi in his malis, quibus purificamur a peccatis, perfecte nunc tandem erudiat ad perfectum dei timorem, ut ibi etiam peccaſſe nos timeamus, ubi nõ peccauimus, & tanto peccati odio, deiꝙ dilectione perficiamur, ut ignorata, immo nulla peccata pro peccatis timeamus. Ad hãc perfectionem opus nobis eſt, non perſecutore Abſalom, quem certum ſit, nos inique perſequi, ſed calũniatore Semeia, quẽ timeamus uere maledicere, etiã innocentes, nec tamen ſic innocentiam dimittamus, ſed cum Iob ſentiamus, qui & ipſe a ſuis amicis tale quiddam paſſus dicit. xxvij. Abſit a me, ut uos iuſtos iudicem, donec deficiam, non recedam ab innocentia mea, iuſtificationẽ quam cœpi tenere, non deſeram, neque enim reprehendit me cor meum in omni uita mea. Ita (ut ſupra pſalmo, v. Non nihil horum tetigimus) coram deo ignorantiam noſtram quidem confiteamur, qui ſolus nouit corda homi-

Calũnia quõ ferẽda & uincenda.

Coram deo ignorãtiã nostrã confitemur, coram hoibus innocentiã nostrã non deseramus.

num, sed coram hominibus innocentiam nostram non deseramus, sicut nostrum nos non reprehẽdit. Sicut enim coram deo peccata non iuuat negando, coram quo nemo iustus est: Ita corã hominibus, ueritas est confitenda, & alioquin renda, coram quibus uiuere possumus, & debemus sine crimine. Et hanc ditionem Dauid suo euentu cosecutus, nobis facit communem, qua longe licius calumniã ulciscimur, q̃ olim Appelles ultus est sua tabula.

Dicit itaq̃.

DOMINE deus meus, in te speraui, saluum me fac, ex omnibus persequentibus me, & libera me.

Primus affectus est, non ad uindictam & zelum ferri contra calumniatores & persecutores, ut solet homo uanitas, & mendacium (Mihi, inquit, uindicta & ego retribuam) sed ad dominum, ante omnia, cõfugiendum est, & tam persecutio, q̃ calumnia coram illo pronunciãda, cum plena spe & fiducia, quam in hoc casu iuuat innocẽtia, & bona conscientia. Ita hic ex omnibus persequẽtibus saluus fieri petit, duo enim persequebantur Dauid: Absalom uiribus & opere: Semeia lingua & calumnia, qui sine dubio, uel solus non fuit, uel saltẽ soli sibi non placuit in hoc malo, uel ex omnibus dicit affectu eo, quo psal. vj. dictum est: Inueteraui inter omnes inimicos meos, q̃ uidelicet uim & calumniam simul passis, omnia uideantur aduersari, neminemq̃ relictum esse, qui succurrat, sicut reuera omnia aduersantur solitario. Ita dicit, ex omnibus persequentibus, id est, quia omnes & omnia me persequuntur. Quid differant: Salua me, & libera me, non magnopere puto referre, nisi salua ad bonum, libera, ad malum retulisse, aut, affectus gratia, tautologicus idem repetisse putandus est.

Illos conueniri hoc uersu licet, qui non credunt necessariam esse fidem & spem, uel oraturis, uel sumpturis gratiam dei, seu effectum (ut dicitur) sacramentorum, cum ideo hic Propheta, se saluum, & liberandum petat, quia speraſſe etiam gloriatur in dominum, adeo certũ est, scilicet unicuiq̃, si credat, speret, aut diligat. Dicit uero, in te spero, non in me, non in hominem. De quibus supra psalmo quinto latius.

Ne quando rapiat ut leo animam meam, dum non est qui redimat, neq̃ qui saluum faciat.

Hieronymus, sic ex hebræo: Ne forte rapiat, ut leo animam meam, laceret, & non sit qui eripiat. Rapiat (inquit) laniet, prædetur sicut solet furens bestia, ne quis simplicem captionem intelligat: deinde sicut leo, implacata scilicet bestia, laceret, atque discerpat etiam. Quid: domum aut pecus: non, sed animam meam, id est, uitam meam, quam ex anima corpus habet: Vt psalmo præcedente dictum.

Fortem intentionẽ oratio exigit.

Hæc omnia tanta auxesi magnificat, ut necessitatem suam exaggeret & cõmendet, quo uelocius exaudiri mereatur, immo quo seipsum ad ardentiorem animi intentionem prouocet: fortiter enim & seria intensione orandum est, si quid impetrare uolumus. Non est autem dubium, fuisse Dauid eo tempore in ea con-

in ea conditione, ꝙ ab Absalom & Semeia uelut rugientibus leonibus rapi, la ceraricꝙ timebatur & sperabatur, nec nisi in deo erat sibi spes & auxiliū. Quo loco sunt, & omnes alij, qui uim cum calumnia patiunt, qui hæc uerba & sen sum eorum pulchre intelligunt.

Domine deus meus, si feci istud, si est iniquitas in manibus meis:

Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis.

Hic ingreditur rem psalmi, & iuxta titulum, uerba Aethiopis Semei tractat: Impegerat calumniator. Primo, ꝙ in sanguine domus Saul reus fuerit: Egre dere(inquit) uir sanguinū, & uir Belial: Secūdo, ꝙ regnū eius, ui inuaserit, ideo reddita sibi a dño duplicia, ut a proprio filio rursum sanguis eius funderetur, & regnum ei auferetur. Vtrunꝙ quæritur, & sese innocentē confitetur. Dupli ci autem ratione hunc secundū affectum, nos docet tractare, negatiue, & con ditionaliter scilicet, ut innocentis conscientiæ fiduciam quantum est corā ho minibus afferamus, & occultum nostrum uitium corā iudice deo, metuamus. Nam utrunꝙ hūc affectum, hi uersus prestant, hoc modo: Domine deus me us, adeo non feci istud, adeo non est ista iniquitas in manibus meis, adeo, nec sanguinis eius, nec amissi regni autor fui, ut etiam non reddiderim ei, & suis mala, pro malis quæ mihi faciebant, cum id sæpius potuissem, dum in spelunca solum apprehendi(.j. Reg. xxiiij.) et in castris eius hastam abstuli(.j. Regum. xxvj.) Non solum autem, non reddidi mala, sed contra, reddidi bona, pro ma lis, Sicut ipsemet Saul(.j. Regum. xxiiij.) testatus est, dicēs: Iustior tu es ꝙ ego, Tu tribuisti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala, tantum abest, ut uir san guinum esse possim: ꝙ si quid occultius in me fuit, quodminus synceriter præ stitisse inueniar, & tu ita iudicas, præsto sum, fiat mihi, quod meruí. Persequat inimicus meus animam meam &c.

Videtur autem iniquitatem hic ad posteriorem calumniam aptare, sicut ad priorem hoc, Si feci illud, ut sit sensus: non feci illud, quod de sanguine calum niatur, nec est iniquitas in manibus meis, quod regnum obtinui nemini in hoc feci iniuriam, quia non mea temeritate, sed tuo præcepto id feci. Vehemē tior est autē affectus, ꝙ sibi imprecatur tot mala, si fecisset, ꝙ si simpliciter nar rasset se non fecisse, ut & nos doceamur magno corde contra calumniam ora re, sed sic, ut innocentiam quidem testemur, occultum tamen eius iudicium ti meamus, parati ferre quæcūꝙ mala, si inuenti fuerimus culpabiles. Nam licet pro te etiam dei præceptum habeas in quocunꝙ opere, tamē adhuc timere de bes, ne forte nō recte incesseris, & contrariū præcipi merueris. Sicut Abraham licet in Isaac repromissionem accepisset, tamē uolens & timens dei iudicium, obtulit eum in holocaustum. Sic & Dauid in hoc negotio, licet sibi esset nul lius conscius, tamē regnū resignās ait(.ij. Reg. xv.) Si dixerit mihi, nō places, præsto sum, faciat quod bonum est coram se, & Semeiam maledicere permisit, etiam a deo iussum esse credidit, omnino timens recta sibi & digna contigisse. Adeo quantūlibet iusta, sancta, innocēs, uera, diuinaꝙ sit causa tua necesse est in timore & humilitate eam agas, semper iudicium eius metuēs, & nihil de te, sed de sua tantum misericordia confidens. Cecidit Iudas Machabæus, in bello iustissimo, succubuerunt multi in iustissimis causis & diuinis negotijs. Sicut

Magno corde cōtra calumniatorē orandum.

Notatu dignissima.

de filijs Israel, Iudic. xviij. scribitur. Quia nō in timore, sed in fiducia iustæ causæ fæ egerunt, non in misericordia. Sed & Apostolus. j. Cor. iiij. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum.

Hoc est quod Dauid in tribulatione positus exemplo suo docet, nullius rei iusticiam sibi arrogare, pro ea tumultuari, uindicta furere, ui aut iure retalionem meditari, sicut nunc insaniunt Ecclesiastici, qui præ cæteris iusti & sapientes uideri uolunt: Sed humili timore, primum metuere oportet, ne uere id metuendum, ruerit coram deo, & ad pœnam dignā sese offerre: Deinde iuxta innocentiam contra aduersarios orare, qui non possunt iustam causam habere aduersum ullum hominē, qui conscientia innocente præstat, hoc enim solus deus habere potest, & habet. Alia sunt iudicia dei, alia hominum. Homo uidet ea quæ patent, deus autem intuetur cor. Ideo homo iudicans aliter & secundū faciem, calumniator est, sicut hic Semeias. Atque, ut hanc humilitatem, & timorē dei indicaret, caute in titulo posuit, super uerbis Chusi, & non ignoraret se meruisse persecutionem Absalomi, nec hanc excusat, sed maledicta Semei nō agnoscit, aut si uera sunt, ignorata sibi confitetur. Meruerat adulterio, & homicidio, Absolomi malum, sed uerbi Semei, de sanguine Saul, nō erat conscius se meruisse, & tamen timet meruisse, propter iudicium dei tremendū, & occultum. Quo modo hæc agantur, sentit pium, & timens deū pectus, si quando uexat, uel ab hoībus, uel dæmonibus calumniantibus.

Humili timore dei iudiciū metuendum.

Calumniator, quis dicatur.

Experientia piarū mentiū

Vocabulum, quod hoc loco iniquitatem recte uertit, hebræis, עון aual, significat id proprie, quod iniquitas latinis, id est, læsionem, iniuriam, minus aut plus, & debet, sicut in negotijs fieri solet. Ita hic regnum alienū inuito proximo inuasisse, iniquum erat, si id fecisset. Et quod nos habemus, decidā merito ab inimicis meis inanis. Hieronymus rectius trāstulit: Et nō dimisi hostes meos (tribulatores) uacuos. Volens (quod dixi) Dauid nō solū non reddidisse malum, pro malo, uerumetiam non uacuos dimisisse hostes, id est, bene fecisse malis. Nam hoc ipsum uindictæ genus est, beneuolentiam subtrahere offensoribus, cum & diligendi sint inimici. Quanq̄ ignorem, an & ista translatio hebræum satis referat.

Gradus reddendi, bonum & malum.

Illud uide q̄ Euangelicum gradum iustitiæ Dauid præstiterit. Nam reddere malum pro malo, uidetur æquum sensui carnis, sed prohibitū etiam lege Mosi nisi iudicio superioris fiat, non autoritate propria. Huic contrarius est, reddere bonum pro bono, hic mercennarius & seruilis est: sic seruiunt deo, qui nec mala, nec mortem pati uolūt, cum ideo malis nos præmat, ut pure ei seruire discamus, nullius respectu boni aut premij. Tertius, reddere malum, pro bono, qui feralis, immo plusquam feralis est. Quartus, reddere bonum, pro malo, hoc est Euangelium Christi: Hunc autem gradum excellentiori modo seruasse sedicit, quia non solum, nō reddit malum pro malo, sed his qui acceptis bonis ingrati reddiderant mala (sic enim habent uerba) reddidit bona. Vt supra de Saule dictum est.

Persequatur inimicus animā meam, & comprehēdat & conculcet in terra uitam meam, & gloriam meam in puluerem deducat.

Non hæc affectu fiduciæ dici mihi uidentur, ut plærique putant, quasi certus fuerit hæc non fore, quia nō meruerit. Nos enim, quia humili oratione cœpit, arbitramur

arbitramur in eodem timore dei, hæc quoq; psalli, quia, ut dixi, & si conscius sibi nõ erat meritæ maledictionis, quin potius præcepto dei se in regnum uocatum sciebat, multis tamen nominibus non potuit in hoc fidere & gloriari: rum (ut dixi) q̃ deus mirabilis est in omnibus uijs suis, tum, q̃ nos ipsi cor, nostrum non cognoscimus satis. Quibus rebus fieri potest, ut, uel præceptũ non recte intellexeris, uel non re cte expleueris. Atque ita occultissimo demerito dignus fueris, præceptum tolli, aut mutari, & tum deum contra te stare, quem pro te stare putaris. Isto timore (ut dixi), Abrahã eruditus est in Isaac offerẽdo. Est plane supremus hic gradus timoris dei, ubi & ipsum deum, & præceptum eius pro te cogeris abnegare, & timere esse cõtra te. Breuiter, ubi timere habes ea deum, quæ præcepit, & uoluit, non uelle, sed prohibere & odisse, cum in exteris id timeatur solum, ne fecerimus quæ constet esse præcepta. Quis hanc cõtradictionis diuinæ (ut sic dixerim) inconstantiam incomprehensibili constantia constantissimam ferat, nisi sit uir secundum cor dei electus: sicut iste Dauid & Abraham: cum hic uideatur ueritas dei ipsa nutare, & odium sui (omni humano iudicio) prouocare? Verum sic est occidẽdus affectus ille seruitutis mercenariæ, qua deum propter nos ipsos colimus, qua in deo & propter deum inuicem inflamur, superbimus, zelamus, odimus, & nihil non mali sub nomine & cultu eius, & pro salute animarũ (ut uocamus) facimus. Quis enim nostrum habens uel Abrahæ, uel Dauid promissionem, nõ hoc ipsum præceptum dei, etiam contra angelos obtenderet, si quis nobis contraria intẽtaret? Adeo profunde carnis affectus fatus est in hominem, ut necesse sit deum se nobis, quasi incõstantem offerre, quo erudiamur, nulli rei nec diuinæ & æternæ, peruerso affectu adhærere.

Quæ sit timoris dei necessitas.

Theologia minime Philosophica.

Tria offert perdenda quæ magno dolore amittimus: animã, uitam, gloriam. Animam persecutioni & captioni, uitam cõculcationi, gloriam sepulturæ deuouet. In hebræo enim dicitur: Et gloriã meam in puluerem sepeliat, collocet, quod tamen idem est cum nostro, sed clarius.

Tria perdenda Dauid deo obtulit.

Videtur autem animam & uitam sic discernere: ut anima significet (ut dixi-mus supra) ipsam substantialem uitam, qua corpus uiuificatur: Vita uero conuersationem, seu, res gestas in corpore per animã, sicut & Græcis uidetur Ζωὴ & Βίος differre, & in nostra uernacula, licet eodẽ uocabulo (**leben**) tamẽ ualde distincto sensu utimur, qũ de naturali uita & opibus uitæ loquimur.

Explicat his uerbis affectum suum, in quo erat, quando .ij. Reg. xv. dixit: Si dixerit mihi, non places, præsto sum. Et illud .xvj. Dominus præcepit ei, ut malediceret Dauid. Tunc enim paratus fuit, animam, uitam, gloriam regni amittere, ut patet. Ideo in hunc affectum, hæc nunc psallit, ut exemplo suo erudiat omnes nos, quid cogitandum, quid dicendum, quid faciendum sit, & ijs qui similia paterentur. Est ergo sensus: si coram te talis fui, fiat quod fiat, libens cedo, occidat Absalom & Achitophel animam meam, nec sit qui me saluetã persequẽte, nec qui eripiat a comprehẽdente, paratus sum tuam uoluntatẽ ferre, & pœnam meritam soluere: Deinde & uniuersa quæ uixi, seu, uiuendo gessi, conculcet in terram, id est, destruat & deijciat, ut nõ sint ultra aliquid in oculis & auribus, ac memoria hominũ, libens hæc amitto: Inueniar ego in uita mea malus, inutilis pernicios us, fuisse dignus qui conculcetur uilissime in terra, quem omnes supplantent, & ut lutum platearum terant, inimicum uero omnes eleuent, extollant, in cœlum uehant: Sint omnia illius coram te & hominibus mirabilia & magna, & digna quæcunq; fecit, facit, facietq;. Nec hoc

Sensus Psalmistæ.

contentus:

contentus: Age & gloriam meam, potestatem præsentem, futuram, nō solum minuat, sed & in puluerem sepeliat, nunq̄ redituram, æternaliter obscuratam: Eat thronus regni mei, Eant uxores & liberi, eant amici, eant res & omnia, ex quo q̄ gloriosa illa promissio de futuro mihi facta Christo, quā omnibus alis incomparabiliter chariorem habui, in qua una mihi spes, gloria, & gaudium erat, offero & ego meum hūc Isaac, cum patre meo Abraham, longe dilectissimum. O uir secundū cor dei uere electus, quis huius cordis affectū digne æstimet, nedum eloquatur? Nos maximum arbitramur, si mortem oppetimus, & animam ponimus: Hic non mori simpliciter, sed a persecutore comprehendi paratus est, & in manibus hostiū traditus extingui, non inter charorum turba lamentate obdormire, sed inter furētes, illudentes, triumphātes hostes occidi. Nos quid non facimus? quas non tragœdias mouemus, si uel unum opus aut uerbum nostrum uituperetur, aut etiam non celebretur? Hic tot bellorum triumphis, tot miraculis, uicto Goliath urso, tot pijs operibus, tot cultus diuini augmentis clarissimus, non modo sinit sua illaudata haberi, sed etiam sicut lutum platearum, in perpetuum omnia cōculcari, & magis ac magis conculcatibus omnibus annihilari.

Certamē pro debitis iure diuino.

Nos, quas cædes? quos impetus saltē non molimur si non possumus operē explere, uel in uniuersum humanū genus, siue pro uetustis ditionum titulis, siue pro præsentibus priuilegiolis quibusdā rerum suarum? Hic ter inunctus diuino præcepto in regem, accepto Christi nascituri oraculo infallibili, uniuersum regnum cum tanta gloria, non modo libentissime ponit, sed paratus est nunq̄ recipere, mansurus reprobus, & inglorius in æternum, tantis & inæstimabilibus his omnibus ornamentis in puluerem usq̄ sepultis. Quid potest hoc affectu cogitari durius, profundius, sublimius, breuiter mirabilius? Habuit hæc omnia iure diuino, nec uno loco diuinitus mandata: Cur non insanit pro iure diuino? An impius est quod contra ius diuinum suam monarchiam, non per sanguinē & mortem repetit, tuetur, seruat? Sicut hodie uidemur esse omnium pijssimi, si pro rebus temporalibus affixo iuris diuini titulo, cœlum & terram misceamus, nihil timentes deum, qui si quid etiā iure diuino haberemus, hac tamen superbia & contentione offensus, merito cassaret omnia. Si Dauid timuit præceptum dei in se mutatū, qui tot signis, tot mandatis dei, tot unctionibus prophetarū rex creatus est, tā solida, p̄missione Christū futurū accepit: Obsecro, quod præceptum? quæ promissio quātumlibet dei, nobis esse potest occasio superbiæ, belli, contentionis, & similium tragœdiarum? Metuendum profecto, q̄ ibi Ecclesia c̄ minime sit, ubi maxime pro Ecclesia tumultuatur, quando quidem uidemus deum esse impatiētissimum abusionis suorum promissorum, ac terribilem in consilijs & mandatis super filios hominū. Sed hæc

Nota bene.

satis. Non hæc dico, q̄ uelim ulli suum ius, ac debitum auferri, uel impugnari, sed quod docendi sumus per hæc scripturæ uerba & exempla, ut is qui aliquid obtinet ac possidet, quantumlibet iusto titulo, cum timore possideat, & non ui, sed oratione & patientia illud defendat, paratus cedere, si deo placuerit. Nec enim satis potest scriptura explicari, si non præsentis seculi exemplis aptetur & monstretur. Sic enim Græca & Latina Ecclesia in contentione de principatu utraq̄ peccasse uidetur, q̄ neutra alteri cesserit, cum in timore dei utraque cedere debuisset, nec ideo amisisset utra principatum huiusmodi, sed longe felicius fuisset seruatus, si non pugnantibus pontificibus, sed orantibus, hoc est, non uolentibus hominibus, sed miserante deo fuisset

Contentio de principatu in Ecclesia.

seruatus,

sertatus: sicut hic Dauid orat quidem, & tamen simul sese offert, uelut petens cum Christo transferri calicem a se, & tamen uoluntati dei obediēter cedens. Sicut in lege Mosi scriptum est: Quod iustum est, iuste exequaris, Ita fit, ut etiam habens iustissimam causam, coram deo sit reprehensibilis, si nō in timore dei eam tutetur. Non respicit deus superbos & contētiosos q̄tumlibet iustos. Sic legimus in Iob contigisse, pro cuius causa deus ipse sententiam tulit, & tamen cum ipsum reprehendit. Talis timor & humilitas, & hodie nobis necessaria est, qui certamus de Theologiæ synceritate, & Ecclesiæ potestate: possumus utrinq; deo reprehensibiles esse, etiam in iustissima causa, nisi magis orationē misericordiam dei, q̄p nostræ causæ fiducia uictoriā quæramus, orandum ut ueritas triumphet, q̄p si non per nos id fieri placitum est, fiat per quencunq; placuerit. Nemo speret sese feliciter mandatis dei in timore & humilitate) præmum omnium mandatū (quod est cultus dei in timore & humilitate) præuaricetur. Nam hoc mandato omnia alia regulant, sine quo iam mandata non sunt. Nihil ergo placet, quod non in timore & humilitate geritur. At ubi hæc facies hodie in Ecclesia? Quid est Ecclesia hodie, nisi quædā schismatum cōfusio? ubi non nisi pro iustis causis & diuino iure, sine ullo timore dei, tumultuamur, & dum omnia mādata implemus, caput, uitam, regulam mandatorū pessundamus: Cæcitas, Cæcitas, Cæcitas.

Corā deo reprehensibilis iustissima cā.

Primum mādatum.

Surge domine in ira tua, & exaltare in finibus inimicorū meorū: & exurge domine deus meus, in præcepto quod mandasti.

Hæc in hebræo uno uersu dicuntur. Est aūt uersus obscurissimus, nec hodie cognitum, quid aut de quo loquatur. Hieronymus sic transtulit: Surge domine in furore tuo, & eleuare indignans sup hostes meos, consurge ad me in iudicio quod mandasti. Verum indignans super hostes, non ita in hebræo habet. Temerabo & ego, uersum ad uerbum sic transferēs: Surge domine in ira tua, & leua in iracundijs tribulatorum meorum, & suscita ad me a iudicio, mādasti. Vbi uocabulū quod nostra dicit, in finibus, hebræis affine & æquiuocum ferme est, cum irascendi uerbo, quare ab irascendo, magis q̄p a finibus, Hieronymum secutus, deduxi. Solœcismus autem iste, a iudicio, mandasti (quem nostri pronomen quod, sustulerūt) etiā in alijs locis inuenit, ut psal. l. Exultabūt ossa, humiliasti: ubi nos ossa humiliata dicimus: ac si hic, a iudicio demandato, dicetur. Ego pro meo sensu adderē, non quod, sed quia, ut quia tu humiliasti, quia tu mādasti. Exaltare autem, seu eleuare, siue leua, æque est æquiuocum ad leuā dū, & ad uastandū, quod & in statu absoluto hic ponitur potēs significare, ut dñs uastationē mittat in iras inimicorum, hoc modo: eleuare in iras inimicorū, id est, fac uastitatem & destructionē irarum, quibus fremunt in me tribulatores mei, scilicet Absalom cū suis. Ad idē redit, quod leua, seu eleuare, seu exaltare dicitur, uult enim dicere: leua, id est, fac ut leues, & mittas super eos manū tuam, in furias eorum, omnino eodem sensu, quo psal. cxxxviij, dicit: Si ambulauero in medio tribulationis, uiuificabis me, & super iram inimicorum meorum, extendes manum tuam.

Et suscita ad me. Vbi pro, ad me, nos habemus, domine deus meus, quia sine punctis potest legi, uel, deus meus, uel, ad me. Et suscita pertinet ad eū qui excitatur & expergiscitur uelut a somno, sicut & alibi dicit: Exurge, quare obdormis domine?

A iudicio

A iudicio, seu, ut nostra habet, in præcepto, mihi intelligēdū uidetur, a iudicio, a quo iudices & rectores nomē habent, de quo psalmo primo dictum est: Non surgent impij in iudicio. Et psalmo. cxxj. Illic sederunt sedes ut ibi sederent iudices. Et psalmo. lxxxj. Deus stetit in synagoga deorum, ut sit a iudicio idem quod propter iudicium, seu causa iudicij, sicut psalmo. xxvij. A templo tuo, quod est in hierusalem, tibi offerent reges munera (id est, propter templum) Quo modo & psal. iiij. A tempore frumenti & uini sui multiplicati sunt. Qui usus huius literæ, Mem, seu præpositionis, a, uel ab, communis est. Non rationali apparet æquiualere ad sensum illius psalmi. lxxx. Quia præceptum in israel est, & iudicium deo iacob. Sic & hic, a iudicio, id est, quia iudicium & causam dñi iudicarēt habitatoribus eius præcipit. Ita propter iudicium dñi agunt in pplo. Facile aūt est hoc sensu accepto, per præceptum idem quod mandasti. Sic Iosaphat. ij. Paralip. xix. Præcipiens iudicibus: uidete quid faciatis, non enim hominis exercetis iudicium, sed dñi. Et infra, ut ad se exurgere petit, ut non præualeāt impij, qui magis tyrannidē suā, q̄ iudicium

quærens, nisi ut ueritas dei stabiliatur, & mãdato eius satisfiat, quod nisi esset, libens illorum furori cederet. Et hic iam incipit tentationis affectus, peracta caligine tribulationis, rursum respirare in fidutia dei misericordiæ, ut & nos ita facere discamus, in nostris tribulationibus: Exemplo enim nobis hæc & gesta, & scripta sunt.

Et synagoga populorũ circũdabit te, & ꝓpter hãc in altum regredere.

Hoc uersu (ut cœpto nostro sensu perseueremus) ostendit Dauid nõ pro se sed pro populo sollicitum esse, primũ enim petijt in iudicium restitui, nec sui nec populi respectu, sed solius dei intuitu, qui sic mãdarat, ut primo dei in hoc uoluntati seruiret, Iam a charitate dei descendit in charitatem proximi, ut ho minibus eodem dei præcepto seruiat: Fac, inquit, oro, ut populorum turba rursum circundet me, mihi adhæreat, mihi subijciatur (nam optatiue loquitur per futurum indicatiui. Sicut gloriatur psal. cxiiij. Qui subdis populum meum sub me) hoc enim in eorum redũdat salutem, si tibi obedierint, qui me illis de disti regem, ne errent sicut oues sine pastore, ne sicut populus sine duce cuili bet latroni expositi sint: Si ego indignus sum, tu tamen dignus es cui obedi am, & illi digni ne propter me tradantur in direptionem, & dispersionem: Sed rursus me in caput restituto, colligas dispsiones Israhel (psalmo. cxlvj) & mem bra ad corpus suum. Ita enim pius rector populorum, quantum ad spectinet, sua mala metuet in populi periculum, & perditionem redũdare. Huius exem pli finge, uel sanct. Athanasium, uel Hilarium, aut similes tempore Arrianæ factionis in exiliũ electos de sedibus suis: nam nostro seculo, non uideo unde possit peti exemplum, quando nulli committere audent, quo digni fiant ele ctione. Hij ergo sancti patres, ut ab ambitionis nequitia fuerunt alienissimi, ita (ut ipse Hilarius confitetur) debito compositi sacerdotij, optabant Arrianis deiectis in sua sede ministrare deo, & populo per uerbi ministerium prodesse, sua uero absentia, populis sibi creditis, misere & anxie metuebãt a lupis hære ticis, & uerbo dei uim fieri amare ferebant. In horũ persona, si hos uersus ores, & exemplũ Dauid uidebis, & apte ad affectũ uerba quadrare experieris. Esset idem exemplum, si quis Episcopus, uel prælatus pro ueritate & pietate officij sui excommunicaretur, uel deijceretur, & populus ab ipso alienaretur, pesti feris suasionibus, detractionibus, mendacijs seductus. Nam ut alio malo non periclitetur populus, certe calumnia & detractione prælati sui boni uiri ad mendacium, & odium ueritatis animaretur. Qualibus totum Israelem subuer sum, & sui causa perditũ, tantis æstibus Dauid ingemiscit, ut irã dei in illorum furorem inuocet, necessaria certe pro populo seruãdo oratione. Melius enim est etiam perdi illos impios, ꝙꝑ populum in impias opiniones induci. Cum Apo stolus etiã anathema esse uelit, q Galathas a ueritate deturbassent.

Exẽplo Athanasij & Hilarij orãdum.

Mire autem temperauit uerbum, ne diceret, circundabit me, sed circunda bit te, hoc est, congregabitur tibi. Vbi nõ modo id indicat qd supra diximus, Iudicium non hominis, sed dei esse, quod præcipiente deo geritur, Ideo nõ ho minibus, sed deo cõgregãtur, qui ad ministranti homini in opere dei congre gantur: Verum & illum tropum refert, ubi dominus in scripturis, sæpius scri tur in medio populi sui, Sicut psal. xlv. Deus in medio eius non cõmouebitur, Et. ij. Cor. vj. ex Leuit. xxvj. Et inambulabo inter uos, & ero uobis in deum,

& uos eritis mihi in populum. Aptissime sane sic loquitur pro hoc tempore. Nam Absolom & qui imitantur eum, non id quærunt, ut charitate seruiant, sed ut potestate dominentur, non, ut populum ad deū, sed ad seipsos congregent. Ipsi uolunt esse Idola, quæ circūdentur a populis, non enim dei gloriam & populi salutem, sicut decet fideles mediatores, quærunt, sed suam tyrannidem. Quare hoc uersu percutit omniū illorum arrogantiā & ambitionem, qui populo tantum, ut suo commodo principētur, præsunt, id ne fiat, tam pie & ardēter orat uir dei electus. Quod malum certe in Ecclesia hodie supra modum grassatur, irascēte deo, dum cēsuras hominū longe supra minas dei timemus, & præ personarū respectu, deum penitus nō uidemus.

Ita & illud, propter hāc in altū regredere, seu, ut heb. habet, reuertere. Non dicit, repone me in altum, sed tu reuertere in altitudinem, nō, inquit, propter me, sed propter synagogā populorū: Huius enim me miseret, huius casum & seductionem indigne fero, pro hac oro, non pro me. Vide ergo, sicut supra amore fratrum præcatur, pro eorum salute, utrinq; pie sollicitus, ne deo non satisfiat, & nebo mines pereant sui causa, ut stet officium dei, quod populos regat, & obedientiā populi, quæ obtemperet, neqñ sit, aut populus sine deo, aut deus sine populo. O uocē pontificibus, pastoribus, rectoribus, magnatibus cōmendādam, memori mente tenēdam, & fideli studio obseruandā. Quando autem deus de-

Deus locum suū deserit.

seruit altitudinē, ut necesse sit ei ad eam reuerti? Quoties uidelicet, ambitiosus in loco dei sedet, nam hic dum populū dei sibi subiicit magis q̄ deo, certe quantum in ipso est, extollitur (iuxta Paulum) supra omne quod colitur, aut, quod dicitur deus: Atq; hic est antichristus. q̄ si in Ecclesia cōtingat omnes pontifices esse ambitiosos, & in populum dominari, sibiq; populum subiicere,

Nota.

non Christo, Quis dubitet tum Antichristum regnare? Reuertitur autē deus in altitudinem, dum deiectis ambitiosis Absalomis, rursum constituit iudices sicut antiquitus, qui populum deo congregent, dei præcepta doceant, traditionibus hominum postremo loco habitis.

Nec miretur quispiam, id esse in altitudinem reuerti, q̄d est suum iudiciū, suam potestatem, suum officiū, suum ministerium resuscitari, quādo in spiritu prophetam loqui scimus, ideo de spirituali exaltatione dei intelligendū, qui exaltatur, dū nos ei subiicimur, uerbū eius audimus, opa eius uidemus, & hæc omnia ministerio hoīm. Quare hic psalmus est oīo longe omniū affectuosissima pro pōtificibus, bonis rectoribus impetrandis, quā utinā hodie p Ecclesia Christi dignis uerborū affectibus singuli oraremus, neq; enī unq̄ fuit tāta hæc orādi necessitas. Quid enī hodie in Ecclesia uidem⁹ q̄d his uerbis respōdeat? ubi sunt q populū ad Christū eo studio p̄mouent, q̄ ad seipsos? Quis tāta cura fatagit, ut magis deum timeāt Christiani, q̄ potestatem pontificū? In peccatis deum offendentibus, secure etiam ridemus, in offensis pōtificū, nihilnō furiarum intētamus. Deinde ad nostras pompas, ad nostras cerimonias, ad nostras potētias, ad nostras leges cogimus: Sed ad uerbum Christi, ab charitatem spūs, tantum abest, ut congregemus, ut summo studio etiam laboremus, ne populus Christum, & ueritatem intelligat, neue aliqñ cōcordes sint fideles Christi, præsertim principes & reges, donec id ausi simus docere: Esse scandalosum si uulgo syncera pietas Christi tradatur, scilicet, q̄ non sit (nostro sensu) res parui periculi, si populus syncere Euāgelium pernoscat, si uerbum dei, uerbis hominum præferat, si recte pietatis opera puerilibus operū speciebus prælegat,

Oratio idonea pro pontificibus.

Nota præstiatorū indigni tatem.

Nimirum

Nimirum q̄ hinc fames & penuria nobis sint occursuræ, aut certe põpa, quam ex mundo rapuimus, ruitura. Breuiter tempora illa periculosa hodie agũtur, in quibus, non deum, sed hominem adorare cogimur.

Dominus iudicat populos. Iudica me dñe scd'm iusticiam meam, & secd'm innocentiam meam super me.

Hic plane seipsum reddita ratione exponit: quid uoluerit intelligi per regressum dei in altitudinem, per iudicium diuinitus præceptum, per congregationem populorum circundantium deum. Cur (inquit) non ita loquar? Non nos sumus, qui regimus, qui iudicamus, qui loquimur, dñs iudicat populos, ipsius solius est iudicium in populis, ipse loquitur, ipse iudicat, ipse facit in nobis omnia. Non dominabor (ait Gedeon Iud. viij.) uestri, nec dominabitur in uos filius meus, sed dominabitur uobis dñs. Ecce uir sanctus, nõ ad se admisit congregari populum, etiã postulatus, sed ad dominum eos reduxit. Contra. j. Reg. viij. dixit dñs ad Samuelem: Non te, sed me abiecerunt, ne regnem super eos. Non q̄ malum esset regem petere, uel habere (nã postea ipsemet dedit eis reges) sed quod affectu cæco magis in regem hiabant, q̄ in deum, qui non id quærebant ut per regem ad deum raperentur, idonei scilicet, quos tyrannus ediuerso sibi, nõ deo subiiceret, sicut & in Saule eis cõtigit, quem petebãt. Ex quibus oĩbus patet, q̄ sit manifestus furor dei, quãdo ipsemet nõ iudicat, seu non regit, sed finit Absalomos ambitiosos iudicij locum tenere, ut digni nõ simus uerbũ dei audire, nec opa eius uidere, sicut prædixit Lucæ. xvij. Venient dies qñ desyderabitis uidere unum diem filij hominis, & nõ uidebitis.

Quõ tẽpus furoris domini cognoscẽdũ.

In hebræo futurum est, iudicabit populos. Q̄d uel optatiue per modum precationis intelligi põt in hunc modum: Obsecro, ut tu sis iudex populorum, ne sinas homines iudicare, & populum tuũ seduci hominum uerbis & operibus. Vel assertiue per modũ spei suã precationem exauditã fidentis, q̄d mihi placet, in hũc modum: Confido, & certus sum me exauditũ, ut rursus tuum uerbum, tuum opus, tuũ iudicium, populum cõgreget, quẽ impij illi suis uerbis & operibus diserserunt, & tibi subtraxerũt occasione mei.

Ideo postq̄ cãm dei, & populorũ egit, nouissime agit & suã, orans, ut innocentia sua manifestet. Siqdem nec dei, nec populorũ causa resarciri potuisset, nisi, deiectis impijs, innocẽtia sua defensa fuisset. Ita necessitas gloriæ dei & salutis populi cogit, ut & suã causam iustificari petat, q̄diu enim ipse damnatur inique, tãdiu necesse est, nec dei iudiciũ, nec ppli obẽdiẽtiã uera esse, cũ inique damnatũ nõ audiãt, audiãt aũt iniquos illius dãnatores, & persecutores.

Orãdus deus ut iustificet causam ueritatis.

Ita uidemus non satis esse, siquis ob iustam causam, ut pro ueritate patiatur, rem deo cõmittere, & paratum esse cedere, & in puluerem cũ gloria sua redigi, sed sollicite oportet orare, ut deus iudicet, & iustificet causam ueritatis, nõ pro suo ipsius commodo, sed pro ministerio dei, & populi salute, quorũ salus sine periculo non est, nec sine tua culpa, si stulta humilitate, pro ueritate & iusticia tua seruãda, aut resuscitãda, nõ ores sollicitissime. Nam nõ tantũ curare debes q̄ humilis & abiectus tu esse possis, q̄tum ne populus a ueritate & iustícia simul alienetur, & mẽdacijs ac iniqtate illaqueẽt: Ferenda sunt mala, & iniqua, sed sic, ut charitatem in alios nõ amittas, quæ sollícita sit, nõ quõ tu surgas, sed quõ illi non scãdalisent, & pereãt, ꝓpter fratres meos (inqt) & ꝓximos meos, loquebar pacẽ de te. Sic Paulus gratias agit deo, q̄ uincula sua nõ modo nõ fecerint Euãgelio impedimentum, sed etiã promouerint.

Dicit ergo, cum tu sis iudicaturus populos, & ad te solum id pertinens populus te rursum circundabit, & tu rursus in medio eius eris, sicut oraui ut idipsum eo felicius procedat, iudica & me, scd'm iusticiam meam, & innocentiam meam, ostensurus cp uerba maledica huius Aethiopis falsa & mendacia sint, ne iudicio huic tuo, & populorum saluti, quid obstet falsæ criminata iusticia mea.

Diximus autē psal. iij. aliud in sacris literis esse iusticiam meā, & iusticiā dei cp illa sit causa cuiuscp ꝓpria iusta, qua corā hominibus, & in cōscientia satis irreprehensibilis, licet corā dei iudicio nō sufficiat. Hæc uero, sit gratia & misericordia dei iustificans nos, etiam coram deo. Ideo uigilanter addit, Mea, ut separet eam ab illa, de qua in fine dicit: Confitebor dño scd'm iusticiam eius. Distribuit forsitan iusticiā suam, & innocentiam suā ad duo illa superiora: Si istud, si est iniqtas in manibus: quæ illi Semei obiecerat. Vt iusticia sua sit, non esse reum sanguinis Saul, quin potius nō reddidisse retribuentibus mala, nec dimisisse uacuos hostes. Innocētia, seu integritas, seu simplicitas (hæc enim bræum sonat) sit, nō inuasisse regnum Saulis autoritate propria.

Quid aūt illud super me? Hiero. trāsfert: Quæ est in me. At cuius iusticia nō est in ipso? An forte hoc addit maioris discriminis gratia, cp iusticia dei qua iustificamur corā deo, nō est in nobis, sed in deo, & extra nos? ut scilicet nulli relinqueret ansam inflādi suīp̄ius de iusticia ꝓpria corā deo. Et si ꝓpter aliorum salutem innocētia debet corā hoībus iustificāda quæri, ut dictum est,

Consummetur nequitia peccatorum, & diriges iustum, scrutans corda & renes deus iustus.

Iterum interpres uariat more suo. Nam qd'm psal. v. malignū trāstulit, dicens: Necp habitabit iuxta te malignus, hic trāsfert nequam, seu negtiam. Et quod psal. j. impiorum, hic peccatorum reddit. Quid autē sit impius, impietas, malignus, malignitas, abunde psal. j. &. v. dictum est. Præter hæc, latinus interpres iustum in fine uersus abstulit, & sequenti adiecit contra hebræum & græcum, nec sine improprietate, dicens: Iustum adiutorium meum a dño. Quasi a dño adiutorium aliud iniustum, iustus habere possit.

Hebræus ita & Hieronymus: Cōsummetur malū impiorum, & cōfirmetur iustus, ꝓbator cordium & renum deus iustus. Docet aūt hoc exemplo, & nos magis oratione apud deum cōtra impiorū malignitatem, ꝓ iustorū innocētia agere, cp ꝓpriis uiribus, & tumultu. Alia enī cp impi ratione nos pugnamus, illi uiribus ac tumultu, nos oratione, uerbo, & patiētia. Cōsummetur (inquit) quod sonat, finiatur, deficiat, cesset. ut psal. ciij. Deficiant peccatores a terra, & iniqui, ita ut nō sint. Cui per Antithesin cōtrarium precatur, ut cōfirmetur iustus, id est, ꝓsperetur, dirigaē & stabiliatur, eo magis q impi cōsummūtur. Nec absurdū esset, si iustū, in neutro genere contra negtiam impiorū in abstracto ꝓ iusticia, uel re iusta, seu causa iusti, acciperetur. Quo mō Ro. viij. Apostolus dicit: Pro iusto uix quis audeat mori. Verum hæc sunt parui momēti.

Vt pij ac impij diuerse pugnent.

Intelligendus aūt est Dauid, & hunc uersum nobis in exemplum sic orasse pro instituēdo recto affectu. Nō enim uindictæ studio, sed zelo charitatis dei, & hominum, quo & præcedētes, orauit. Qui enim uindictæ cupidi sunt, non nouissimo loco, sed primo petunt aduersariorum casum: Hic aūt primo loco sollicitus fuit pro deo, deinde pro populo, & sic ordine uenit ad suam causam,

ac nouissimo

ac nouissimo ad aduersarios: quos ideo finiri optat, ut dei ministerium, & populi salus non periclitentur, ut diximus. Quod periculum tolli nō possit, nisi impiorum malignitas finiatur, & causa innocētiæ iusti iudicata firmetur, idq; iudicante, & uindicante deo. Quare sicut malum impiorum fuit tempore Dauidicæ tribulationis, tyrannis Absalom & suorum, iustitiam opprimentium, ita in Ecclesia cuilibet inique oppresso, malum est sui Absalomi uis, & tyrannis quam patitur.

Renes & corda nōdum habuimus, frequēter in scripturis memorata, & hic semel tractanda. In Leuitico, cap. iij. de hostijs pacificis eruditēs sacerdotes, fere totū de renibus, seu renunculis, reticulis uitalium, & adipe & pinguedine interstinorum sacrificium absoluit. Ex quo loco uerisimile est, deſumptā tot locis, renum memoriam, proinde ad naturam eundum. Dicunt Physici, renes duos lumbis adhærere, & hos esse libidinis & uoluptatis organa, sicut cor pauoris & fiduciæ, splen risus & lætitiæ, iecur seu epar, amoris & odij. Vnde & ren a græco uolunt dici, qđ fluo significat, quod e renibus obscœnus libidinis humor fluat. Ita & lumbi, in qbus regnant renes, sustinent libidinis infamiam p scripturas, ut ibi: Sint lūbi uestri præcincti. Et erat (heb. viij.) Leui in lumbis Abrahæ patris sui. Et, de femore Iacob (Geñ. xlvj.) exaginta animæ egressæ sunt. Perspicuū est ergo, per renes intelligi delectationes, seu uoluptates, quas oporteat offerri deo, per mortificationē crucis. Easdem uel lætitias earū sotias, significāt & reticulum iecoris, & omnis adeps, q omnis lætitia, oīs amor, cum uoluptatibus offerēda sint deo, nec in ullo lætandū, delectādumq;, nisi in deo, qui & solus amādus est. Sic Leuit. iij. dicit: Omnis adeps domini erit iure perpetuo. Quod Paulus, Mosi uelamen tollens, sic dicit primo Thessal. ult. Gaudete in dño semper, iterum dico gaudete. Sic & Dauid eodem spiritu Mosen intelligens, adipem ostendit significare lætitiam, psal. lxij. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, & labijs exultationis laudabit os meum. Igitur iecur, renes, adipem, pinguedinem, reticulum offert deo, qui, amore, libidine, delectatione, uoluptate, letitia, terrenis & corporalibus mortificatis, deū amat, deo fruit, in deo delectatur, lætatur & in ijs quæ dei sunt. Qđ sacerdotibus lex præcepit, id est, omnibus Christianis, qui sunt genus sacerdotale & regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis.

Renes quid significent.

Nota Phisicā.

Oēs Christiani sacerdotes

His cōsentit nunc beatus Aug. qui ubiq; per renes intelligit delectationes. Recte (inquit) temporalium & terrenarum rerū delectatio renibus tribuitur, quia & ipsa pars est inferior hominis, & ea regio est, ubi carnalis generationis uoluptas habitat, per quam in hanc erumnosam & fallacis lætitiæ uitam, per successionem prolis, natura humana transfunditur.

Cor uero, quia domicilium est sensus, significat consilia, studia, mentem, iudicium, opinionē, affectum, cogitationes, æstimationes, & his similia. Ideo prius cor, & renes, quod uoluptas & quæritur per opiniones & sequitur, & quisq; his delectatur quæ sibi bona iudicauerit, si obtinuerit. Hinc sapiētia carnis inimica deo ab Apostolo Ro. viij. dicitur, quod quærat uoluptates illi contrarias, his rapiatur, & his afficiatur, quæ prohibuit deus. Sensus ergo est, q omnium cogitatiōes & delectationes, omnium desyderia & uoluptates, deus solus scrutatur, nouit, examinat & probat. Quia ipse est spirituum pōderator: Prouer. xvj. Hæc grammatice. Cur autē hæc uoluit hoc loco dicere? aut qua cohærentia conueniunt cum præcedentibus? dixerat: Deficiat malignitas impiorum, & procedat causa iusti. Verum quia alia sunt hominum iudicia, & alia dei,

Cordis significatio.

alia dei, immo contraria. Coram hominibus, qui uident ea quæ patent, Dauid autoritate Absalom & Semei, uir sanguinum, & reus malorum iudicabatur. Toto córde (inqt.ij. Reg. xv.) uniuersus Israel sequtur Absalom. Ita Absalom fulgebat, & iustus, rectus, bonus erat, in omnium oculis: Dauid sordebat impius, malus & noxius erat. Itaq; cum sit potentissima tentatio derelinquendi uniuersis ad aduersariũ congregatis, necessitate prouocat ad dei iudicium, qui iudicat scd'm cor. Et hoc consilio sese solatur & confirmat spem suam, retinens & bonam de deo opinionem capiens, quasi dicat: Et si omnes me deserant, ad Absalom autem oẽs confugiant, ille confirmetur, ego cõsummer & deficiam. Tu tamen dñe cum sis deus iustus, aliter q̃p homines iudicans, scd'm cor & renes uides, qd cogitent, nes probans nos oẽs, nosti q̃p iníque illi agant, cor & renes uides, qd cogitent, quid quærent, quo gaudeant, intellígis: Rursus, quid ego cogitarim & uolue rim, non ignoras, licet ille adsit, mihi desit, species longe cõtraria cordibus & renibus, ideo oro, fac ut cõsummetur illorum malum, & mea prosperetur iusti cia. Nam in hebræo iste uersus manifeste est deprecatorius, cum addaẽ dictio Na, quæ transfertur per aduerbium o, uel obsecro, ut, consummetur obsecro nequitia. sicut psal. cxvij. Obsecro domine saluum fac,

Potentißima tentatio.

Veritas non deserenda.

Erudímur ergo hoc uersu, quãtumlibet uel multi uel oẽs a nobis deficerint ad aduersarium, ne deficiamus in causa ueritatis. Nõ enĩ hodie nouum, totam multitudinem cum uniuersis magnatibus errare & íniquam causam tueri. Et si durum ac difficile sit hanc solitudinem ferre, cum hoc argumẽto, stulti suam causam unice gloriantur inuictã esse. Verum deus uiuit, cuius iudicium appel landum est & fortiter tenemdum, q̃ cor & renes ille probat, quía iustus deus, Quare nomen iustus oĩno ad hunc uersum pertinet, cum in eo sita sit uis tota sententiæ, & per Antithesin subnotet homines esse iudices iniustos, Sequitur ex his corda & renes dupliciter accipi, uel, ut sint non mortificata nec deo oblata, uel cõtra, per gratiã rectificata & purgata: Quía statim subdit de rectis corde, ostẽdens quæ corda deus probãs & scrutãs acceptet, dicens,

Adiutorium meum a domino, qui saluos facit rectos corde.

Hebræus ita per Hieronymum: Clypeus meus in deo. Significat enim protectionem ac defensionem. Et sunt uerba sese exhortãtis, ad spem in deum aduersus contrariam multitudinẽ in hominibus protectoribus fidentem. Præsertim aduersus uerba Semei, ubí dixit: Ecce præmunt te mala tua, & dedit dñs regnum in manu Absalom filij. Sit (inquit) ita, fidite uos in homine, qui scd'm faciem iudicat, ego protegi me cõfido a deo, qui scd'm cor iudicat. Quare Epitasis, in ꝓnomine Meum & Domino, eleuãda est cõtra pronomen, uestrum, & ablatiuum homine. Adiutorium uestrũ in homine, meum in dño. Sic enim & nobis faciendum est hoc exemplo in casu simili. Altera quoq; Epitasis similiter eleuãda est, in pronomine Qui, & accusatiuo Rectos, hoc modo: Homo saluos facit prauos corde, deus aũt rectos corde. Necessaria enim sunt hæc uerba passis, ut talem de deo opinionem constãtem sibí in corde erigãt, & seruent contra oĩa argumenta aliud urgẽtia, ne deficiãt a spe diuini auxilij.

Epitasis obseruanda.

Recti corde qui sint.

Quid autem sit rectum cor abunde diximus psalmo. j. in cõsilio impiorum, quod sit eius qui rectã opinionẽ de deo habet, q̃ non suo sensu ducit, hoc est, qui credit & sperat in deum. Sola fides enĩ rectificat, purificat, firmat cor, recta, uera, sanctaq; opinione dei, Et apte facit ad propositũ (cũ Semei maledicta sua,

etiam

etiam authoritate domini niteretur ꝓbare, recte Dauid expulsum, & Absalom ingressum, quo ostendat, q̄ soleant se prauicordes speciosо fuco honestare, & rectos corde uituperare: præsertim accedente populi plausu.

Deus iudex iustus & fortis & patiēs, nunqd irascet̄ ꝑ singulos dies?

Aliter in hebræo habetur. Deus iudex iustus & fortis, indignās tota die. Et quod fortis dicitur, nomē dei est qđ, El sonat, ut rectius diceret: Deus iudex iustus, & deus indignator tota die. Quare & patiens superadditum est. Quæsi tuum, nunqd, cum usitata distinctione uersus, interpretis est, nō textus.

Adeo autem profecit spes Dauid in tentatione ista, ut iam non solum non dubiter se exauditum & liberandum, sed etiam aduersarios moneat timere iudicium & uindictam dei: Deinde denunciet eis in caput eorum uentura quæcunq; in ipsum machinati sunt. Et q̄uis hæc post tētationem cecinerit, ut possit uideri, ex euentu ipso suæ tribulationis doctus, tribulatis solatium, & tribulantibus iram proponere, alios q̄ suo exemplo, & suorum aduersariorum periculo, ducere, tamen credendum in ipsa re media, talia illi fuisse meditata, quæ postea hoc carmine in publicum traderet: Nec enim unq̄ de deo desperauit, ideo cognouit fore, ut inimicis suis ista euenirēt. Sicut & modo & semper quilibet iustus uidens impios inique in iusticiam grassari, cum fiducia & cogitat & dicit, deum quem iustum iudicem cognoscit, hæc nō passurum. Sicut dicit psal. ix. Patientia pauperum non peribit in finem. Atq̄ id nō obscure indicat, quando in eadem historia Dauid tā sollicite mādabat, ut seruarēt sibi puerum Absalom, scilicet sciens & metuens ne in caput eius malum redundaret, sicut & contigit, & hic omnibus illius imitatoribus prædicit. Quare Dauid Absalō seruari mādabat.

Audiamus ergo cōcionatorem aduersarijs impijs quæ ꝓnunciet, pia sollicitudine cupiens eos a periculis eruere, & uere bonum pro malo reddens. Hoc scitote, inquit, deus iudex est, sed iustus, nullius respicit personā, nec multitudine mouetur, nec hominum laude fallitur, nec specie capitur, nec fauore mutatur, nec munere corrumpitur. His enī homines reddūtur non solū iniusti iudices, sed etiam iusti iudicis dei cōtemptores, dum placere hoibus satis esse putant. Rursum, nō damnat ꝓpter homines solitariū, uituperatum, maledictum, oppressum, pauperem, & contemptum. Breuiter, uel hoc solum uerbū (Deus iudex iustus) potens est, si digne pēsetur, humiles consolari, & superbos terrere, quod in Christo patiēte multū ualuisse, Petrus, j. Pe. iij, testatur, dicens: Tradebat autē iuste iudicanti. Qui enī hoc uerbum cogitat, facile ponit uindictam, quin miseretur aduersariorum quoq̄, ꝙ in dei iudicium incurrant.

Et fortis indignatur tota die, id est, assidue, ne putetis impij propitium esse uobis deum, quia eleuamini & potentes estis in iniquitate: Scitote & credite, aliter habet, q̄ apparet, deus iratus est, detestatur uos, indignatur, comminatur (hæc enim omnia hebræum uerbum significare dicunt) quotidie. Hæc nescientes impijs dicuntur, quia non sentiunt iram, nec credunt, nec timent. Verba enim spiritus sunt annuntiata de re absente, & nō apparente, per fidem apprehendenda. Nostra translatio uidetur omnia inuertere, priorē partem ad impios, & posteriorem ad pios aptans. Nam iustum ac patientem deum intelligimus super malos terrēdos, non autem irasci per singulos dies super bonos consolandos: iuxta illud psalmi. ciij. Non imperpetuum irascetur, nec̄ inæternum comminabitur. Et. xxxvj. Et non dabit inæternum fluctuationem iusto. Sed hebræus aptius concordat sequentibus.

Nisi conuersi fueritis, gladium suum uibrabit: arcum suum tetendit, & parauit illum.

Hebræi sic: Si non conuertet, gladium suum acuet. Quanꝯ & quia acuit, expolit gladium, reddit eum uibrantem, ut nō longe distet acuere & uibrare. illud, si non conuertet, dubium est, an ad dei comminationem, uel ad impiorum conuertendum pertineat. Licet Hieronymus referat ad cōuertendum, dicens: Non conuertenti gladium suum acuet. Forte absolutum uerbum est, adhuc Si non conuertet, id est, si non erit conuersio. Verum siue dicas, nisi conuerti fueritis, siue, non conuertenti, siue, si non erit conuersio, nihil periit sententiæ, quam potius uideamus.

Prophera ex crassa & humana similitudine desumit pro terrore incutiendo doctrinā, quia contra insensatos & induratos loquitur, qui iudicij diuini seueritatem (de q̄ prædixerat) non capiunt, nisi humanæ seueritatis usu indicatam. Ideo non uirgam, non baculum, non denicꝯ ullam adducit inter homines disciplinæ sæueritatem, nisi eam quæ mortē infert, gladium scilicet, & arcum, ut inculcet æterni iudicij, æternæ mortis, æternæ sæueritatis sentētiam. Quid enī

Gladius dei quid.

gladius dei est, nisi uerbum iudicij æterni? De quo ad Hebræos. iiij. Viuus est sermo dei, & penetrantior omni gladio bicipiti, q̄ dicet: Ite maledicti in ignem æternum. Gladij enim uocabulum scindendi, & interficiendi opus consignificat, præsertim cum ad id acui, & uibrari dicatur.

Dura ceruix impietatis.

Ad eosdem insensatos pertinet, q̄ non contentus gladij intentatione, addit & arcum, nec arcu contentus, sagittas enim describit, adeo dura est ceruix & frons impietatis, ut tot comminationibus opus ei sit, nec sic tamen mollescāt. Idem autem est arcus quod gladius, uerbum scilicet iudicij, per aliud, & aliud repetitum & significatum. Q̄ dicit parauit illum, idem est uerbū quod supra, dirige iustum: ut arcum paratum intelligas, tensum & directum ad iam iam ferriendos impios, sicut gladium uibratum ad scindendos.

Pulchre autem his uerbis iram dei proximam super impios describit, quod tamen non intelligunt, donec senserint. Quid enim profuisset Absalom & Achitophel, si multa millia annorum in sua malitia præualuissent, & tandem subito gladio iræ dei in æternam mortem abscissi fuissent? Nihilominus repentina & ꝓxima eis fuisse ira uideretur. Ita Ecclesiast. v. Ne dixeris peccaui, & quid mihi accidit triste? Misericordia enim, & ira ab illo cito approximant, & in peccatores respicit ira eius. Ne tardes cōuerti ad dominum, & ne differas de die in diem, subito enim ueniet ira illius, & in die uindictæ disperdet te. Et psalmo. xxxiij. Vultus autem domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum.

Et in eo parauit uasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit.

Vas instrumentum hebraismo.

Perstat in similitudine, sed apte simul æternum cruciatum exprimit, qui est mori & ardere. Vas hebraismo, significat omne instrumentum generali uocabulo, omnium rerum, ut psal. lxx. Confitebor tibi in uasis psalmi, id est, instrumentis musicis. Et Ezech. ix. Et unusquisq̄ uas interfectionis habet in manu sua, id est, instrumentum mortis, seu, ad interficiendum. Sic Act. ix. Paulus Apostolus, uas electionis dicitur, quod ab ignaris hebræi idiomatis non intelligitur idem esse, quod latine instrumētum electum, quod scilicet, eo uoluerit

Christus

Christus uti, ad gentes conuertendas præ cæteris Apostolis. Illi uero, ꝙ solum receperit in se gratiã electionis intelligũt. Cum data opera addiderit Christus, ideo uas electionis eum fore, ut portaret nomen suum coram gentibus & filijs Israel, & multa pateretur propter uerbum Christi. Ita hic uasa mortis, tela, iacula mortifera, idiotismo eodem dicit, ne insensati uilem hãc comminationem haberent, si uasa simpliciter, aut ludi, aut uenationis diceret, sed ut terrore mortis temporalis æternæ mortis terrorem concipiant.

Sagittas suas ardentibus effecit. Per Auxesin adiecit: Et uasa mortis, uel exponit, uel repetit. Ne iterum leuiter sagittas ducerent, pessimas & mortiferas intentat, pulchre seruans grande dicendi genus, quod augustis & potentibus uerbis constat. Hieronymus sic reddit: Sagittas suas ad comburendũ operatus est. Nostra tranlatio obscure ac pene barbare loquitur. Quid enim est ardenti bus sagittas efficere? an, ut ardẽtes ipsi iaciant sagittas? Occasio fuit, quod plurali numero hebræus dicit, לֹהֲטִים Ledolkim, quod Hieronymus ad comburendum transtulit. Poterat sic dici: Et in eo parauit uasa ad interficiendum, sagittas suas operatus est ad succendendum, seu, ut sint succendentes. Nam hebræum non potest ad uerbum reddi sic: Sagittas suas ad esse succendentes operatus est. Nec satis erat dicere: Sagittas suas ignitas fecit, licet de his loqueretur. Quia uerbum effecit, seu operatus est, de quo psalmo primo diximus, hoc loco habet, ut significet tam uasa mortis iam parata, ꝙ ignitas sagittas iam effectas, deum uero illis sic uti, & agere, ut occidant, & succendãt, quo præsentissimam iram & seueritatem ante oculos ponat, iam enim agit ut moriantur & ardeant impij, licet nondum moriantur, & ardeant.

Præterea dictio succendentes, etiam persecutionem & uastationem significat, psal. xi. Dum superbit impius incenditur pauper, id est, patitur persecutionem. Summa est hæc: his nominibus mortis & ardoris, sine dubio æternam mortem, & infernum prædicit. De quibus psalmo sexto dictum est sub uerbis iræ, & furoris, item argui & corripi, item erubescere & cõturbari. De his sagittis & Iob quæritur, & alias in Psalterio uidebimus. *Quid illa instrumenta uelint.*

Obseruandum ꝙ hucusq; non habuimus tantam in ullo psalmo aduersus impios comminationem & indignationem, nec tanto uerborum textu in eos inuectus est spiritus. Nam & in sequentibus eorum studia quoque recensebit, & non irrita modo, sed etiam in caput eorum reuersura ostendit, ut appareat omnibus, qui uim calumniarum patiuntur, in consolationem sui, quãto odio sint præ cæteris calumniatores deo. Nam in calumniam (ut dixi) proprie hic psalmus æditus est.

Ecce parturit iniusticiam, cõcepit dolorem, & peperit iniquitatem.

Describit eorum studia maligna, nullis nisi suis autoribus tandem pernicioſa, quæ appellat iniusticiam, dolorem, iniquitatem. Hieronymus sic: Ecce parturit iniquitatem, & concepit dolorem, & peperit mendacium. Primum uocabulum, quod iniquitatem uel iniusticiam iam diximus, hebraice est ipsum אָוֶן auen, a quo superius psalmo. v. &. vj. Operarios iniquitatis dici audiuimus. Vbi simul dictum est, idem pro dolore frequentius transferri, ut psalmo ix. Sub lingua eius, labor & dolor. Item psalmo. lxxxix. Et amplius eorum labor & dolor. Vnde & hic dici potuit: Ecce parturit dolorem. Solent autem

hæc duo

hæc duo uocabula עמל amal & און auen, id est, labor & dolor, fere conti-
gi, ut hic & iam dictis psalmis. Vnde rectius hic diceretur: Et concepit labo-
rem, proprie enim significat laborem, a laborando, ut psalmo. cxxvj. Ia-
num laborauerunt qui ædificant eam. His in germanica nostra respondemus
usitate, & simili uerborum numero & ualore. Es ist mühde und arbeyt-
ut Auen proprie sit, mühde a fatigando, Amal, arbeyt, a laborando, ut labo-
rem & difficultatem significemus esse in anxio cordis studio, & animi moles-
contentione, fatigatione, lassitudine, tedio. Talem autem esse eorum uitam,
Non est pax impijs. qui impie agunt, diximus: Quia nō est pax impijs, dicit dominus. Et requiem
illam non habent, de qua Christus dicit Matt. xj. Venite ad me qui laboratis
& onerati estis (Quasi diceret, q in auen & amal, yn mühe und arbeyt eins
& inuenietis regem animabus uestris. Adeo scilicet, præsens est pœna impio-
rum, ut eo ipso q male agunt, affligantur, & inquietentur. Labor est (inquit)
demum ipsa uoluptas. Et Plinius: Adeo omnis uoluptas assiduitate, sui fasti-
eium parit. Et Augustinus lib. j. Confess. præclarissime dicit: Iussisti domine,
& factum est. Ita ut pœna sui ipsius, sit omnis animus inordinatus. Et Sap. v.
Lassati sumus in uia iniquitatis & perditionis, & ambulauimus uias difficiles,
uiam autem domini ignorauimus.

Labor impio- Hæc autem pœna, siue molestia siue labor, proprie & insigniter fatigat,
rū insigniter quoties accidit industria, quæ data opera conatur cōtra pietatem sua stabilire,
fatigat. & (ut Apost. Ro. x. dicit) ignorata iustitia dei, suam statuere, hoc est, quæ in pe
rum pertinere diximus, qui superstitiosa religione, idolatria, inobedientia,
malum pertinere diximus, qui superstitiosa religione, idolatria, inobedientia,
proprijs & a se repertis studijs, operibusq; iustificari satagunt, deserto interim
mandato dei, uel etiam hominum, ad quod tenebātur. His enim, quia contra
deum incedunt, & deus eis rursum contrarius est, necessario occurrit multa
molestia, ut nihil nisi laborem & dolorem ex uniuerso quod agunt, reliquum
habeant: Sicut erudite Eccles. in multis locis uocat uanitatem, & afflictionem
spiritus. Cūm interim ij, qui spiritu dei agunt, sinuntq; se dirigi, multa pace in
deo fruantur, etiā si quid triste patiātur. Igitur auen primo iniquitatem, hic iniu
sticiam, infra dolorem interptari uidemus, quæ si in unum cōflentur, reddent
nobis malitiam illam, quæ id anxie agit, ut honesto titulo, p iustitia & pietate
habeatur. Vera enim impietas non eget labore, ut pietas sit.

Confidens in Ita hic Dauid iam spe firmatus, & uictor tētationis suæ, calumniatorum &
dominum omi tribulatorum suorū uim & studia ridet, immo misereat coram oibus, dicens:
nia ridet. Ecce quo loco sint calūniatores mei uideat qui uolet quāta eos tenet miseria,
quanto sint me incomparabiliter infeliciores: Non solū eis minatur deus assi-
due, non solum eis instat gladius, arcus, uasa mortis, & sagittæ succensūræ, sed
præsenti etiam pœna torquētur, & malitiæ suæ mercedem in seipsis recipiunt,
dum sollicīti sunt & æstuāt, qua nā ratione me opprimāt, & sese, me extincto,
securos faciant, plus miseris est negotij quomodo me perdant, q̄ mihi quo pe-
ream, immo ego qui in dei uoluntatem me obtuli, securus omnia expecto, illi
securi & quieti esse nō possunt, donec pariant, quod parturiunt, & impleant
quod cogitāt, & tamen quia cōtra iusticiam & deum cogitant, frustra harum
cogitationū doloribus & laboribus uexātur, cogitāt enim cōtra deum cōsilia
(psalmo. xx.) quæ stabilire nō poterunt. Tangit autē illud quod. ij. Reg. xvj.
& .xvij. Absalom dixit: Inite cōsilium quid facere debeamus. Vbi multis con-
siliis anxie res tractata fuit, quō Dauid occiderent, sed prorsus irritis omnibus

mirabili

mirabili dei consilio, non secus atq; Iudæi multo labore & dolore contra Chri/
stum egerunt, ut perderent eum.

Semper (inquit Augustinus) inuenimus eos maiora supplicia susti/
nere, qui faciunt, q̃ qui sustinere uidentur. Immo hoc in perpetrando quo *Maligni pera*
uis scelere contingit. Latro quot insidias metuit? quam horam? quem locum? *petuis cruci=*
quem hominem tuto habet? Adulter quot timoribus discrutiatur? quot ma/ *atibus tor=*
chinis utitur, anteqũ semel pereat? Ira omni flagitio, præsertim calumniæ ma/ *quentur.*
iora sunt suplicia, q̃ comoda, ubi nihil nõ periculi, nihil non mali cogitur su/
spicari miser: interim qui deo confidit, sicut leo impauidus & securus oĩa con/
temnit, fretus optima conscientia ueritatis & innocentiæ. *Consolatio in*

Docemur itaq; hoc uersu amplecti optimã cõsolationẽ in pressura calũniæ, *pressura ca=*
ut causa deo tradita, nõ tristemur, aut solliciti simus, nec tumultuemur, sufficit *lũniæ.*
nosse, dei causam nos agere. In qua sic diuidamus cum illis passiones, ut ab
ipsis externe uexemur, illi autem a seipsis interne, sint illi onus nostrum, dum
interim illis non modo nos, sed magis ipsimet sibi sunt multo grauius onus.
Vide ergo miserrimam impiorum, & calumniatorum conditionem. Deus est *Calũniatorũ*
eis onus, nos sumus illis onus, ipsimet sibi sunt onus. Quis non horum ma/ *miſera con=*
gis misereatur, q̃ impatiẽtius indignetur. Sane quilibet nostrum hæc impijs *ditio.*
imminere, & talia eos moliri nouit, quæ hic cẽsentur, sed cum uenerit hora ca/
lumniæ, non omnes in eadem scientia perstitimus, nimium solliciti feliciter
processura esse calumniatorum studia contra nos, quæ cõtra alios secure affir/
mamus nihil promotura.

Videamus ergo uerborum proprietatem. Ecce, inquit, uelut admirans
omnes ad spectaculum hoc insigne prouocat, quia longe cõtrarium sensibus
apparet: Parturit dolorem. Apte componit uerba, siq̃dem parturire, & ipsum
est cum dolore eniti, quasi cum dolore dolorẽ meditari eos dicat, sumpta me/
taphora, a mulieribus parturientibus, in quo pulchre studia anxia impiorum *Anxia studia*
& calumniatorum depingit. Quæ sunt (ut dixi) multa cura & periculo sua con *impiorum.*
tra ueritatem stabilire, ubi (ut ille ait) septem alijs mendacijs eget unum, ut ue
rum appareat. Et beatus Hieronymus: Multis eget falsitas, ut ueritas uideat.
Et concepit dolorem. Videtur inuersa sententia dicere debuisse: Ecce conce/
pit laborem, & parturit dolorem, cum prior sit conceptus, q̃ partus. Hoc ideo
mihi facere uidetur, ut impiorum & calumniatorum ingenium & prudẽtiam
nobis deliniet, qui dum innocentiam festinant opprimere, impatientissimi
sunt moræ, magisq; in hoc intenti, ut prius expleant animi sui malitiam, q̃ pru
denter consultent, prius incipiant, q̃ deliberent. Non enim ratione & consi/
lio, sed impetu & temeritate feruntur, ideo factum malunt, q̃ consultum. Ex/
pleto autem flagitio, tum demum ineunt cõsilia, quibus recte factum queant
tueri. Hic demum cõcipitur labor, & negotium iniquitatis malæ præsumptæ
defendendæ suscipitur.

Sic Absolom postq̃ expulerat patrem Dauid & suum Auen parturijsset,
dixit: Inite consilium, quid facere debeamus. Sic Iudæi Christum prius compre
henderunt, postea quærebant falsa testimonia, quibus eum accusarent. Sic om
nis calumniator suam Auen prius parturit, & proximo imponit, postea quæ/
rit, ut iustus aut securus p̃sistere possit. De quibus Prouer. xxx. Talis est uia
mulieris adulteræ, quæ comedit, & tergens os suũ, dicit: Nõ sum operata malũ.
Hãc parturitionem doloris, & conceptionẽ laboris, solemus germanice sic elo
qui: **Du richst ein vnglück an / da würstu zů schaffen haben.** Et prouer/
bialiter,

bialiter, **Du procкeſt in vnd würſts ſchwerlich vß eſſen.** Igitur & difficulter & periculoſe incipiunt imprudentes Auen operarij, hoc eſt, quod parturiunt dolorem: & multo labore ſudoreq; incœptum conãtur tueri, hoc eſt, quod concipiunt laborem. Quare optime docet malum cœptum ante conſilium prohibendum, dolorem, & conſilium poſt cœptum laborem. Vtrumq; enim genus contumeliæ & ſtultitiæ debetur his calumniatoribus impijs, tam factum ante conſilium, q̃ conſilium poſt factum, ut cum peruerſis, omnia ſint peruerſa. Verum hunc conceptum laboris intelligamus ſimul fieri cum partu doloris, Sic enim dicit

Impiorum conſilia.

impij calumniatores, dum aggrediunt malum ſuum: Agamus ubi factum hoc erit, erit, quod reſpondebitur, aut quo defendetur. Sicut Iudæi Matth. vltimo, quando cuſtodibus pecunia corruptis, ne Chriſti reſurrexionis ueritas retegeretur, dixerũt: Et ſi hoc auditum fuerit a præſide, nos ei ſuadebimus, & ſecuros uos faciemus. Vide, ut ibi concipiant laborem, dum onerant ſe futuris inuidijs malitiæ patrocinijs. Ita hic Abſalom & ſui parturiunt audacter Auentiendis ſuam, quo aũt conſilio eam tueantur, nondum parturiunt, ſed concipiunt ſcientes. Sicut Prouerb. xiiij. dicitur: Sapiens timet & declinat a malo, ſtultus tranſibit, & confidit. Quid autẽ ex eo conceptu pariant ſequitur:

Et peperit iniquitatem. Quod hebraice mendacium falſum & inane dicitur. Quod ad propoſitum, optime quadrat: talia enim ſunt conſilia, defenſiones, & excuſationes impiorum poſt factum ſcelus, meræ ſcilicet & frigidæ tergiuerſationes, mendaces illuſiones, & uanæ deceptiones, quibus ſe adornent, populo ſuadeant, & oppreſſum fœdẽt: Deinde uani & irriti conatus, pro ſua temeritate ſtabilienda, in quibus omnibus multum laboris & operæ perdunt, & omnia tandem fruſtra tentãt: ut hæc etiam noſtri ſeculi, exemplis uidemus contingere. Hoc autem loco, magis falſum & uanum intelligimus partum, q̃ iniquum uel mendacem: loquitur enim de uano conatu & irrito conſilio, quo deceptus falſusq; Abſolom, quando, collecto Iſraele toto, Dauid quærebat perdere. Ibi enim conſilium ſuum, & partus adeo euanuerunt, & in irritum ierunt, ut & ſuper caput ipſius ceciderint, & quod in Dauid moliebatur, ipſum contereret, ut ſequitur.

Lacum aperuit & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit.

Allegoriſſat propheta, quo, ut ſupra docuimus, ſimul & rerum quandam allegoriam oſtẽdit. Quemadmodum crux Chriſti, eſt uita allegorica, apparẽs occidere dum uiuificat: Ita hic Abſolom, lacum aperuit & effodit, ut Dauid in eum urgeret ignarus q̃ hoc ipſo Dauid liberaret, & ſeſe perderet. Tangit autem illud, quod Abſolom cogitauit multitudine fretus, Dauid ut unũ & ſolitarium ab omnibus derelictum uirum opprimere. Hic eſt enim lacus mortis, quem illi parauit, & effodit. Sed ecce, hoc ipſum contigit ei, qui derelictus ab omnibus, ſolus in quercu pendens confoſſus eſt, & proiectus in foueam grandem in ſaltu, comportato ſuper eam aceruo lapidum magno nimis, ut ſcribitur. ij. Regum. xviij. Hæc eſt fouea illa, quam hic recitat, & in allegoriam trahit: Non enim Abſalom eam foueam Dauid pararat, ſed mortem, quam paſhus eſt ipſe, illi intentabat. Ita & uſu humano dicitur, nobis paratum fuiſſe malum, in quod ceciderit imprudẽs aduerſarius noſter, etiam ſi tale quid, illenon pararit. Quare, puerbialis eſt hic uerſus, & gnomæ uulgaris, ſicut illa: Lex non eſt æquior ulla, q̃ necis artifices arte perire ſua.

Apparet crux Chriſti occidere dum uiuificat.

Dicimur

Dicuntur hæc (ut dixi) in cõsolationem oppressorum, ut sint securi, malum quod eis intentatur, uenturum in calumniatores ipsos: Simul in terrorem calũ nantibus & persecutoribus, quorum nimia præsumptio & securitas est deterrenda, & illorum infirmitas corroboranda.

Vide autem, q̃ exprimat ardorem & anhelantẽ furorem impiorum, q̃ non simpliciter dixit, lacum fecit, sicut infra dicit, foueam quã fecit, sed lacum aperuit & effodit, q. d. illud Prouerb. j. Pedes eorum festinant, ut effundant sanguinem. Ita sunt negotiosi & operosi in parando & fodiendo lacu. Nihil non tentant, omnia explorant, non contenti q̃ aperiunt, effodiunt, etiam profundum faciunt, ut quantotius & profundissime perdant innocentem. Sic ludæi quanq̃ festinarent ad Christum occidendum, & omnia in hoc pararent, non tamen simplici mortis genere contenti fuerunt, sed uelut profundissimam foueam effodientes ignominiosissimam crucis mortem procurarunt. Ita omnis calumniator non habet satis perdidisse quantotius proximũ suum, nisi, quantum potest, turpissime perdat. Hanc ignominiam mortis per effossionẽ paralaci indicat, quia tanto a luce & spe reparandi longior est, quo profundius immergitur. Nullus enim impius tam stultus est, qui uelit uideri innocentem sine causa perdidisse, immo quo est malignior, eo magis quærit uideri iustissima causa agere, & illum turpissima causa perdi. Ideo effodere illi necesse est Iacum aperire & effodere quid sit.

cum iam paratum & apertum. Et tamen foueam sibi nec aperuisse nec effodisse, sed fecisse dicitur, quia nec mortem nec ignominiam suam quæsiuit, incidit potius imprudens.

Iterũ hic solœcismus est. Incidit in foueam, fecit. Vbi nostri addunt, quam, ego autẽ, quia, ut supra. Et quod, aperuit nos habemus parauit dicitur in heb; Parua hæc, quia utrobiq̃ intelligit, lacus prius paratus q̃ effossus, contra omnium sensum, quia id quod dictum est intelligi uoluit.

Conuertetur dolor eius in caput eius, & in uerticem ipsius iniquitas eius descendet.

Non est hic Auen, sed amal, quod laborem proprie non dolorem significare diximus. Conuertetur (inquit) labor eius in caput eius. Et iniquitas, uocabulum est quod nondũ habuimus, scilicet חמס hamas, quod proprie significat rapacitatem, uiolentiã, seu iniuriã quæ ui irrogatur, tyrãnidem, quo modo Accipitres rapiunt auiculas. Nam ab hoc nomine accipitrem nocturnum uocari dicit Reuchlin a rapiendo. Respicit autem ad illud, quod in principio dixit. Ne quando rapiat sicut leo animam meam. Parauerat enim Absalom, collecto omni populo, ui rapere & uorare Dauid, & ipse raptus ac deuoratus est miser. Et ita recidit labor & studiũ eius, in caput eius. Videturq̃ idem esse sensus cum uersu præcedente, cuius allegoriam apertis uerbis explicat, nisi in hoc differat ab illo, quod præcedente uersu opus ipsum designatum sit, ipsa scilicet mors & perditio, fouea & lacu, expressa: In hoc autem consilium & sapientia, quibus fouea & lacus illi parabãtur & effodiebantur. Vt intelligamus deum adeo pro calumnia pressis, contra calumniatorum uim, sollicitum esse, ut & malum quod intẽtant, & consilium quo nituntur in eos retorqueat, ne deficiamus in spe. Hic est enim diuini iudicij modus incomprehensibilis, q̃ impios non nisi proprio eorum cõsilio capit, & in perditionem a se repertam inducit, sic Goliath occidit proprio gladio. Sic Iob. v. Qui dissipat cogitationes malignorum;

Deus sollicitus pro oppressis contra calumniatores.

malignorum, ne possint implere manus eorũ quòd cœperant. Qui apprehendit sapientes in astutia eorũ, & consilium prauorum dissipat, per diem incurrunt in tenebras, & quasi in nocte, sic palpabũt in meridie, id est, tũc sunt stultissimi & cæcissimi, quando sunt sapientissimi & uidentissimi.

Fructus impiorũ, labor est.

Graui ergo Epitasi, laborem appellat eorũ consilia, astutiam, sapientiã. Nec uera aliud non habent ex his nisi laborem, fructus enim, & finis non sequuntur. Sic Iudæi qui Christum perdere moliti sunt, quid fecerunt, nisi q̃ frustra laborauerunt, & (ut psal. ij. dixit) Meditati sunt inania? Hic autem non solum laborem uocat, sed etiam in caput ipsorum reuersum dicit, quia hoc ipsum consilium quo Absalom fretus multitudinẽ populi collegit, ei exitio fuit, futurus nisi in urbe manens iuxta consiliũ Achitophel. xvij. illa milia uirorũ misisset, Sed ut ait scriptura, dñi nutu dissipatum est consilium Achitophel utile, ut induceret dñs super Absalom malum. Consolatur itaq̃ nos scriptura dum impiorũ ferociam aliud non esse docet, nisi magnum quendam, sed inanem conatũ uirius q̃ factum, & talem qui in eos ipsos sit conuertendus. Sicut fluctus & tumor maris uidetur uelle obruere litus, sed in seipsum mox ruens euanescit sua minis ludibrio expositis.

Ferocia impiorum non nisi inanis conatus.

In caput, in uerticem uerti, quid sit.

Tropus hic scripturæ familiaris est: In caput, in uerticẽ conuerti, seu cadere, seu descẽdere. Sic Eccle. xxvij. hos uersus æmulans dicit: Qui in altũ mittit lapidem, super caput eius cadet, & plaga dolosa, dolosi diuidet uulnera, & qui foueam fodit, incidet in eã, & qui statuit lapidẽ proximo suo, offendet in eo, & qui laqueum alij ponit, peribit in illo, faciẽti nequissimũ consiliũ, super ipsum deuoluetur, & non agnoscet unde adueniet illi. Eodẽ tropo &. ij. Regũ. j. Sanguis tuus sit super caput tuum. Omniaq̃ fere, tum mala, tum bona imprecari solent in caput. Deutro. xxxiij. Benedictio illius, qui apparuit in rubo, ueniat super caput Ioseph. q̃ caput scilicet sit primum & dignius membrũ totius corporis. Simul tamen indicat, q̃ desursum a deo descendat utrunq̃, tam uindicta impiorum, q̃ salus piorum, Ideo a deo ordinante descendit iniquitas eius in uerticem eius, & labor in caput eius. Videtur aũt Tautologice idẽ esse: Conuerti laborem in caput, & descẽdere iniquitatem in uerticem, ideo repetitũ ut firmitatis & certitudinis indicium sit, ut supra dictum est. Nam impij insensati minas etiam dei rident, quasi, uel non futuras, uel diu differendas, ideo fortiter inculcanda sunt eis mala.

Minas dei ridẽt insensati.

Confitebor dño secundũ iustitiã eius, & psallã nomini dñi altissimi.

Concludit psalmũ & orationẽ pulchra sentẽtia, quasi dicat: Hæc oĩa mihi dicta, & orata sint super maledictis, calũnijs, iniurijs Semei, & hominũ, pro ignorantia & iustitia mea tuenda secundũ cõscientiã, & quantũ est in cõspectu hominũ, cæterũ nõ in eam cõfido, nec talem iudico, qua stare cõram deo possim. Sicut Apostus. j. Cor. iij. Nihil mihi cõscius sum, sed nõ in hoc iustificatus sum. Et, qui gloriat in dño, glorietur, nõ enim qui seipsum commẽdat, ille probatus est, sed quem deus commẽdat. Ita & ego aliam habeo iustitiam, in qua glorior, nempe iustitiã dei, misericordiã & gratiã, qua ignoscit mihi peccata mea, & iustificat in conspectu suo: De qua iustitia, neq̃ me iacto, neq̃ mihi confiteor, quasi sit mea, confiteor autẽ, & confitebor ætternũ pro ea dño, cuius ipsa solius est: Quare per iustitiã meã dño & populo quidẽ libẽs seruierim & impijs restiterim, at in iustitia dei mihi profuerim.

Iustitia dei nõ mea.

Mire eodem

Mire eodē uersu eisdemq; uerbis, & gratias agit, & iusticiam laudat, & naturam eius describit: Esse scilicet eam donum gratuitum dei, p quo sit laudādus & cantandus. Quare scd'm iusticiā eius, hic intelligendū omnino, ut sit idem quod, ppter iusticiā eius, ut sit sensus: Laudabo dñm inæternum, quia ipse est q iustificat, q d' nisi faceret, nec iusticia mea scd'm conscientiam meā subsisteret. Et hūc sensum iuuat q d' sequitur, uelut repetito dictū: Et psallam nomini dñi altissimi. Nam nomen dñi supra diximus esse laudem qua prædicatur, bonus, misericors, saluator &c. Et in hoc noīe credens, iustificatur & saluatur: Talis enim est deus, qualis creditur unicuiq;. Damnati uero & impij nullum ei nomen tribuunt, illi quod nihil boni de eo sperant, hi q non indigent. Vnde Prouerb. xviij. Turris fortissima nomen dñi, ad ipsam currit iustus, & exaltabitur. Et Ro. x. Omnis qui inuocauerit nomen dñi, saluus erit. *Talis deus qualis creditur cuiq;.*

Ab hoc igitur noīe cum ueniat iusticia & salus, ac læta cōscientia, dum fortiter in ipsum creditur, non aūt ex nostris uiribus aut operibus, recte docet non nisi nomini dñi iusticiam dei tribuēdam, & eidem psallēdum, prædicandum, celebrādum, quo & alij per hanc cōfessionem & prædicationem idem nomen cognoscentes, credant, & salui fiant. Prope idem dicit psal. l. Docebo iniquos uias tuas, & impij ad te cōuertent. Et iterū: Exultabit lingua mea iusticiā tuā: Vbi impij iusticiam suam exultāt, ut sæpius iam dictum est.

Quare confiteri & psallere hoc loco non priuatum gratitudinis officium solummodo significant, sed etiam publicum uerbi gratiæ ministerium, quo nomen dei hominibus manifestatur.

Vtilis & necessaria erit huius psalmi oratio, si aduersus diabolum oretur, siue hora mortis, siue qua alia desperationis tētatione. Nā ipse est, p prie diabolus, id est, calumniator, qui nos accusat, & conscientiam etiā in his confundit, quæ recte gessimus, & deo placent, tum quæ male egimus supra modū magnificat, utrobiq; onerosissimus, & importunissimus Semei, Aethiops teterrimus, maledicens, insultans, urgens in hæc uerba: Ecce præmunt te mala tua: Egredere egredere, uir sanguinum, reddit tibi dñs uniuersum sanguinem domus Saul. Et reliqua quæ ex hac historia licet cuilibet ad tropologiam trahere. In quibus Dauid nostrum oīum exemplū est, docēs nos ea quidem sustinere debere, sed simul expectare benedictionē dei, pro maledictione & afflictione ista. *In hora mortis, & angustiatæ cōscientiæ, hic psal. orandus.*

PSALMVS OCTAVVS.

Ad uictoriam pro torcularibus psalmus Dauid.

NOVVS hic titulus, quid per torcularia sua uelit, tanta uarietate disputatum est, ut ego me fatear confusum nescire, quis inter tot melius senserit. Tres enim sunt in uniuersum psalmi, qui torcularia in titulis præfixa habent: Hic octauus Dauid inscriptus, octuagesimus Asaph, & octuagesimus tertius filijs Coreh. Nec est uerisimile (id quod hebræorum præstantiores concedunt) Dauidem, hunc psalmum in torcularibus Palestinorum composuisse, quādo eadem ratione & Asaph & filios Coreh, suū ibidem composuisse sequeretur: Nec legit Dauid fuisse in torcularibus Palestinæ, sed in Geth (quæ postea literarum simili plationē, Gaza dicta est) ciuitate Palestinæ: etiā si Geth significet torcular, q d' hic הגתית על al Githith, super torcularibus dicit. Nec mihi satis facit, q d' alijs uidetur, hunc psal. factum, ut canerēt in festo tabernaculorū, ubi collectis frugibus & uindemijs finitis, deo gratiæ agebantur.

Proinde, quandoquidem literam quærimus, prope in Lyranam ex[pos]
tiam, qui Githith, arbitratur esse instrumenti musici nomen propri[um]
Aut concedendum est priscis patribus, qui mysteria secuti per torcular
telligunt martyria, passionesq; Christi & Ecclesiæ. Siquidem & nom[en]
psalmi, notant aliquo insigni præter usum, uocabulo (ut uidebimus [in]
quo moueremur ad spiritum quærēdum. In his relicto cuilibet suo iudi[cio]

Per torcularia passiones intelligũtur.

cularia mystice esse passiones recte dicitur, ut Isaiæ. lxiij. Torcular calca[vi]
lus. Quod omnes de passione Christi intelligunt. Verum beatus Augu[stinus]
satis erudite, per torcular intelligit ministerium uerbi dei in Ecclesia, in qu[o]
sententiam plures scripturæ consonant, ut Isa. v. Et torcular extruxit in e[o]
cut enim boues in area terentes, significant prædicatores. j. Corinth. ix. [Non]
calcantes in torculari eosdem significāt. Hinc uinacia, & palea, triticum &
num, in scripturis passim significant populos uerbo dei, uel eruditos, uel in[eru]
ditos. De quibus non est nunc locus dicendi.

Et hæc sententia ad scopum psalmi facit, in quo describitur nomen domini
in terra magnificatum, populus Christo subiectus, & destructus inimicus.
Iam quando ex ore infantium, & lactentium perfecisse uirtutem, & exaltasse
gloriam suam dicitur, ipsam sane prædicationem Euangelij & uerbi crucis de

Verbũ crucis torcular dicitur.

notat, qua hæc omnia facta sunt & fiunt: Certe uerbum crucis, sicut torcular
conterit & humiliat homines mundi, & in unum corpus multos colligit, sicut
uinum in lacum. Atq; ita Prophetæ usus est, de spirituali quodam torculari
canere. Neque sic tamen alienum est a proposito, passiones intelligi per torcu
laria, q uerbum crucis, & crucifigat ueterem hominem, & prose cogat uarias
sustineri passiones.

DOMINE dominus noster, quam admirabile est nomen tu-
um in uniuersa terra: Quoniam eleuata est magnificentia tua
super cœlos.

Hi duo uersus sunt, unus in hebræo, & alterũ nomẽ est sacrum יהוה Tetra
grammaton, alterum, אדון Adon, prophanum, & commune etiã hominibus.
Permisit autem interpres sibi, ut dominus noster in nominatiuo diceret, ubi
Hieronymus in uocatiuo, domine dominator noster rectius transtulit. Admi
rabile, quod אדיר adir dicitur, magnificum, magnum, excellens, sonat. Vnde
Hieronymus: Q; grãde est nomen tuum. Magnificentiam uero, Hieronymus
gloriam reddit. In hebræo autẽ חדר, proprie laudem & confessionẽ significat.
A quo nomina, Iuda, & Iudæa, a laudando & cõfitendo dicta. Geñ. xlix. Iuda
te laudabunt fratres tui. Nam quod hic trãstulit: Quoniam eleuata est magni
ficentia tua super cœlos. psal. cxlviij. dixit: Cõfessio eius super cœlum & terrã.
Et omnino uidetur, utroq; uersu idem significare, siqdem & illic dicitur: Exal
tatum est nomen eius solius. Q; hic, admirabile est nomen tuũ, dicit: Et illic,
Confessio eius super cœlum & terram. Hic: Magnificentia super cœlos.

Ex prædictis autem notum esse relinquo, q nomen dei sit non unum, sed
multa, scilicet quicquid boni dici potest, ut sit idem, quod bona fama, gloria,
opinio, prædicatio, qua prædicatur, creditur, cognoscitur, speratur, diligitur,
tenetur (id est, uere colitur & honoratur) solus potens, sapiens, bonus, iustus,
uerax, suauis: simulq; pereat hominum gloria & opinio, ne quis ultra potens,
sapiens,

sapiens, bonus sit, sed inueniantur omnes (ut Apostolus ait Ro. iij.) Peccato/
res & uacui gloria dei, qui impie erãt iusti & pleni gloria sua, sicut psalmo. ix.
Increpasti gentes & periit impius, nomen eorum delesti in æternum. Nemo
enim nunc est potens, in potentia sua, sed infirmatur & patitur omnis qui cre/
dit in Christum, nec uindicat, nec liberat seipsum etiam si possit sed deo dat
gloriam, expectans illius potentiam liberatricem & uindicem (sicut Paulus
gloriatur in infirmitatibus suis) Nemo est sapiens in sapientia sua, sed stultus
fit coram se & hominibus, data soli deo gloria sapientiæ, qui eum ubi proba/
tus fuerit, sapiẽtiæ gloria hæreditabit in cœlis. Ita nemo Christianus est iustus
iusticia sua, sed deo data iusticiæ gloria, in oculis suis & hominum cũ iniquis
reputatur, ut in humilitate iudicium eius subleuetur (Isaiæ. liij.) & iustificetur
per fidem & spem expectans iusticiam dei, quæ eum commendet, non enim
qui seipsum commẽdat ille probatus est. Hoc est, quod pronomen, Tuum re/
spicit, opponit enim nomen domini, nominibus & gloriæ hominum, quod
tunc magnificatur, exaltatur, diligitur, quando nostrum nomen redigitur in
nihilum, & oditur tam a nobis q̃ omnibus.

Infirmatur oĩs qui credit in Christum.

Nemo Christianus ẽ iustus, iusticia sua.

Hunc sensum & psalmo. cxij. ponit, dicens: A solis ortu usque ad occasum,
laudabile nomen domini. Et iterum: Excelsus super omnes gentes domi/
nus, & super cœlos gloria eius. Et Malach. j. A solis ortu usque ad occasum,
magnum est nomen meum in gentibus. Idem: Nomen meum magnum &
horribile in gentibus. Idem Isaias. xj. dicit: Non occident nec nocebunt in
uniuerso monte sancto meo. Cur non occident? Quia (inquit) repleta est ter
ra scientia domini, sicut aqua maris operientis: Quasi dicat, cognitio dei &
magnificatio nominis eius, quæ per Euangeliu m uelut mare inundans mun
dum replebunt, facient, ut sint inuicem mites & innoxij, quia nec pro sapien/
tia, nec pro potentia, nec pro iusticia certabunt, cum hæc non sua, sed dei esse
sciant. Eiusdem. ij. Et incuruabitur omnis sublimitas hominum, & humi/
liabitur altitudo uirorum, & eleuabitur dominus solus in die illa, & idola pe/
nitus conterentur.

Vt se habeat Christi Eccle sia.

Placet autem, duo illa uocabula, domine, & dominus noster, in hunc mo/
dum distingui, ut priore, summa diuinitas representetur in se ipsa manens,
posteriore uero, regnum & cura eius, quo nostri dominatur ac regit per uer/
bum fidei, quod per Christi incarnationem impletur, qui est propitiatorium
nostrum, in quo habitat omnis diuinitatis plenitudo corporaliter. per hunc
enim trahimur ad patrem, regnamurq̃ in mũdo. Sicut dicit Ioan. vj. Nemo ue
nit ad patrem, nisi per me. Proinde non sine causa pronomen Noster, cum do
minatore magis q̃ cum dño copulatum est. Igitur prius notus in Iudæa deus,
& in Israel magnum nomen eius, nunc autem magnum est nomen tuum in
uniuersa terra, in omnibus gentibus. Ita uides quomodo titulo conueniat hic
uersus q̃ prædicationis torculari nomẽ domini magnificatum gentes in toto
mundo humiliauit in unam fidem, & gratiam Christi.

Verum hoc maioris est momenti, cognoscere quid sit quod sequitur: Quo/
niam eleuata est magnificentia tua super cœlos. Hebræus & Hieronymus ha/
bent: Qui posuisti, Non, Quoniam eleuata est. Video ab omnibus ferme per
hanc gloriã, seu magnificẽtiam, seu laudem dei, intelligi Christum filium dei,
qui assumptus in cœlum, sedensq̃ ad dexteram dei, spiritum sanctum misit,
qui per Apostolos nomen dei magnificauit in toto mundo. Et horum senten

tia mihi quoq; nō displicuit, q̄ uersus huius particula hæc, uelut causam reddit prioris, scilicet nomen dei esse magnificatum, quia Christus ascēdit in cœlum. Non enim nisi spiritu sancto misso potuit clarificari Christus, ut Ro. j. Qui declaratus est filius dei p̄ spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum. Et Ioan. xvj. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet. At spiritus mitti non potuit, nisi Christo a mortuis resuscitato, in cœlum assumpto, & in regnum omnium gentium constituto. Sicut Ioan. vj. Spiritus nondū erat datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Sic psal. ij. quoq; prædicarē se dicit præceptum dei, quod utiq; per spiritum sanctum impletum est, postq̄ se super montem Zion sanctum, dei regem constitutum dixit.

His autem uidetur non nihil officere, q̄ Christum, laudem, seu confessionem dici, non apte quadrare uidetur, ad similem huius uersum psal. cxlviij. Confessio eius super cœlum & terram. Neq; cum illo psalmo. cxij. Excelsus super omnes gentes dominus, & super cœlos gloria eius. Q̄ confessio non hic tantum super cœlos, sed & super terram exaltata prophetetur, & nullus per confessionem eo loci Christum intelligit. Sed hæc non debent quenq̄ mouere, quia Christus Isa. xlvij. gloria dei dicitur: Dabo (inquit) in Zion salutem, & in Hierusalem gloriam meam. Quare sicut Apostolus eum audet appellare iusticiam, uirtutem, sapientiam, gloriam, redemptionem, sanctificationem dei, q̄ per ipsum nos deum iustificamus, potentem, sapientem, glorioſum agnoscētes & confitentes. Et rursum, nos dum hoc sacrificio iusticiæ, sapientiæ, uirtutis &c. deum honoramus & colimus, meremur ab ipso iustificari, roborari, sapientes fieri, sicut dicit. j. Regum. ij. ca. Quicunque me honorificauerit, glorificabo eum, qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Quia hoc est sacrificium laudis, quo psalmo. xlix. dicit, sese honorificari, & ipsum esse iter ad salutare dei uidendum. Nec enim hoc sacrificium offert, nisi qui nomine suo perdito in fide inuocat nomen domini, hoc est, sapientiam, uirtutem, iusticiam dei, ut dixi: Interim patiēs se infirmum, stultum & malum haberi, nescium uindictæ, iudicij, gloriæ, ut eodem nomine glorificetur deus & nos, eadem iusticia iustificetur deus & nos, eadem sapiētia, sapiens sit deus, & nos. Et hoc est quod Petrus. ij. Pet. j. dicit nobis maxima & præciosa donata in Christo, ut essemus diuinæ consortes naturæ, & in quæ (ut. j. Pet. j.) desiderant angeli prospicere.

Christus glo=ria dei dici=tur.

Christus con fessio sup cœ lum elevata.

Ita & eundem Christum recte per confessionem super cœlos eleuatam intelligimus, sed & simul nescimus, quo fructu nobis ascenderit. Expedit enim (inquit) ut ego abeam, si non abiero, paracletus non ueniet ad uos. Hoc enim uult Propheta ostendere, longe aliam esse laudem dei, qua ipse in nobis, & nos in ipso laudamur, q̄ hominum laudem. Nostra laus, quia dei laus est, seu a deo, non est in propatulo & theatro mundi, nec apparet hominibus, sed nec nobis: immo sicut uita nostra abscōdita est cum Christo in deo (Col. iij.) ut sapiamus quæ sursum sunt: Ita & laus nostra cum eodem assumpta & abscōdita est in deo, ut sit in fide & spe, non in re præsente.

Laus dei eadē qua laudatur deus & nos.

Ideo laus dei eadem est qua laudatur deus & nos, eademq̄ gloria & magnificentia. Sicut psalmo. ciij. Vt gloriemur in laude tua. xix. Nos autem in nomine domini dei nostri magnificabimur. Et psalmus. xxxiij. In domino laudabitur anima mea. Quia dum nos exuti nomine nostro, in ignominia patientes sumus, uere sumus humiles illi quos respicit deus, & animæ illæ

esurientes,

esurientes, quas saturat deus. Conueniebat autem Prophetæ, ut summario uo
cabulo laudis, seu gloriæ uteretur, qui in tempore nondum reuelatæ uerita-
tis loquebatur. Quæ autem hæc laus esset, & quid contineret, Apostolorum
erat in lucem proferre: Hi enim docuerunt, ꝙ qui laudari recte & pie uelit,
deum solum super omnia laudet, deum autem super omnia laudat, qui soli
deo iusticiam, sapientiam, uirtutem, & omnia bona tribuit, & refert accepta.
Quod non facit, nisi qui fide spe & charitate uiuit, pressus in mundo, impo-
tentia, stultitia, peccatis coram se & hominibus, cum hæc nemo feliciter ferat
nisi fide & spe imbutus

Commertium inter deum & homines per Christum.

Est ergo summa huius uersus hæc, ꝙ inter deum & homines quoddam mu
tuum est per Christum, mirabili & suauissimo commertio, contractum. Ho-
mines in terra nihil habent prætiosius nomine domini, hunc enim laudant,
predicant, confitentur coram hominibus, ut solum potentem, sapientem,
sanctum, iustum &c. Atꝙ hoc est nomen domini esse magnificum, admira-
bile, celebre & magnæ opinionis in terra, hoc enim per Christi aduentum fa-
ctum est. Rursus Christus ipse eos, qui sic se prædicant, confitentur coram ho-
minibus & nomen eius cognoscunt, præcingit se, & transiens ministrat eis,
laudat, prædicat, confitetur coram patre, & angelis eius in cœlis, & cognoscit
nomen eorum, ipseꝙ eorum gloria & laus est in cœlis, sicut ipsi sunt gloria &
laus eius in terra. Hoc est, quod dicit: Quoniam eleuata est gloria tua super
cœlos. Vt omnino gloria hæc dei intelligatur, qua nos coram ipso in Christo
sumus laudabiles & glorioſi, & nomen eius admirabile, quo ipse in nobis co-
ram hominibus laudatur & glorificatur. In hoc mutuo nominum & laudis,
multæ conciliantur & intelliguntur autoritates scripturæ. Huc pertinet illud
psalmi. lxxj. Et honorabile nomen eorum coram illo. Rursus psal. xc. Prote-
gam eum, quoniam cognouit nomen meum. Sic sponsa in Canticis: Dilectus
meus mihi, & ego illi. Et psalmo. cx. Confessio & magnificentia opus eius.
Rursus: Et laudis eius plena est terra, pleni sunt cœli & terra gloria tua. in hoc
enim mutuo, cõsistit iusticia dei qua iustificamur, dum illum nos prædicamus
& honoramus, reddentes eo ipso quod debemus: Et rursus ille nos honorat,
reddens eo ipso mercedem quam meruimus.

Arduum est præstare hoc mutuum.

Verum (sicut dixi) ꝙ facile est dicere & intelligere hoc mutuum laudis
inter deum & nos, tam arduum est idipsum præstare. Difficile enim est uni-
uerso nomine exui præsentis & futuri seculi, & nihil fieri tam coram se, ꝙ
omnibus hominibus, & tamen nisi ita fiat, non potest nomen domini esse
nobis grande in terra, nec laus eius nobis esse super cœlos. Prius autem est,
nomen domini magnificare in terra, ꝙ laudem eiusdem super cœlos eleuari.
Sic dicit beata uirgo: Magnificat anima mea dominum. Deinde certa, ꝙ &
ipsa in cœlis coram deo magnificaretur propter hanc domini magnificatio-
nem, dicit: Et exultauit spiritus meus, in deo salutari meo. Non est enim pos-
sibile, ut non benedicatur a deo, qui benedicit deum, nec fieri potest ut di-
ligat, laudet, delectetur in deo, quin rursus deus eum diligat, laudet, & de-
lectetur in eo.

Deus prior nos diligit.

Sed hic forte simplex animus scrupulum concipiet, qui toties audiuit, non
nos esse priores diligẽdo deum, aut benefaciẽdo. Sicut scriptum est: Nõ ꝙ nos
priores eũ dilexerimus, sed quia ipe prior dilexit nos. Et Ro. xj. Quis prior de-
dit illi, & retribuitur ei? Et Ioan. xv. Non uos me elegistis, sed ego elegi uos.

Ioan.vj.Nemo uenit ad me,nisi pater meus traxerit eum.

Quo modo ergo nos prius eum magnificamus, ut ipse nos magnificet? Dicetur:Scriptura diuina utrunque describit, & gratiam dei & fructus gratiæ eius. Ideo prudentia est obseruanda, ne id quod de fructu loquitur, de arbore ipsa intelligamus, quod Cahos si misceatur, sequitur error ille Pelagianorum de libero arbitrio, qui nobis tribuit initium boni operis. Deus enim solus facit arborem bonam ante nos, & sine nobis, quæ necessario & prior est fructibus. Verum fructus quoq; necessarium est esse priores præmio. Quare hic locus psalmi & siqui similes, non ad gratiam initialem, sed ad finalem ipsum scilicet præmium, quod redditur primæ gratiæ, & suis fructibus, pertinet. Ita ut intelligamus his & similibus locis nos prouocari ad perseuerantiam in bonis fructibus promissione ista mutuæ beneficentiæ dei. Sic qui conuersus laudat deum, hoc est, uiuit accepta gratia ad laudem dei in terris, hunc rursum simul & inæternum laudat deus in cœlis, simul inq; & inæternum, hoc est, in præsenti & futuro. Nam qui deum glorificat in uita sua, non potest non rursus sentire lætam & quietem in fiducia misericordiæ dei conscientiam, qua intelligit se deo rursus placere, laudariq; in cœlis, adeo prope est laus cœlestis nostra, nomini domini in terris, licet coram hominibus ignominia uexemur assidue: Deinde si perseuerat laudans, perseuerat quoque laus eius in deo inæternum. Sic illud intelligemus Zach. ij.¦Conuertimini ad me,&¦conuertar ad uos &, similia. Verum eorum sententia, qui posteriorem partem huius uersus, intelligunt ueluti causam prioris, inter quos noster interpres fuisse uidetur, dicere oportet:Laudem dei super cœlos esse priorem, nomine domini magnificato in terris: Et id Christum effecisse suo super cœlos ascensu, ut misso spiritu nomen domini magnificetur in terris, ut dictum est. Spiritus sanctus (inquit) non erat datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Atque ita laus dei, non nisi ipse Christus personaliter intelligi potest super cœlos eleuatus. Ac non fuerit magni negotij, utranque sententiam simul tueri, nec adeo longe distant, cum id constet, per Christum exaltatum euenisse, ut accepto spiritusancto crederemus deo, nos esse gratos ac commendatos super cœlos, & eodem spiritu rursus nos dei nomen auderemus in uniuersa terra magnificare, quod est aliud nihil, q̃ Christum exaltatum nihil nobis profuisse, nisi nobis exaltatus fuisset, id est, nisi ascendens in altum, dona dedisset hominibus, per quæ ipsum in terra magnificaremus. Hæc sub cuiusq; iudicio relicta uolo.

Arbor, fructus, præmia.

Glorificãs dominum in uita sua quid consequatur.

Dissertationẽ de uerbi dei preconibus ui de ex hoc uersu ductam.

Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos,ut destruas inimicum & ultorem.

Iste uersus apte sequitur ad sensum eum, quo per eleuatam gloriã intelligi diximus Christum ascẽdentem: quanq; nec ad alterum ineptus est. Quare ad utrunq; nos eum accommodemus in hunc modum:Nomẽ tuum domine magnificatum est, sed longe alia ratione, q̃ apud homines fieri soleat:Nempe hominum mos, si mos dici debet, is est, ut nõ ab hominibus & cõtemptis uelint laudari, sed alta sapientes, raris placuisse (ut dicitur) uolũt, & a magnis sapientibus, potentibus suspici desyderant. Rursum & illi laudatores, cum uanissimi sint, non

sint, non laudant, nisi suorummet gratia, ut & ipsi laudentur, aut lucrum capiant: Ita mutuum scabunt muli, nec synceri laudantes, nec probi laudatores. Sciaq; est hominum ingenium, qui specie rerum præsentium mouentur: Astu cum tuæ res lateant, solaq; fide intelligantur, non inuenis inter homines præclaros qui te laudent, quin potius ipsi sunt, qui laudi & gloriæ tuæ præ insania suæ gloriæ tibi pertinacissime resistunt, ideo contemptos & humiles mundi elegisti, ut confundas qui te laudent, & nomen tuum magnificent, qui nomen suum in terris odiunt, contenti q; tu sis laus eorum super cœlos, & ut hoc ostenderes, misso spiritu sancto de cœlis, poctq; assumpseras gloriam tuam, Apostolos, Apostolorum similes erudisti rudes & simplices homines, ex quorum ore perfecisti laudem tuam. *Aquibus deus uelit laudari.*

Magnam nobis quæstionē mouet hoc loco autoritas Christi, qui Mat. xxi. hunc uersum adducit & aptat pueris, qui eū in templo laudabant, dicens Principibus sacerdotum & scribis pueros clamantes prohibētibus: Nunc; legistis ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem? Si enim de istis pueris ad literam solum intelligitur psalmus, ut uolunt quidam, iam nec præcedentia nec consequentia consonabunt, cum de nomine domini in uniuersa terra magnificato ante locutus sit, q; post passionem factum est. Deinde si rigorem literæ sequamur, isti pueri nec infantes nec lactentes erant, quando uerbis formatis benedicebant & cantabant: Osanna in excelsis.

Rursus nulla ratione licet Christo dissentire, qui hunc uersum illis aptauit, cuius autoritas etiam ipsi psalmo præferenda est. Reliquum ergo est, sententiam uersus huius esse generalem de omnibus qui sunt simplices & recti corde, qui non alta sapiunt, nec in rebus mūdi sunt prudentes, filij scilicet lucis. Quorum generatio cū nullius ætatis angustia claudat, sed in omnium seculorum tempore, in omnium ætatum genere reperiatur, recte pueris quoq; conuenit, non modo, quia ipsi sunt hoc modo simplices & synceri, sed etiam, quia sua simplicitate & innocentia hāc fidei simplicitatem in Christo, nobis corporaliter figurant. ut. j. Pet. ij. Quasi modo geniti infantes, lac rationale cōcupiscite. Pueri enim, nec potentia, nec sapientia, nec magnitudine, sed impotentia, stultitia, paruitate nos flectunt, delectant, uincunt: Ita Christi laudatores non fortitudine mundi, non in sapientiæ humanæ uerbis, non in magnitudine gygantum, sed in stultitia uerbi, & scādalo crucis, orbem uicerunt, & nomen domini magnificauerunt in uniuersa terra. *Pueri quibus nos uincant.*

Igitur miracula canit hic uersus diuinæ uirtutis, quæ nomen suum in terris potuerit magnificare tam stupendo & incogitabili modo: Primum, in medio eorum, qui nomina sua magnificabant insanissime, & præter ea nomini domini pertinacissime obsistebant: Magnum enim fuit, etiam regum & sapientum & sanctorum mundanorum nomen delere & in nihilum redigere, erecto solo suo nomine: Deinde q; is cuius nomen magnificabatur, nusq; apparuit, soloq; uerbo indicabatur, cum illi & præsentes ipsi, & suas res præsentes ostentare possent, quibus nomina sua statuerent: Tertio, quod pene maximum erat, q; hunc inuisibilem Christum magnificabant aduersus omnem uisibilem pompam, non gygantes, uiri famosi, docti, diuites, nobiles, sed pisca-tores, idiotæ prorsus, infantes & lactentes, sine ulla potentiæ, aut sapientiæ specie, cum illis adhærerent turbæ, maximarum buccarum uiri sapientissimi, eloquentissimi, potentissimi, *Miraculum diuinæ uirtutis in magnifica tione nois dei*

Proinde

Proinde in heb. dicitur: Ex ore infantium & lactentium perfeciſti uirtutem, ut ſit maior miraculi expreſſio. Virtutem autē alij laudem reddiderunt, offenſi forte abſurditate, ꝙ ex ore uirtutē perfici, nō ita quadret, ut laudem, commendet ſenſui legentium ſeruiētes. Et licet uirtus hoc loco queat intelligi, idem quod uirtutes prædicatas, per Synecdochen, & idiotiſmum hebræum, meo tamē ſenſu, aptius intelligitur, id quod eſt robuſtum, potens, ualidum, ut ſit ſenſus: Perfeciſti ex ore infantium uirtutem, id eſt, uerbum dei prævalidum, cui non poſſent reſiſtere & contradicere omnes aduerſarij. Sicut & alio pſal. Audient uerba mea, quoniam potuerūt, id eſt, quia ualida, firmaq; facta ſunt. Vt ſimul intelligamus Chriſtum in mūdo omnia feciſſe, nō niſi uerbo Euangeliſantū, quod ſua infirmitate omnium potentiam, ſua ſtultitia, omnium ſapientiam, ſuo ſcandalo, omnium religiones ſubuertit, quia quod infirmum eſt dei, fortius eſt hominibus, & qđ ſtultum eſt dei, ſapientius eſt hominibus. In hunc modum Lucas in Actis frequēter memorat uerbum dei creuiſſe ualde, & confortatum fuiſſe, uelut huius uerſus rem monſtrans.

Prævalentia uerborū Chriſti.

Atq; hic conueniendi ſunt Eccleſiarum Chriſti rectores, ut his uerbis ſeſe erudiri intelligant officium ſuum. Virtus enim Chriſti & Eccleſiæ non hic ex mundo accerſitur, nō inuocat auxilium brachij ſecularis, non intentat ignem, aut mortem, non fidit in armis regum, & principum: ſed ex ore infantium perficitur. Sine dubio docēs, ꝙ q aliter nomen dñi ſtuduerit magnificare in terra, q̄ per os infantium, hic potius blaſphemet, & nomen ſuū magis q̄ dñi magnificare conuincatur. Quales ſunt, qui Turcas & infideles, aut hæreticos hodie, non uerbo dei, quod ignorant, ſed bello & mūdano tumultu, aut cenſurarum ſtrepitu petendos eſſe inſaniunt: ſcilicet, quæ per os infantium uicta ſunt, per hæc ipſi uincere præſumunt, & blandum os infantium in buccas gygantum truculentas (id eſt, uerbum dei ſuauein ſuarum traditionum tyrānides) mutāt. Iam ſiquis eſt qui hoc malum intelligit & relinquit, is deinceps diſcat, quid, & quo modo agat, ut recte populos regat.

Officium rectorum Eccleſiæ Chriſti.

Primum inquit, Ex ore. Grande monitorium, ſed fidele iis, qui in Eccleſia uerbum tractant. Tunc enim recte tractatur, quādo diſcernitur os a uerbo, ut uerbum ſit non eius qui prædicat, immo nec prædicet, ſed ſinat Chriſtum per os ſuum loqui. Sic Paulus, j. Cor. xij. An experimentum quæritis eius, qui loquitur in me Chriſtus? Poterat enim hic dicere: Infantes perfecerunt laudem, ſed reprehendendi eramus nos temerarij fabulatores, qui inſalutato ſpiritu ſancto, quicquid in mentem, immo in buccam uenit, populo effundimus. Quin, alij de induſtria ſcrutātur & quærunt ne ſolita prædicent, hoc eſt, ne Chriſtus uerbum ſuum, ſed ipſi uerbum ſuum doceant. Ideo, & ſequitur, ut non ſolum non deſtruant inimicum, & ultorem, ſed potius fortificent, & faciāt irriſorem. Huc pertinent & illi, qui ſibimet conſcij magnæ doctrinæ ſuæ, periculum ſibi ſomniant longe maximum, ſi non alios doceant, cauſantes ſeſe talentum ſibi datum in terra defodere, & cum ſeruo pigro duram ſententiam domini expectare: adeo ridiculis nugis diabolus ludit horum phantaſias. Quos hoc uerſu oportet inſtructos ſcire, nos non eſſe qui docemus, nec uerbum noſtrum docendum, ſed ſolum os noſtrum poſſe uerbo eius ſeruire, ſi ipſe uoluerit, & uocauerit: Tu (inquit) perfeciſti laudem, non illi, non, nos. Sic & in Euangelio tradidit quidem dominus talenta ſeruis, ſed non niſi uocatis. Expecta ergo & tu, donec uoceris, interim ne ambias, nec te ingeras, non enim te rumpet ſcientia tua. Currebant (inquit) & ego non mittebam eos, prophetabant, & ego non

Verbum dei quomodo tractandum in Eccleſia.

ego non loquebar eis. Multos hæc tentatio miſere uexat, ita, ut eos & inſtituti
ſui ſine hac pigeat & pœniteat, diabolus hæc facit, ut inquietet eos qui bene
cœperunt, & tandem tedio conſumet. Igitur, qui uocatur, præbeat os, & recipi
at uentū, ſit organū & nō autor: Qui non uocatur, oret dominū meſſis, ut mit-
tat operarios, & perficiat uirtutē ex ore infantium.

Secundo, infantium & lactentium. Hic uerbi miniſter docetur, ut infans Infantiliter
ſit cum infantibus, & (iuxta Paulum) fiat omnibus omnia, ut omnes lucrifa- prædicetur.
ciat, omnino cauens ne quēq; deſpiciat, ac faſtidiat. Sicut infantes præ ſim-
plicitate ſua prorſus nullum nouerunt perſonarū reſpectum, ſed ſunt omni-
bus æquales & ijdem. Quid enim periculoſius in uerbi dei miniſtro, quam ſi
alius ſit magnatibus & diuitibus, alius infimatibus, & pauperibus, qui in hoc
nutritur, ut omnibus ſeruiat, nulli aduletur, nullum faſtidiat? Vix inuenias in
ſcripturis, contra quod æque pugnet ſpiritus, atq; contra perſonarum iniquū
reſpectum, quod difficile ſit perſonas & laruas cōtemnere, & homines in deo Cōtēnere lar
inuiſibili amare & quærere. Deinde & hoc docentur, ut ſint blandi, non con- uas hominū.
tumelioſi, & (ut Tit. j. dicit) non præfracti, non percuſſores, non iracundi &c.
Tales enim non ſunt infantes & lactentes. Sed, & oſtentatio hoc uerbo repre
henditur eorum, qui ambulant in magnis & mirabilibus ſuper ſe, docentes
ſublimia & difficilia, quæ ad rem non pertinent, quæ populus, nec capit, nec
ſi caperet, fructum acciperet: & omnino omnis doctrina humanitus conce-
pta, & tradita quocunq; adulterio ſenſus carnalis, aliena a diuinitus inſpi-
rata.

Tertio, perfeciſti, nec ſatis eſt, ſcilicet, etiam dei uerbum docere, niſi recte do
ceatur. Sicut Timotheū inſtituit Paulus, ut recte uerbū dei tractet. Sunt enim
multi anxij & uani prædicatores æſtuantes & tumultuātes, qui ignorant aliud
eſſe plantare, & rigare, & aliud incrementū dare, ſtatim, ut dixerint, omnia fa-
cta uelint, non tam uolentes audiri, quia uerbum dei dicunt, q̄ quia ipſi ſunt
uerbi dictores, organum magis, q̄ ſonum commendari petentes. Horum por
tio eſt, qui meditatis ac conceptis a ſe uerbis promittunt ſibijpſis, nūc hos, nūc
illos pungere & mordere, ac ſtatim conuertere, ubi ſit miro dei conſilio, ut ni-
hil minus impleant, q̄ quod cogitauerunt. Sentit enim naturaliter anima ho-
minis uerbum arte ſuper ſe compoſitum eſſe, & ſtercore humano (Vt apud
Ezechielem eſt) opertū, id eſt, humano affectu pollutum, ideo nauſeat ſuper il
lo, & potius irritatur, q̄ conuertitur. Tunc autem potius mouetur, quādo nul-
lam induſtriam dicentis, ſed liberum uerbum audierit. Liberum enī & ſynce-
rum uult in publicum proferri & tangere quos prædicator ipſe neſcierit. Sicut Spūs in ore
in hanc rem multa legimus exempla, ltaq; noſtrum ſit, os tantum accommo- prædicatoris.
dare uerbo, dei ſit perficere & incremētum dare. Sic Chriſtus Matth. xxj. miſ-
ſis diſcipulis aſinam & pullum prædixit, quos illi non uiderunt, nec nouerūt,
& tamen ibāt ad incognitos adducēdos. Quare ſtulta iſta fiducia poſita, qua-
ſi nos quicq; ualeamus uerbo cooperari in auditore, potius oratione ſataga-
mus, ut ſine nobis, ſolus ipſe perficiat in auditore, quod loquitur in doctore:
Ipſe eſt enim qui loquitur, & ipſe eſt qui audit, & omnia in omnibus operat:
Nos uaſa & inſtrumenta eius ſumus, nec accipere nec dare quicq; potētia, ni-
ſi ipſe det & accipiat. Vnde pſal. lxvij. Vigilāti uerbo dicit: Aſcendiſti in altū,
accepiſti dona in hominibus. Cum Apoſtolus Ephe. iiij. dicat: Dedit dona ho
minibus.

Quarto, ſi tales fuerint uerbi miniſtri, ſine dubio efficax & potens erit uer-
bum, neq

bum, nec frustra proferet. Sicut Isa. lv. dicit: uerbū quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me uacuū, sed faciet quæcunq; uolui. Nota quæ ego uolui, non quæ minister: & prosperabitur in his, ad quos misero illud, non utiq; in ijs ad quos minister sua temeritate torserit, aut dixerit. Proinde horrendum & periculosum est utrinq;, siue docere uerbum hominū sub titulo uerbi dei, siue uerbum dei etiā purū torquere pro affectu proprio. Quorum utrunq; monstruosissima tyrannide Ecclesiam hodie occupauit. Sit ob hoc timidus & humilis quicunq; populo Christi in uerbo præest, & magis orationis puritate q̄ industriæ uirtute studeat liberum uerbum & solum simpliciter tradere, commendans deo, tam suā linguam, q̄ auditorū animas. Statutum est enim in Ecclesia dei non esse magistrū, nisi illum, qui dicit: Vnus est magister uester Christus. Et psal. lix. Deus locutus est in sancto suo. Id est, in sanctuario suo, q̄d est Ecclesia: ubi autē loquitur homo, uel Satanas, siue dubio ibi lupanar & synagoga Satanæ est. Quale enim est uerbum, talis populus, talis deus, talis cultus, talis fides, talis conscientia, talia opera, & omnia. Adeo in homine omnia aguntur uerbo solo. Quo circa ego metuo ne libri illi infiniti, tam Iuriū q̄ Theologiæ, qui hodie extra Euangelium in Ecclesia regnant, sint phialæ illæ aureæ plenæ iracūdiæ dei, quæ effusæ in terrā, mare, flumina, solē, aerē &c. multa mala hoībus inferre scribunt Apo. xvj. Quæ em̄ ira & plaga dei grauior, q̄ inter christianos, Christū non doceri, nec fidē eius agnosci, interim, Decretis Decretalibus, Sextis, Clementinis, Extrauagantibus, Moralibus, Summistis, miseras animas occupantibus & opprimentibus?

Timidus sit prædicator & humilis.

Libri Ecclesiastici, non Apostolici.

Porro quod diximus, neminē debere in ecclesia docere, nisi uocatū a deo, ne quis desideret, quæ sit ista uocatio dei, id obseruet, si quis præter, immo contra uoluntatē suam, per maiorum suorū, siue Ecclesiasticorū, siue sæcularium auctoritatem, in officium uerbi uocatur. Nā non est potestas nisi a deo: Ro. xiij. Ideo quicquid potestas utraq; mandat, non est dubium, quin deus mādet. In de nō legimus in ueteri testamento ullam historiā feliciter gestam, nisi primū consulto deo, & siue per angelum, siue per hominē accepto responso: q̄ enim infeliciter pugnarint filij Israel citra dei mandatū legimus Nume. xiiij. Idem in Machabæis uidemus. Non dubites, si te dñs uolet, quærere te, & potius de cœlo angelum mittet, qui adducat te. Atq; hac causa fieri crediderim, Cur hodie nec pontifices, nec sacerdotes, nec religiosi doceant in Ecclesia uerbum dei, q̄ nullus ferme amplius sit, qui uocantem deū expectet, sed uniuersi ambiant, digni tates, præbendas, otia, & saturitatē uentris, ut iam, nec solos Monachos, sed & pontifices & sacerdotes faciat desperatio (ut dicunt) & quædā ignauia spiritus. Hanc itaq; uocationē dei nō melius intelliges, q̄ si obserues historias scripturæ, & omniū sanctorū in Ecclesia. Magna em̄ semper fecerūt, qui uocante deo docuerūt: ut sanct. Aug. Amb. & ante eos Paulus Apostolus. Atq; ne iterum cuipiam scrupulū iniiciā, de ijs loquor, qui ad docendū uerbū dei ueniūt: Horum inq; est, q̄ maxime obseruare, ut mittente deo ueniant. Sicut Ro. x. dicit: Quō prædicabūt, nisi mittant? Sicut scriptū est, q̄ speciosi pedes Euangelisantium. Et Malach. ij. Labia sacerdotis custodiūt scientiā, & legē requirēt ex ore eius, quia angelus dñi exercituū est. De reliquis uero, qui, uel ad Episcopatus, uel Canonicatus, & id genus alia sacerdotia ueniunt, in quibus non est officiū uerbi, non arbitror esse necessariā uocationē. Quando quidē in his hodie uix aliud, q̄ priuatū studium seruiendi deo quæritur: In quo, iuxta Paulū, j. Cor. vij. Vnusquisq; ppriū donū habet, alius sic, alius uero sic.

Vocatio prædicatoris quō accipienda.

Vtraque potestas uocare potest ad laudem dei.

Vocati ad prædicationē magna faciūt

Non tamen

Non tamen abhĩciendi sunt, siqui pio studio animosi, rerũ, famæ & uitæ con
tempores, ambiunt docere uerbum (quanq̃ hæc rara sit auis) immo sunt com
mendandi, ut Apostolus, j. Timo. iij. dicit: Fidelis sermo: Si quis Episcopatũ
desiderat, bonum opus desyderat. Nam quare dixerit sermonẽ fidelem, & epi
scopatum bonum opus uocarit, sequitur: Oportet enim Episcopum irreprehẽ
sibilem esse, unius uxoris uirum, sobrium, ornatum, prudentẽ, pudicũ, hospi
talem, doctorem. Et reliqua. Hæc (inquit) quia sunt Episcopi, si quis desiderat
certe bonum opus desiderat. Requirit enim id officij contemptorem gloriæ & Officiũ Epi-
uitæ & omniũ rerum, quia ueritatis ministeriũ est. Quæ præ prædixit, dicẽs: Et scopi.
emus odio omnibus hoĩbus propter me. Quod cum uix ferant, qui per uim at
trahuntur inuiti, frustra speratur lat:trus, qui sua sponte ambit, aut non singu
lari gratia intus mouetur ut ambiat.

Sequitur in uersu. Propter inimicos tuos, id est aduersarios, seu (ut iam sæpe
transtulimus id nominis) tribulatores tuos. Quod & si de deo incarnato apte
dicitur, cum deus ipse tribulari non possit, nec aduersarios pati, tamen, ut per
gamus cœpto sensu, quo ad personam patris, de Christo hæc omnia dici intel
ligimus. Cõsolamur hoc uerbo, scilicet audientes spiritum sanctum diffinire,
aduersarios non esse nostros, sed dei aduersarios, eius enim aduersarij sunt, cu
ius uerbum & opus persequunt. Atq̃ ut nos non sumus qui loquimur & ope
ramur, sed deus in nobis, sic Apostolus audet Ephe. iiij. Et nolite cõtristare spiritum san
deus in nobis. Sic Apostolus audet Ephe. iiij. Et nolite cõtristare spiritum san
ctum dei, quo signati estis in diẽ redemptionis. Et Zach. ij. Qui tetigerit uos,
tanget pupillam oculi mei. Licet hoc, iura Ecclesiastica pulchre ad solos sacer
dotes detorserint, quasi laici non sint organa Spiritus sancti. &, j. Regũ. ij. Qui
contemnunt me, erunt ignobiles. Quid ergo timemus, aut inquieti sumus, si
uerbo uel operi nostro aduersentẽ homines impij? Sinamus eos furere, immo
pro eis solliciti oremus, ut apertis oculis uideãt, nõ in nos, sed in deum ipsum
sese incurrisse.

Quid aũt est, ꝓpter aduersarios perfectam esse uirtutẽ ex ore infantiũ: Nem
pe, ꝙ perseuerat in consolando infirmitatẽ nostrã commendaturus miraculũ
diuinæ uirtutis, quasi dicat: Excitabitur aduersus infantes imbelles Pharao ro
bustus, & linguam suam magnificabũt filij hominum, nec deerunt Magi, Jan
nes & Mambres, qui signa facient, & omnino prævalidi erunt aduersarij, tam Veritas non
ui, q̃ astu, qui resistent ueritati, propter hos, inq̃, ne proficiant, Sed, ut Aposto sine contra-
lus. j. Timot. iij. amentia eorum nota fiat, dabis eis os, & sapientiam, cui non dictoribus.
possint resistere, & contradicere omnes aduersarij eorum. Semper enim Gygã
tes & cadentes (ut hebræus habet) sunt super terram uiri famosi a seculo, qui ui
olentia freti irruunt & opprimunt ueritatis imbelles & simplices infantes an
nunciatores: Sed hoc permittitur, ut ostendatur uirtus uerbi quẽ ꝓfecit ex ore
ipsorũ, dum per impotẽtes cõfundit potentia, per stultos cõfundit sapiẽtes, &
per eos qui nihil sunt, eos qui oĩa sunt destruit. Vnde sequitur.

Vt destruas inimicum & ultorem. Hieronymus sic: ut quiescat inimicus &
ultor. Hoc est, ut cesset, desinat, & sabbatisset ab operibus suis malis, est enim
uerbũ hebræum, a quo sabbatũ, id est, requies uenit, ut indicet inimicos & ul
tores cessaturos esse, uel ut amplius nõ sint, iuxta psal. ciij. Deficiãt peccatores
a terra, & iniqui, ut nõ sint: Vel quia mutãdi sunt in amicos & panẽtes: Iuxta
prophetiã Isaiæ. ij. Conflabunt gladios suos in uomeres, & lanceas suas in fal
ces: Allegorice, linguas nocentes in salutares.

Inimici & ultores qui dicantur.

Synecdochen habet inimicum, & ultorem, id est, omnes qui sunt inimici & ultores. Inimici sunt, quod contraria sapiunt & agunt, ultores, quod pro statuẽdis aduersus infantes dei insaniunt, & (ut psal. ij.) dicunt: Dirumpamus uincula eorum, & proiciamus a nobis iugum ipsorũ. At ibidem sequitur, qui destruuntur: Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. Quanq̃ ego credo hoc psal. magis describi destructionem salutarem in spiritu, qua (ut dixi) destruitur impius, ut pius fiat. Hoc enim est proprium negotij Christi in Ecclesia, hoc & opus spiritus est, quod uerbo pacifico Euangelij magis, q̃ impetu furoris perficit. Cuius indiciũ est, q̃ hæc omnia fieri dicit nulla arte alia, q̃ ex ore infantiũ, propter inimicos perficit uirtutẽ: Et opera digitorum suorum ostendit, ut dicetur.

Mores & ingeniũ aduersariorum uerbi dei.

Exprimit autem proprie ingenium & mores aduersariorũ uerbi dei. Primũ, q̃ sunt caro & sanguis, &, ut dicit psal. cxv. Omnis homo mendax, ueritatis, præsertim eius, quæ mortificat, impatiẽtes sunt. Prudẽtia enim carnis inimica est deo, legi enim dei nõ est subiecta, nec enim potest. Ro. viij. Deinde ubi uidet ueritas dei dicta per infantes fuerit, illi uelut læso suo sensu, in quo sibi placent, iã non solum sunt inimici, sed prætexto noĩe specioso ueritatis, armant zelo q̃q̃ in ultionẽ sui sensus, nõ quiescentes donec ueritatis Apostolos pro gloria dei & zelo ueritatis, atq̃ (ut hodie nouo titulo tonant) pro honore sanctæ Ecclesiæ occidant, aut opprimant. Adeo promptum & pronum, immo necessarium est, inimicum ueritatis dei, simul fieri ultorem mẽdacij sui. Quod malum cum in causis omnibus, etiam prophanis celeberrimum uideamus, tamen in causis dei & rebus fidei, ubi species longe diuinissima potest accommodari, secure & facile triumphat.

Prædicator ueritatis sese aduersarios habiturũ nõ ignoret.

Est ergo eruditus & certus, quisquis uocatus, aut conatus fuerit docere uerbum, sese aduersarios habiturũ, qui non modo sua non audiant, sed etiãsi illorum offenderit studia (sicut oportet) acerrimos uindices & persecutores. Non mentienẽ hæc uerba spiritus, quæ infantes committunt cum inimicis & ultoribus: portentosum satis certamen, sed tamen sic diuinitus dispositũ, feliciterq̃ processurum, si credat, nõ suis, sed dei consilijs rem geri solumq̃ curet, ut os suum præbeat loquenti, & sit organum duntaxat uerbi, perficiẽs perficiet uirtutem, & destruens destruet aduersarium. Proinde qui sic docet, ut non inueniat inimicum qui resistat, & ultorem, qui persequatur, quia extra regulã huius uersus docet, non præsumat se uerbi dei esse perfectum & plenum prædicatorem, sin irruerint inimici & ultores, dixerintq̃: Dirumpamus uincula eius, & proiciamus a nobis iugum eius: Aut illud prophetarum crimen obiecerint: quod est onus uerbi domini? Et illud Zedechiæ percutiẽtis Micheam (iij. Regum ult.) Me ne dimisit spiritus domini, & locutus est tibi? Et tu solus es omniũ sapientissimus? Hic bene speret, sciens iuxta hunc uersum, se infantem & lactentem esse, illos uero Nimrothos & Gygantes. Sic enim uidemus pphetis, Christo, Apostolis, & omnibus uerbi ministris cõtigisse. Quorũ exempla uelut nubes densissima nos debet animare, quæ uidemus cum hac scriptura ad apicem & iota usq̃ concordare.

Ex quo sequitur, q̃ iura hominum, atque adeo muta illa & somniculosa Theologia Sententiastrorum, nunq̃ fuerit uirtus oris infantium & lactentium, nec cum huius uersus elogio quicq̃ habuit cõmune, quod eorũ nullus ad huc repertus est, qui pro ea aliquod insigne malũ passus sit, nisi forte muliebre aliquod inter rixandum conuitium, neq̃ enim pro opinionibus adiguntur ad

ignem uel

gentem uel mortem, donec eruperint, & in sacras literas transpositi, uerbum dei
crucifixe cœperint: Quin potius insignibus ornantur, loco & nomine donan-
tur, in foro salutantur, & Rabi uocantur, & sunt Magistri Nostri eximij. Non
habet ista doctrina inimicos & ultores, nisi quo modo uel Pilatus & Herodes
inter se, aut Pharisæi & Saducei. Nam & Thomistas, Scotistas, Modernos, tũ
sacerdotes, episcopos, & religiosos, hodie nullum fuerit negotium, conuenire
aduersus Christum, licet inter se immortali dissidio pugnent. Sicut psalmo. ij.
propheta nõ immerito admiratur: Reges terræ, cum essent inimicissimi, tamen
astitisse: Et principes sacerdotũ, factionibus mutuis dissotiatissimos, tñ aduer-
sus dominum & Christum eius cõuenisse. Hæc dicta uolo ijs, qui uerbum dei
pure proponũt tradere, ut sciant sese huius uersus lege tanto plures & maiores
inimicos & ultores habituros, quo corruptius est seculum istud nouissimum,
& speciosior species titulorum, nominum, dignitatum, officiorum, rituum, sub
nomine Christi inualuit. Sta fixa sententia: Ex ore infantium non perfici, nisi
uirtutem quæ habeat aduersarios, & destruat inimicum & ultorem. Non eñ
ijs prædicatur, qui iam sunt amici, sed inimicis. Verbum Crucis est, & scanda-
li, si non mortificat aut offendit, uerbũ crucis esse desijt.

Quoniam uidebo cœlos tuos, opera digitorum tuorum, lunam & stellas, quæ tu fundasti.

Quã sollicitus est optimus spiritus dei nos inflare, superbos, animosos, &,
ut ad uocem alludamus, spirituales reddere, hoc est, uentosos, tumentes, ple-
nos, aduersus inimicos & ultores, sed non nisi in fiducia sui. Dixerat, infantes
& lactentes esse, quorum est infima & impotentissima forma, ut quæ indigeat
in omnibus iuuari, omni passioni per se exposita. At eosdem nũc appellat cœ
los dei, formam scilicet rerum omnium supremam & potentissimam, ut quæ
lumine, motu, fulgore, tonitru, pluuia, & alijs operationibus nihil non possit,
& faciat in omnibus sibi inferioribus. Nec enim cõuenit satis, ut hoc loco cœ
los uisibiles intelligamus. Quæ enĩ esset cœli iactantia maximi prophetæ tam
gaudiosa, se uisurũ esse cœlos, quos & bestiæ agri, & uolucres, aut, ut multum
demus, impijssimi homines uident? Ac forte nõ sine causa adiecit pronomen
Tuos, quo se ostenderet, non de quibusuis cœlis loqui, sed de ijs, qui sint non
hominibus cœli, sed deo soli, ut in quibus ipse solus habitet, quos solus noue-
rit, qui sibi soli seruiant. Nam hi uisibiles cœli & nostri cœli sunt, ut qui nobis
quoq; ad corporalia seruiunt, nobis cogniti. Quod si hæc parum mouent, mo
ueat Apostolus Heb. ij. qui ingressurus huius psalmi interpretationem, uo-
cat orbem terræ futurum, dicens: Non enim angelis subiecit orbem terræ futu
rum, de quo loquimur. Quanquam ego, si quis contenderit, non resistam,
hunc uersum intelligi de cœlis nouis, & terra noua, quæ creabuntur in die
nouissimo. Sicut Petrus prædixit. ij. Pet. ij. ut in fine mundi destructis inimi-
cis, & ultoribus uniuersis, transeuntibus cœlo & terra, in nouam faciem om-
nibus mutatis, electi uideant & lætentur. Sicut dicit Isaias. lxv. Ecce ego creo
cœlos nouos, & terram nouam, & non erunt in memoria priora, & non ascen
dent super cor, sed gaudebitis & exultabitis, usque in sempiternum, in his quæ
ego creo. Et hunc sensum iuuat uerbum futuri temporis, Quoniam uidebo.
Cur enim uisurum se diceret, nisi futuros, & alios cœlos significaret? Sed, &

Apostolus ad Hebræos. ij. cum inducit psalmum. cj. de muandis cœlis sicut amictum &c. uidetur hunc psalmum, de futuris cœlis intelligere. Qui huic sensui uolet cõsentire, dicet in præcedẽti uersu descriptum totius Ecclesiæ usq; ad finem mundi negotium, q aliud non est, q perfici uirtutem ex ore infantium, & destrui inimicum & ultorem, adeoq & ipsum peccatum, & peccati uindicem, mortem. ut. j. Cor. xv. Nouissimus destruetur inimicus mors. Vt his destructis, cœli noui uideantur.

Negotium totius Ecclesiæ.

In ministris uerbi duæsum mæcontrariæ formæ.

Licet hæc sententia pulchra, & uera sit, tamen & priorem non deseremus, arbitrãtes, duas summe cõtrarias formas in uerbi ministris depingi. Quarum altera est, qua hominibus parent. Hæc nominibus infantium, & lactentium significatur, scilicet, impotentia, stultitia, & inanitas. quam. j. Cor. iiij. latius explicat, dicẽs: Puto enim, q deus nos Apostolos nouissimos ostẽdit, tanquam morti destinatos, quia spectaculum facti sumus mundo, & angelis & hominibus, Nos stulti ꝓpter Christum, uos autem prudentes in Christo, nos infirmi uos autem fortes, uos nobiles, nos autẽ ignobiles, usq; in hanc horam, & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus, laborãtes manibus nostris, maledicimur, & benedicimus, blasphemamur & obsecramus, persecutionẽ patimur, & sustinemus. tanq; purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsima usq; ad huc. Ecce forma infirma Apostolorum: talis enim in oculis hominũ est & esse debet Apostolus, Apostolorumq; successor. At rursus. ij. Cor. ult. Formam, qua in oculis dei erat, quanta copia effundit, inter cætera, dicens: Tametsi nihil sum, signa tamẽ Apostolatus mei facta sunt sup uos, in omni patiẽtia, in signis, & prodigijs, & uirtutibus. Et. j. Cor. j. Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis scandalum, Gentibus stultitiam, ipsis autẽ uocatis Iudeis, & gentibus Christum, dei uirtutem & dei sapientiam. Et. ij. Cor. ultimo: Christus non infirmatur in uobis, sed potens est in uobis. His omnibus declarat, q magna sit forma in oculis dei ministerium uerbi, cum sicut Cœli pluat doctrinam salutarem, tonet minis, choruscet miraculis & signis, illumínet promissis &c.

Est ergo sensus huius uersus: Ex ore infantium, perficies uirtutem, & destrues inimicos & ultores, quod erat mirabile in oculis omnium hominum, neq; credibile, ut fastus & potentia mundi tantæ infirmitati cedant, fiet tamen: Quoniam cœlos tuos uidebimus: Et qui in carnis infirmitate prædicant, uirtute tamen spiritus signa facient, & prævalebunt, & qui in oculis hominũ sunt despecti, coram te, & qui oculos tuos habent, sunt super omnem potentiam & gloriam. Atq; ordinẽ uide: Prior est forma infantium, posterior cœlorum, ut ostendat Apostolum, seu uerbi ministrum, gloriosa forma nihil ualere, nisi prius ualuerit ignominiosa. Cum autem nunc summis uiribus detestentur formam priorem, tantum diuitijs, luxu, fastu, pompa præstantes, quid mirum, si nec posteriore ualeant, nec uerbo, nec signis aliquid potentes? Vnde Imperator ille, cum Papa ei suos ostendisset thesauros adijciens: Nunquid Imperator nos possumus dicere, Aurum & argentum, non est mihi: Respondit satis oportune, & false, sed nec illud quod sequitur, potes mi pater dicere: Surge, & ambula. Nam sacerdotia duntaxat dispensare, & iurgia mundi curare, quæ hodie sunt Apostolicorum negotia, quis nõ uel Turca, uel Scyta possit attentare? Infelicissimum sane aduentum dei in carnem, si ob hoc uenit, ut hanc potestatem pontificibus daret, quam a seipso tantis repulit studijs: sed sine, sic meretur nostra ætas administrari.

Nõ est mirum nostros Apostolos, nihil spiritus uirtute posse.

Mouet

Moueat forte simplicem lectorem, q̄ uisurum se cœlos dicit Propheta, cum meum noui testamenti tempus nō uiderit. At in persona populi dei loquitur, qui tunc uisurus erat, postea uidit, & nūc uidet, uisurusq̄ est in finem mundi. Neq̄ enim tam curat exprimere, quo modo ipse uideat, q̄ quo modo manifestandum sit quod uisurum se dicit. Quasi diceret: Cœli tui reuelabūtur, & mittentur in omnem terram, omnium oculis expositi, ut uidere possim eos, si uiuerem, nunc uero audio eos, & fide sola cerno. Eodem tropo, & eadem persona loquitur Iacob. Genesis. xlix. Expectabo salutare tuum domine, id est, scio manifeste uenturum. Et psalmus. xcvij. Viderunt omnes termini terræ salutare dei: Quod est dicere (ut Isaias loquitur) Reuelabitur gloria domini. Et Simeon: Lumen ad reuelationem gentium, id est, ut reueletur gentibus. Quare hoc suo usu, non nisi manifestam Apostolorum, & successorum ostendit omnium oculis præsentiam, & notitiam. Atq̄ hoc est, quod Propheta exultat, delectatus scilicet, in reuelandis uerbis & gratiæ sacramentis, per Apostolos, & successores eorum.

Opera (inquit) digitorum tuorum. Sumpta ex hominibus artificibus metaphora, qui opera sua digitis efficiunt, præsertim electiora, & teneriora: Nam quæ manibus, aut pedibus faciunt, crassa sunt, & parum artis referentia, omninoq̄ similia bestiarum operibus. His docetur noui testamenti prædicatores esse longe præ ueteris testamenti sacerdotibus synceriores, q̄ spiritum a litera plene separarint, & purissime tenerrimeq̄ tradiderint, quem illi involutum rudioribus legis umbris uelut crassiore opere tradebant. Nihil enim ad perfectum duxit lex, ait Apostolus. Constat autem satis ex Euangelio, digitum dei uocari spiritum sanctum, qui siue ipse propter diuersitatem donorum (de quibus. j. Corinth. xij.) pluraliter digiti, dicatur, siue ipsa dona, nihil refert: Cœli enim formantur spiritu sancto, formantur & donis spiritus sancti. *Opera digitorum quæ intelligantur.*

Et illud quoq̄ perseuerat quod psalmo primo diximus, uerbum עשה Asa significare operationem manētem. seu futurā, ut est domus, aut uestis. Quod hic clare intelligit, dum opera (heb. מעשה Maese) appellat Apostolos & uerbi doctores p digitos suos factos. In quo & altera dignitas Apostolicæ formæ commendatur. Qui & si coram hominibus sint peripsima, dei tamen sunt terrima, electissima, gratissima opera, deformātur ab hominibus, sed formantur a deo, illis sunt patientes immo passio, huic autem opus. In quo iterum, fortissima datur consolatio uerbi ministris, ut sint fortes animo, scientes sese esse digitorū dei opera exquisita in oēs uolūtates eius. Opus enim est robusta consolatione ijs, qui aduersus totum mundum singuli & soli mittūtur pugnaturi. Vnde & Christus Actuum. j. præcepit Apostolis, ut sederent in ciuitate donec induerentur uirtute ex alto, & expectarent promissionē patris. q.d. Non ibitis donec opera digitorum meorum facti fueritis. *Consolatio ad uerbi ministros.*

Simul indicat ea dictione prosperitatem uerbi, si ministri modo sint opera digitorum dei. Nam Exodi. viij. in tertio signo defecerunt magi, dicentes: Digitus dei hic est. Sic & Act. vij. Non poterant resistere sapientiæ & spiritui, qui loquebatur. Itaq̄ cæteris omnibus resistit diabolus, mundus, & caro: Sed digitus dei, qui spiritus & impetus est, nemo resistit, perflat auster hortum spontæ, & fluunt aromata illius: Cantic. iiij. Flabit (inquit psalmus cxlvij.) Spiritus eius, & fluent aquæ, id est, conuertentur, & mollescent populi. Ita in digito dei, *Digitis dei nemo resistit.*

gito dei, nec aliter eijcit Christus dæmonia. Igitur, q̄ infirma, infelix, stulta est forma Apostolica in infantibus & lactentibus descripta, tam potens, felix, sapiens est in cœlis, & operibus digitorum dei commendata, ut faciat quæ nemo credat fieri posse. Adeo omnia sub cōtrarijs formis aguntur, quæ dei sunt. Nam & Moses & Aaron in prioribus duobus signis uelut infantes & impotentes habiti sunt, sed in tertio & sequentibus, sicut cœli & digitorum dei opera prævaluerunt.

Lunam & stellas quæ tu fundasti. Quæritur quid sit, quod solis non meminerit, qui cœlorum gloria est? Forte q̄ totum psalmum de ipso Christo canit, qui est sol istorum cœlorum, ut psalmus. xviij. Soli posuit tabernaculum in eis. Quia de ipso superius dixerat: Elevata est gloria tua super cœlos. Et deinceps latius eundem proprio præconio decantabit, dicens: Quid est homo q̄ memor es eius &c. dignior eni & copiosior illi debebatur prædicatio, q̄ lunæ & stellis, ideo seorsum erat canendus. Quanq̄ & in hoc satis indicatus est, q̄ fundatas stellas & lunam dixit: Cum fundamentum Ecclesiæ & iustorum, procul dubio aliud non sit, q̄ quod positum est, qui est Iesus Christus, sol iusticiæ. Quomodo & Isaiam. xxviij. adducit Petrus. j. Pet. ij. Ecce ponam in Zion lapidem summum, angularem, probatum, electum, preciosum, & qui crediderit in eum, non confundetur.

Christus sol iusticiæ, fundamentum Ecclesiæ.

Poterat ergo dicere: Lunam & stellas, quæ tu illustrasti, seu, per solem lucere feci sti. Siquidem a sole universi luminis fonte, aiunt, lunam & stellas illuminari. Sed maluit dicere: quæ tu fundasti, non sine causa, ut ostenderet simul Christum solem cœlorum esse, & fundamentum, & petram, supra quam Ecclesia ædificata, & fundata prævalet, etiam adversus portas inferi. Matthei. vij. & xvj. Et ut sic potius loqueretur, magis quadrabat ad rem, q̄ si de illuminatione locutus fuisset. Quia Christus quidem illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum: Et Euangelium prædicatur omni creaturæ, sicut sol iste illuminat omnia, uerum, ut cæci nō uident lumen omnia illuminans, ita non omnes obediunt Euangelio, nisi qui fide forti fundantur in Christo sole illuminatore. Quod iterum in nostram cōsolationem & exhortationem dicitur: Quia quantumuis insaniant in Ecclesiam & sanctos Christi, non prævalebunt, stat enim fundamentum Christus, stat Ecclesia, quia deus eam fundauit super Christum, non commouebitur, quia qui credit in illum non confundetur. Quando ergo de fide Ecclesiæ & iustorum, uoluit loqui, qua sola fundantur, repugnabat uerbum (fundasti) ut solem adijcere non posset, cum ipse non fundetur, sed fundamentum sit.

Illud minutulum est: Cur potius dicat, quæ fundasti, q̄, quas fundasti, cum & luna, & stellæ, sint fœminini generis: Nam hebræus neutrum genus nō habet. Sufficit lunam & stellas, significatione allegorica, esse Ecclesiā & fideles in Christo, qui fide super eū fundati, uisibiles, spectabiles q̄ facti sunt toti mundo. Sic Daniel. xij. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui erudiunt ad iusticiam multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Non hic loquitur de doctrina & iusticia hominum, ut ferme cōtaminatur hic locus a plurimis, sed de doctrina & iusticia dei, quæ est in spiritu. Atq̄ id indicat ipsa Allegoria, quod cœlos, lunam, stellas appellat, cum nihil minus appareāt coram hominibus, uidentur tamen, id est, signis & uirtutibus ostenduntur mundo, sed non creduntur ab omnibus.

Christum docentes mūdo spectabiles.

Obserua

Obserua distributionem, cœlos appellat opera digitorum dei, lunam & stel
las fundata dei. An non cœlos quoq; ipse fundat? an non luna & stellæ sunt
opera digitorum eius? Cur ergo sic distribuit? utrunque certe ipse facit solus,
& utrunque in utrisque operatur. Digiti eius faciunt tam cœlos, q̃ lunam &
stellas, & ipse fundat tam lunam & stellas, q̃ cœlos. Verum ideo hac distribu
tione usus est, ne (sicut Corinthij) ullus diceret: Ego sum Pauli, ego Cephe,
ego Apollo. Non enim Apostoli Ecclesiam, & fideles, fundauerunt, sed deus Ecclesiam nõ
qui incrementum dat, sunt tamen ministri, per quos (inquit) credidistis, id est, Apostoli, sed
fundati estis. Ipsi uero per nullos alios se priores Apostolos fundati sunt, sed Christus fun-
sunt opera digitorum dei prima, iuxta illud psalmi. xxxiij. Verbo domini cœli dauit.
firmati sunt, & spiritu oris eius, omnis uirtus eorũ. In qua re, quid opus est ite
rum admonere maiores Ecclesiarũ, ut intelligant nõ satis esse si fundentur in
Christo cũ cæteris, nisi sint opera digitorum dei, scilicet uocati & facti ex deo?
At nunc quid sunt, nisi opera manuum hominum, simulachra gentium, au- Maiores Ec-
rum, & argentum? Aures enim habent, & non audiunt uerbum dei, oculos, clesiarum,
& non uident seipsos, manus habent, & non palpant, alijs bene faciendo, nec quid sint.
est uox in gutture eorum, non enim docent. Atque ita obtinuit quoque usus,
ut uocentur hodie creatura hominis, & recte: Si enim essent opera digitorum
dei, creatura hominis non essent. Et dignum est seculum nostrum, has uen- Adulationes
tosas & audaces adulationes audire. Denique in præfationibus Epistolarum audaces secu
non separant hominis & dei gratiam: Dei (inquiunt) & Apostolicæ sedis gra- lo nostro di-
tia. Quasi parum sit, dei gratia, aut non prophanum eodem titulo, dei & ho- gnas.
minis gratiam æquare. Abominatio ista in loco sancto stans, etiam placet his,
qui eam summis uiribus debuerant propellere. Verum transeat ista iniquitas,
dabitur nostris sua moribus ætas, ut præsint simul gratia Apostolicæ sedis,
& indignatione tribunalis Christi. Apostolica sedes debuerat agnoscere tan-
q̃ gratiam sibi factam, si cooperatores mereretur obtinere, & compellere inui- Onus, non
tos, tanq̃ onus, & non gratiam imposituram. gratia.

Quid est homo, quod memor es eius, aut filius hominis, quo-
niam uisitas eum?

Primum, quia uarios hic exercitauit locus autores, illud sciendum quod in
hebræo, non est coniunctio disiunctiua, in qua re, & si parua, Augustinus,
Cassio, & alij suam intelligẽtiam collocant, dum dicunt: Aut filius hominis,
pertinere ad Christum propter disiunctiuam: Et, quid est homo, pertinere ad
omnes alios. Verum hebræus constanter habet: Et filius hominis, dicens:
ובן אדם uben Adam, & hunc sequemur, autoritate Pauli heb. ij. utrunque
de Christo intellecturi, ubi dicit: Testatur autem in loco quodam quis: Quid
est homo q̃ memor es eius, aut filius hominis, quoniam uisitas eum? Quanq̃
si etiam coniunctio disiunctiua seruetur, non urget alium hominem, alium fi
lium hominis intelligi, q̃ usu permissum sit ijs, qui cum admiratione nimia
(ut hic locus) interrogant, Tautologia tum disiunctiua utantur tum copula-
tiua, ad indulgendum affectibus, ut ibi: Populo meus quid feci tibi, aut in quo
molestus fui, aut in quo contristaui te.

Deinde obseruandum, Hebræa lingua duobus nominibus appellat hominem, inquantum natura constat: Quæ sunt ארם Adam, & אנוש Enos. Tertium, quod איש Is dicitur, & sæpius pro homine transfertur, rectius uir dunxat transferreretur, cū ab eo dicatur אישה Issa uxor, seu mulier. Quasi diceret: uirago, uel uiracea, quia inquit Geñ. ij. de Is, id est, uiro suo, sumpta est. Vnde & Is fere in scripturis mariti, aut magistratus nomen est, & omnino magis ab officio, q̄ natura sic dicitur: de quo psalmo primo diximus. Enos autem, & Adam sic differunt autore Eusebio. xj. præpa. Euang. iiij. & diuo Hieronymo in quæstionibus hebraicis, q̄ Enos proprie hominem significet scd̄m animā, Adam scd̄m corpus. Et hoc recte ארמה Adama enim hebraice terram significat, de qua scd̄m corpus formatus est: ut sit Adam dictus ab originis, & materiæ suæ uocabulo, uelut terrenus, seu terrestris. Ad quod respexisse pspicue cernitur Apostolus. j. Cor. xv. ubi dicit: Primus homo, de terra terrenus. Secūdus homo, de cœlo cœlestis, qualis terrenus, tales & terreni &c. Et translator quoq; psalmi. xlviij. anxie conatus differentiā in aliena lingua reddere, dixit: Quicq; terrigenæ & filij hominum: ubi dicit, tam filij Adam, q̄ filij Is, uocans filios Adam, filios terræ, seu terrigenas, obscurissime loquens, ppter intempestiuam Etymologiam, satis tamen indicās, Adam sonare terram, ac si latine homínem ab humo diceres, humigenam, uel humanum.

Enos autem Etymologia sua, Eusebio significat obliuiscentem, & sic distinguit hunc uersum, sicut & in hebræo habetur: Quid est Enos, quoniam memor es eius? Et filius Adam, quoniam uisitas eum? Ioannes Reuchlin, dicit: Enos ab afflictione, dolore, mœrore dictum, quod una cum Eusebij sententia satis placet, q̄ homo iuxta animam suā oblitus sit dei sui per peccatum, non ea quidē obliuione, quæ uulgaris est. Nam quis tam impius, qui non plurima de deo garriat, & cogitet? Quin nemo frequentius dei memor est, q̄ impij, maledici, blasphemi, & superbi, qui (ut Isaias inquit) nominis domini recordantur, neq; in iudicio, neque in ueritate: hoc est, nomen domini assidue usurpant, sed in uanum. His bonum esset, ut nominis domini obliuiscerentur, sicut bonum est ei sacris abstinere, qui non pure ea tractat. Sed obliuiscentem eum significat Enos, qui in spiritu & ueritate, dei & sui est oblitus. Cui deus iam non deus est nec pater, nec dulcis, sed iudex, hostis, terribilis, qualis erat Adam cum fugeret in paradiso a facie domini. Nonne hic nimio erat memor dei? immo nimium sensit præsentem, maluisset q̄ absentem, quod & omnes dæmones & damnati mallent, qui contremiscunt a facie eius assidue. Qui cunq; ergo a deo desertus, in eius misericordia nō fuerit eruditus, hic est Enos, miser, mœstus, pauidus, desperatus, & plane inconsolabilis. Quis consolétur eum, cuius conscientia eum contristat? At conscientia læta non est, nisi ea quæ fidit in dulcissimam dei misericordiam, audens eum patrem cum omni fiducia appellare, nec iudicium, nec mortē, nec ullum malum, præ hac fiducia metuens. Sicut econtra tristis non est, nisi quæ hac fiducia inanis, sentit illud Deutr. xxviij. Dabit tibi dominus cor pauidum, & animam mœrore consumptam: Mane dices, quis mihi det uespere? & uespere, quis mihi det mane? Hæc igitur obliuio facit Enos & hominem, in quam maxime nos protrudunt traditiones, consilia, solatia hominum, sola autem fides liberat, & memorem rursus dei facit, non nisi misericordiam, & charitatem in Christo nobis proponens & commendans.

Impij frequenter dei memores.

Conscientia læta & tristis.

Vide

Vide ergo Antithesin gnauiter positam. Quid est Enos, quonſam memor es eius? Memoriam dei & obliuionem noſtram pulcherrime componit. Et neſcio an Propheta uere, memorem deum; ideo dixerit, ut Enos Etymologiam indicaret: An Euſebius ex uerbo meminiſti, Enos obliuiſcentem Etymologiam ſtarit. Nam illud: Et filius hominis, qui uiſitas eum, obſcuriore, uel nulla? Antitheſi dicitur, niſi in hoc ſpectetur, quod deus cœli, & filius terræ ſint duo longe contrariſſima, ut alterum ab altero uiſitari ſit mirabiliſſimum. Sic illud pſalmi. cxj. Quis ſicut deus noſter, qui in altis habitat, & humilia reſpicit?

Igitur grande miraculum eſt, hominem qui in ſeipſo & omnium oculis delectus, deſperatus, oblitus dei, nihil minus ſentit, q̄ deum ſui memorem, eſſe deo in memoria. Et cor hominis debet, ac poteſt hoc credere & capere, deum eſſe iucundum, beneuolentem, dulcem, quem non ſentit, niſi iracundum, horrendum, inſuſtentabilem. Quis non miretur? quis non dicat: Quid eſt homo, q̄ memor es eius? Opera dei ſunt hæc incomprehēſibilia, niſi per fidem, & ueſtigia hæc non cognoſcuntur, pſalmo. lxviij. Ita uiſitari filium hominis, quis credat a deo, cum nō ſit niſi deſpectus ab omnibus, nec in eo quicq̄ appareat, niſi q̄ eſt natus de muliere, ſimilis naturæ ſubſtantiæ? Si enim eſſet filius regis, principis, ſacerdotis, diuitis, honorati, appareret non difficile, uiſitari a deo: Nunc nihil uilius dici poteſt de homine, q̄ q̄ ſit filius hominis (niſi uellet hominem negare) hic enim titulus communis eſt, quantumlibet omnium, nouiſſimus, & uiliſſimus. Et grādis eſt Tapinoſis in uerbis iſtis: Filius hominis, ſicut in uerbis Pilati, quando dixit de Chriſto: Ecce homo. Vult enim uiliſſimo nomine eum appellare, quod nemo hominum in altero multum curat, & tamen ita deus curat, ut uiſitet, & ad eum ueniat, quem uniuerſi neſpiciunt quidem. Vnde in Propheta Iſaia. lxiij. ſublimes hominum oculos in perſonarum reſpectu occupatos arguens, dicit: Si uideris nudū, operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris. Ecce tuam carnem appellat, nudum, famelicum, ſitientem, egenum, & quo quiſq̄ eſt nouiſſimus. Sic ſcilicet formam, quæ in omnibus nobis communiſſima eſt, nemo noſtrum perpendit, pro qua culpa digni ſunt ſapientes illi, ut uniuerſalia, uel Purphyrij, uel Ariſtotelis ſomnient, & naturas communes uaniſſimo ſtudio, perditoq̄ labore quærāt, qui uniuerſalia illa creatoris in ſeipſis negligunt.

Filius hominis ſignat uiliſſimum in hoie.

Naturarum communiū uaniſſima ſtudia

Emphaſin ergo uide. Non ſolum nouit Enos, ſed memor eſt, nunc̄q̄ obliuiſcitur eius, ſemper bene cogitat de eo, nunc̄q̄ derelinquit. Vnde huius rei exemplum Iſaiæ. xlix. deſcribitur: Et dixit Zion, Derelinquit me dominus, & dominus oblitus eſt mei. Nūquid obliuiſci poteſt mulier infantis ſui, ut non miſereatur filio uteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit, ego tamen nō obliuiſcar tui: Ecce in manibus meis deſcripſi te, & muri tui coram oculis meis ſemper. Ita non ſolum uidet, aut ad filium hominis mittit a lōge, ſed prope eſt dominus, & uiſitat eum, ſicut amicus, amicum ſuum. Quis (inq̄) credet hæc? at, niſi credatur, non fiunt. Proinde exui oportet omnem laruam, & relinqui aliud nihil, q̄ hominem & filium hominis, ſi dignus eſſe uelit quiſpiam memoria & uiſitatione dei. Alta enim a longe cognoſcit, humilia, & afflicta reſpicit. Homo contra, quiduis magis obſeruat, q̄ hominem, & filium hominis, cum ſit tamen proximus ſuus, & caro ſua.

Quos deus nō ſitet.

Verum

Quo nomine Christus filius hominis.

Verum, quomodo hæc conuenient Christo, de quo diximus propriè gloriam tam loqui, teste apostolo ad Hebræos? At idem Philippen. ij. breuiter id ostendit, dicens: Qui cum esset in forma dei, non rapinam arbitratus est esse æqualem deo, sed exinaniuit se, formam serui accipiēs, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Non enim inuentus est ut Rex, princeps, aut aliquid eiusmodi personarum, sed ut filius hominis, similis homini nouissimo: Deinde & maxime assimilatus est peccatoribus, factus Enos, tristis, afflictus, & omnino sicut unus ex nouissimis nobis, portās in seipso iram patris pro nobis, & factus uilissimus terræ filius in oculis hominum, ut non solū ipse sed nec ulli mortalium uideretur deus esse memor eius, aut eum uisitare, quin ipse de se, dixit: Perij fuga a me, & non est qui requirat animā meā. Et iterum: Factus sum tanq uas perditum, proiectus sum a facie oculorum tuorum. Postissimum autem, respicit ad tempus passionis Christi, quando incœpit tedere & pauere in horto, tunc enim exinanitus, factus est Enos coram deo & seipso, factus filius Adam coram hoībus, relictumq aliud nihil q natura sibi, nauræq uocabula. Nam, sicut dixi, Enos ad animam, Adam ad corpus pertinere, ita pronum sequtur: Enos ptinere ad hominē, ut est corā deo, miser & afflictus, Adam filius, ut est coram hominibus, uilis & despectus.

Ecce ergo: Hic est sol iusticiæ, rex noster, super quo miratur ingenti stupore propheta: Nunquid hic illuminabit lunam & stellas, & creabit cœlos immo fundabit? Sic, utiq sic, Sic lucet, his radijs illustrat mundum, qui eum recipit, ideo enim necesse est lunā, & stellas fundari, ne hac solis sui luce offensi ruant.

Christus mirabilis in operibus suis.

Atq hæc ratio est, cum tam magnifica Allegoria, cœlos, lunam, & stellas prædicasset, cum iam expectaretur, ut de sole quoq diceret, repēte uideatur aliena loqui, raptus in stuporem, solis huius gloriam ineffabilem demonstrans, magisq admirante silentio, q magniloquo uerbo eum indicans. Ac si dicat, de luna & stellis audistis. Porro de sole quid dicam? Stupore superor, sol est, sed quis capiat, cum sit Enos, & filius Adam? Vere mirabilis & laudubilis deus, qui huius memor es, & eum uisitas, quāto magis mirabilis, q hunc solem esse constituisti omnium illuminatorem? illud mirabile, hoc plusq mirabile, & homini incredibile prorsus.

Hic nunc uideat quisq sibi: Primum, q patiens, aut plenus sit radiorum huius solis iusticiæ, quia enim peccatum destruendum est, quod sine dolore & ignominia fieri non potest, ideo Enos, & filium hominis fieri quemq necesse est, ut sit intus dolens, & foris confusus, & sic utriq nomini naturæ suæ satisfaciat & respondeat, similisq fiat Christo, qui similis prior factus est ei. Nos enim nihil ita fugimus, atq ne simus, scilicet Enos, & Adam, semper delectati alienis uestiri pulmis & laruis, & ea quæ iustorum & sanctorum sunt nobis uendicare, id est, lætitiam, & gloriam. Verū sol iusticiæ, non sicut lucet, nec tales illuminat, nec super se fundat.

Deinde, ubi talis fuerit, confidat & gaudeat, huius uersus solatio cantans & sciens, quoniam dominus memor est Enos, & uisitat filium hominis, sicut in Christo sole suo ostendit. Porro, quomodo Christus hac ratione Enos & obliuiscens dei fuerit, & filius hominis, per omnia similis nobis, forte psalmo. x. latius dicetur.

Minuisti eum paulominus ab angelis: Gloria & honore coronasti eum.

Nostri

Nullũ adiecerũt huic uersui: Et constituisti eum super opera manuũ tuarum. Quæ est in hebræo sequentis uersus particula prior. Hebræus sic habet: Et minuisti eum paululũ ab אלהים Elohim. Quod Hiero. transtulit, a deo. Et satis constat Elohim in scriptura, non tantum deo, sed, & principibus, & iudicibus aliquando, ꝙ uicarij dei sint, accõmodari. ut Exo. xxj. Offerat eum dñs dijs, & applicabit ad ostium. Et Genẽ. vj. Vidẽtes filij dei, filios hominũ, quos omnino filios patriarcharũ intelligimus, ipsos quoq; Gygantes. Quanq; si quis ꝓpter naciter neget uspiam Elohim hominibus tribui, nescio qua ratione conuincerem, cũ his duobus locis, & alijs etiã deus queat intelligi. Verũ autoritatẽ alio rum interim sequamur receptiorẽ, q̃, ut liceat contradicere.

Noster sane interpres uidetur potius ab angelis, q̃ a deo reddidisse, ꝙ forte ineptius esset dicere, deo: Tu minuisti eum a deo: cum omnino aliã minuẽtis, & aliam eius a quo minutus est personã sermo exigere uideaẽ. Sed hoc offendiculum facile tollit usitatissimus tropus scripturæ, quo ad secundã personã loqui solet in tertia. ut. ij. Reg. xiiij. Quæ ait ad Dauid: Recordeẽ rex dñi dei sui. Ita hic potuit intelligi locutus: Minuisti eum paulominus a deo, id est, a te, ꝙ maior sit reuerẽtia, in tertia persona, q̃ secũda ad maiores loqui.

Sunt autem huius medij uersus singulæ dictiones a multis tractatæ, difficultatẽ præstiterunt, Angeli, & aduerbiũ Paulominus, & uerbũ Minuisti, & pronomẽ Meũ. Nec defuerunt qui de humana natura ad angelos comparata, coacti sunt intelligere, sed nos modo consequentia cogimur præcedentibus copulare, idq; unico & simplici sensu, ideo ex omnibus quæ placent & congruũt accipiamus, relictis cæteris apud suos.

Explicat autẽ iste uersus omnino præcedentẽ: In quo dictum est, Christum Enos esse in memoria domini, & qui cõtemptus fuit hominibus, uisiteẽ a deo. Ideo sensus est: Dereliquisti eũ paruulo tempore, sed cũ gloria magna susceptisti eum, quo ostẽdisti, q̃ non fueris eius oblitus, nec eũ despexeris. ut psal. xx. Quoniã non spreuit, necq; despexit deprecationẽ pauperis. Ideo omnino pronomen Eum, referre debet, non filiũ dei secundũ diuinitatẽ, quod faciunt, qui per incarnationẽ eum intelligunt, hoc loco ab angelis minoratum: sed secũdũ humanitatẽ, in qua Enos, tristis & dolens, factus, dum nostros ferret languores, uidebatur in obliuione esse coram deo, & desertus, sicut reuera fuit quãtũ erat in sensu suo ipsius, & hominũ. Nam omnino de passione Christi hic psalmus loquitur, & gloria per passionem obtentata. Vt clare Apostolus ad Hebræos. ij. dicit: Eum autẽ qui minoratus est paulominus ab Angelis, uidemus Iesum per passionẽ, gloria & honore coronatum &c. Et paulominus non ad dignitatẽ, sed ad tempus pertinet. Idem enim aduerbiũ psalmo. ij. habuimus: Cum exarserit in breui ira eius, id est, cito & post modicũ exardescet ira eius. Et omnino nihil de substãtia, differentia, dignitate naturarũ hic agitur, sed de durationepassionis.

Iam uerbum minuisti, quia non reddidit hebraicum, nobis sonat, ac si eum, qui magnus est, quispiam imminuat, quo modo potentia, dignitas, opulentia alicuius minuitur. Iohannes Reuchlin interpretatur, defecit, defuit, diminutum fuit. Vt. iij. Regum. xvij. Nec lecythus olei minuetur. Et infra: Nec lecythus olei est imminutus. Ex quo patet hoc loco significari, Christum derelictum a deo, ut qui cessarit eũ tueri, & ei defuerit, sicut in cruce clamauit: Eli, Eli, Lamazabathani? Nam hoc paululum intelligit, scilicet, horam illam de qua dixit: sed hæc est hora uestra, & potestas tenebrarum. Itaq; cum ad hãc

uscq; horam

usq; horam esset potens in opere & sermone, subito & paruulo tempore, nempe triduo, minutus est & desertus a deo in hac potentia, subiectus infirmitati & morti quoq; & inferno: nam quid sit a deo relinqui, suo loco dicemus. Quare eandem ferme sententiam hoc uersu de Christo, quã Isaias. liiij. de toto populo dei, ponit dicens: Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te: In momento indignationis abscondi faciẽ meam parumper a te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui. Scilicet, hæc oĩa in robustissimam consolationem nostram, ut discamus ex modica tribulatione temporis huius, lucrũ facere æternæ salutis, ne cum anxiamur, arbitremur inæternum nos derelinqui ab eo, quem audimus esse memorem Enos, & uisitare filium hominis, quantumlibet minuet nos paulominus, ueniẽs uisitabit, & gloria honoreq; coronabit modicum passos. ut. j. Pet. j. Modicum nunc si oportet contristari in uarijs tentationibus. Eiusdem. ij. ult. Deus autem omnis gratiæ, qui uocauit uos in æternam suã gloriã, in Christo Iesu, modicũ passos ipse perficiet, confirmabit, consolidabitq;. Et Paulus. ij. Cor. iiij. Id enim quod in præsenti est (id est, momentaneum) & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ uidentur, sed quæ nõ uidentur. Verum fide hic opus est, est enĩ mirabile in oculis nostris, dum agit. Sicut hic Propheta quoq; mirat, dicẽs: Quid est homo. Quod in hebræo põt dici: q̃ homo, qm̃ memor es eius. Nam dictio מה Ma, hebraicis ualet, aliqñ quesitiuum quid, aliquando q̃: ut psal. cxviij. Quomodo dilexi legẽ tuam domine, pro, q̃ dilexi. Et infra: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua. Et psal. lxxxiij. Quam dilecta tabernacula tua, immo & hoc psal. Quam admirabile est nomen tuum. Hoc enim fefellit interpretẽ, quo minus Isaiæ. xxxvij. clare redderet hebræũ: Et dixit Ezechias, quod erit signum, quia ascensurus sum in domum domini. Non enim quærit ibi, sed miratur signum, quod ei datum erat, dicens: q̃ signum, quia ascendã. q.d. Nonne hoc grande, & admirabile signum? ita non inepte hic diceretur: q̃ homo, quoniam memor es eius. Quod sic redderet: Nõne mirabilis est ille homo? Nonne mirabilis ille filius hominis, memor es eius, dum obliuisceris, uisitas eum, dum derelinquis, uerum hoc facis, ut in breui eũ deseras inæternũ exaltaturus.

Cõsolatio putantiũ se derelictos a deo

Ab angelis.

Hoc sensu habito perspicuum fit, hebræum מאלהים Me Elohim, aptius transferri a deo, q̃ ab angelis, q Christum a deo canit minoratũ & derelictũ, uisitatum & desertum, minutum & auctum. Non tamen obid reijcienda est usitata translatio, siue Apostolus, aut quisquis alius hebraice scripserit epistolam ad hebræos, siue græce, cum constet Apostolum raro citare hebraicã proprietatem, sed frequẽtissime. lxx. etiam in alijs Epistolis, ut Ro. iij. ex psalmo. xiij. &. v. facit. Atque illud maxime conuincit autorem eiusdem Epistolæ legisse & scripsisse ab angelis, non autem a deo: q accedens ad huius psalmi testimonium dicit: Non enim angelis subiecit orbem terræ futurum, de quo loquimur: Tunc mox inducit hũc psalmũ, Christo homini esse subiectum probans, neque enim liceat cogitare Apostolum uoluisse dicere: Non enim deo subiecit orbem terræ futurum. Sequendo itaq; hebræum sensum nõ possumus Christi minorationẽ comparatione angelorũ intelligere, cum (ut & Erasmus bene infert) nõ solum Angelis minor sit factus, qui nouissimus uirorũ & (ut dixi) præter Enos, & filium hominis reliquum non habuit. Ex Apostolo ad Hebræos non liquet quid uelit.

Quare cum

Quare cum Christus fuerit minoratus a deo, nec amplius cum eo fuit in triduano passionis suæ. Quid mirum, si & ab angelis uolente deo, deseratur: sicut dicit: An non credis, quia possum modo rogare patrem, & exhibebit mihi plusq; duodecim legiones Angelorum? Ne autem leue putes ab Angelis nos esse minutos, seu relictos, cõsiderandum q; uniuersam nostrã salutem ministerio Angelorum deus curat. Sicut psal. xc, scriptum est: Quoni am Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uijs tuis: In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidẽ pedem tuum. Et psalmo. xxxiij. Immittet Angelos domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. Sic filios Israel Angelus eduxit ex Aegypto, posuitq; se inter eorum, & Aegyptiorum castra. Et, Angelus (inquit) meus præcedet te. Sic Lot de Zodomis eripuerunt, Tres pueros in camino ignis, angelus seruauit. Atq; in lib. iudicum, quoties quæso Angelorum officium memoratur q; hominibus? Sicut & in Zacharia & Daniele. Vt recte Paulus heb. j. dixerit esse eos spiritus administratorios missos propter eos qui hæreditatem accipiunt salutis. Non igitur mirũ, q; pro nouo miraculo, & stupore ducit Propheta, omnes ueteres seculi patres fuisse adiutos & seruatos ab angelis, & eos in hoc uno Christo cessare, eumq; minui ab eorum solatio. Simili affectu psal. ij. loquitur: In te sperauerũt patres nostri & salui facti sunt, in te sperauerunt, & non sunt cõfusi: Ego autem sum uermis & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis. Ac si dicat, illi fide sua obtinuerunt salutem in aduersis, nec unq; ad mortem usq; sunt relicti: Ego autem relinquor usq; ad mortem, & spes mea post mortem, demum ueniet. Talis enim passio decet nouum testamentum ideo Christus caput præcedit & prior omnium relinquitur, & minuitur a deo, & angelis: Sequuntur eum omnes qui credunt & inuocant nomen eius. Quare sicut beatus Aug. ad horatum, tractans psal. xx. recte docet in ipso, differentiam noui & ueteris Te stameti q; in hoc aliquãdo quidem relicti sunt patres usq; ad periculum uitæ, sed nunq; ad mortem usq;: illo autem sicut oues occisionis æstimantur omnes & in mortem deseruntur ignominiosissimam. Ita & hoc psalmo eandem nouitatem passionis celebrat Propheta, & præantiqua admiratur. Immo non modo angeli ei non astiterunt, ac ministrauerunt, sicut solent, sed & quicquid nomine Elohim potest significari, principes, reges, sacerdotes, seniores, & qui prius ei adhærebant.

Salus hominũ angelorũ ministerio curatur.

Christus prior omniũ relinquitur.

Gloria & honore coronasti eum. Pulchre reddit cõtraria contrarijs, Gloriã Enos, honorem filio Adam, coronã minuto ab angelis. Que ut intelligamus uocabula, primum declaremus: Gloria hoc loco pprio ponitur כבוד Cabod, quod δόξαν Græci dicũt. De qua psal. iij. Tu es gloria mea, & psal. vij. Gloriam meam in puluerem deducat. Ea est, non modo pompa nominis, seu, ut dicunt, fama cum laude celebrata, uolentes gloriam a laude, seu, fama discerni celebritate, quasi gloria sit claria a claritate dicta. Verũ est, & ipsa Augusta maiestas rerum pulcherrimarum & maximarum, quas possidemus, & ex quibus tum ista fama celebratur, tum nos ipsi gloriamur, & superbimus. Vnde dominus Matt. vj. Dico uobis nec Salomon in omni gloria sua uestitus fuit sicut unum ex istis. Quid hic gloriam nisi pompam, & maiestatem, abundantiamq; rerum appellat, quibus Salomon erat celebratus apud omnes gentes? Vnde & in hebræo, gloria a uerbo uenit, quod grauescere significat, ut psalmo. iij. uidimus.

Gloria quid intelligatur.

Honor. Honor autem quod הדר hadar hebræis ſonat, mirum q̃ uarie, & inconſtanter ſit paſſim uerſum, nunc pro decore, nunc pro honore, nũc pro pulchritudine, nunc pro magnificentia, nunc pro ſplendore, nunc pro dignitate, pſal. ciij, dicitur: Confeſſionem & decorem induiſti. pſal. xcv. Confeſſio & pulchritudo. quæ duo nomina pſal. xliiij. ſic redduntur: Specie tua & pulchritudine tua. pſal. cxliij. Magnificentiam gloriæ, ſanctitatis tuæ. pſal. cix. In ſplendoribus ſanctorum. Prouerb. xiiij. In multitudine populi, dignitas regis. Hæc omnia loca habent idem nomẽ, hadar ſeu hæder, quæ ab eodem uerbo ueniũt, quod, autore Reuchlino, ſignificat decorauit, honorauit, glorificauit. Ex quibus ſequitur, honorem hoc loco proprijſſime redditum hebræo nomini, ſignificare pompam alteram magnatum, quæ conſiſtit in multitudine eorũ qui eos reuerenter ſuſpiciunt, adorant, ſubijciuntur, ſeruiunt, obſequuntur, aſſiſtunt. Hi enim ſunt decor, ornamentum, ſplendor, magnificentia, pulchritudo, dignitas regis. Vt gloria & honor ſint uelut contrariæ pompæ: Gloria q̃ a rege exit, & diuulgatur ad alios: Honor, q̃ ad eum, hac gloria moti, multi ueniunt & agnoſcunt. Ex hoc Leui. xix. dicitur: Honora perſonam ſenis. Et multo ſe augent hæ duæ pompæ. Gloria enim multos allicit, ut honorent. Alleĉti uero ut honorent, mox gloriam augent. Ideo canimus deo gloria, & honor in ſecula ſeculorum, quod in ſempiternum augeatur & maneat. Sicut e contra duo illa mala quoq; ſe mutuo augẽt, quæ ſunt Enos, & filius hominis, qui enim oblitus eſt dei, & miſer ac triſtis factus, ſtatim & filius Adam deſeritur, quia de quo nihil dicitur, eundem & nemo honorat. Sicut in ſeipſo nihil eſt, ita ab omnibus deſeritur.

Coronaſti, metaphorice dicitur a corona, quæ undiq; perfecta eſt, & totum cingit, pro eo quod eſt, circũdediſti eum. j. Reg. xxiij. In modum coronæ cingebant Dauid & uiros eius. Et pſalmo. v. Scuto bonæ uoluntatis tuæ, coronaſti nos. Igitur Chriſtus factus pro nobis Enos, deſperatus, & afflictus undiq;, & in omnibus, nunc habet omnium rerum imperium multa laude, & fama celebratum, delectatus, & ſecurus in omnibus: Factus filius Adam cõtemptus, & inhonoratus, nunc honoratur, adoratur, quæritur ab omnibus: Et qui mi-

Omniũ rerũ ĩperiũ Chriſtus habet.

nutus fuit ab omnibus, nunc his undiq; ex omni creatura cingitur, ut non ſit creatura quæ hunc ignoret, aut nõ honoret. Euangeliũ enim, prædicatum eſt omni creaturæ, in gloriam eius. Rurſum in nomine eius, omne genu flectitur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum. Iſta enim corona gloriæ, & honoris, id eſt, uniuerſæ creaturæ, nulli unq; alteri conceſſa eſt, neque conceditur. Ex parte enim illi glorificant, & honorantur, & nullus habet omnia niſi ille qui minutus eſt paululum ab omnibus, ex nulla parte gloriam, & honorem habens, immo ex omni parte afflictionem, & irreuerentiam, ut pro hoc merito coronetur in æternum gloria, & honore. Verum iſta corona gloriæ, & honoris nõ dum eſt completa: ut Paulus dicit. j. Cor. xv. Nunc autem nondum uidemus ei omnia ſubiecta, oportet enim illum regnare, donec ponat omnes inimicos ſuos ſcabellum pedum ſuorũ. Hoc agitur, ſcilicet uſq; ad extremum iudicium, interim manent, qui nõ glorificẽt, nec honorificẽt eum, & coronæ huius plenitudini reſiſtant.

Incõpletã coronã Chriſti.

Conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum: Omnia ſubiecciſti ſub pedibus eius.

Sic uerſus

Sic uertis iste in hebræo absoluitur. In quo gloria, & honor Christi exponitur. Gloria est, quod omnium rerum dominus est, atq; ita uides gloriam esse rerum possessarum, ut diximus. Honor est omnia ei esse subiecta, omnia eum agnoscere, ad eum conuerti, ex nutu eius pendere. Et satis pulchre aperteq; utraq; pompa, tam gloriæ, q̃ honoris, hoc uersu cõponitur, dum simul dominus & subditi describuntur per uerba, cõstituisti, & subiecisti, quorum uno dominus, & gloria, altero subditi, & honor monstrãtur. Eadem duo & psal. xliii. sic habentur: Alterum illo, Specie tua & pulchritudine tua, intende, prospere, procede, & regna: Propter ueritatem & mansuetudinem, & iustitiam, deducet te mirabiliter dextera tua. Alterum isto: Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent, in corde inimicorum regis. Hic est ergo princeps regum terræ, & dominus dominantium. Confer eos huic regi. Super quænam sunt constituti? Certe super opera manuum dei, ad sensuales illos titulos regnorum, prouinciarum, populorum, & spectacula insignium imaginũ monumentorum, qui Parum sonat opera manuum dei, ad sensuales illos titulos regnorum, prouinciarum, populorum, & spectacula insignium imaginũ monumentorum, quibus reges & principes mundi iactantur. Paruo titulo Christi regnum, & sine insignibus prædicatur infinitũ, & æternum: Opera (inquit) manuum tuarum. Non enim terræ, aut cœli nomine potuerunt comprehendi: Quicquid enim creauit deus, Christo subiectum est. ut. j. Cor. xv. Qui dixit omnia, nihil utiq; excepit, præter eum qui subiecit ei omnia.

Christi honor, simul & gloria.

Collatio rẽgum mũdi ad Christum.

An autem frustra dixit: Omnia subiecisti, & tamen non dixit: Constituisti eum super omnia? Omisit enim in subiectione opera dei, & in constitutione omnia, cum tamen coniuncta utrinq; uelit intelligi: An in detestationem fastus & ambitionis sic loquitur? ut nec ille, cui uere omnia subiecta sunt a deo, titulum iactet se esse cõstitutum super omnia, & maior sit possessio, q̃ titulus: cum contra homines, nõ raro solis rerum titulis uehantur, rebus satis exiguis dominantes. Illud certe Apostolico more pensandum est, q̃ Christum describit, non ambiuisse hunc principatum, sed a deo constitutum, ut discereremus non assumere honorem, nisi uocati. Sicut Aaron hebræo. v. Et quod mireris tam ingens imperium Christo his uerbis tribuitur, & tamen ambitio singulis pene syllabis coarguitur, nullum hic inflatum uerbum, quemadmodum decreta hominum solent dicere: Cuncta per mundum nobis &c. Et iura tam cœlestis, q̃ terreni imperij Petro clauigero suo commisit. Sic tument Bullæ, insta rotq; rotant turgentia gutture uerba. Hic autem cõstituisti (inquit) & eum, & super opera manuum tuarum. Vide ut pressis, uerecundis, tenuibus, solidis tamen uerbis, inæstimabile regnum Christi tractet. Quanq̃ pro constituisti in hebræo habetur: Dominum fecisti. Quomodo Petrus Act. iiij. loqtur: Hunc Christum & dominum fecit &c. sicut soli, Genesis. j. dicitur, ut præesset diei. Seu, ut psal. cxxxv. Solem in potestatem diei.

Solis rerum titulis, homines uehuntur.

Ambitio coarguitur.

משילהו

Et pulchre opera manuum tuarum dicit: Sine omni specie commẽdans possessionem Christi. Hominum enim mos est his tantum imperare & præesse, quæ digna, magna, multaq; sunt, & omnino ex quibus ipsi lucrum, honorem, uoluptatemq; capiãt, ea quæ sunt uilia, indigna, & quæ egeant ipsorum ope, uel opera facile permittunt, ut alijs subsint. At Christus omnium dominus, quæcunq; opera dei censentur, siue sint infirma, ægena, contempta, siue potentia, opulenta, honorata, possidet, non est rex, qui personarum respectu captus regnet, sed quicquid creatura dei est, suum agnoscit, sine ulla differentia. Proinde Christi regnum tale est, ut non modo nulli alteri possit conferri,

Possessio Christi sine differentia omnis creaturæ dei.

sed & si conferri posset alteri, nullus queat reperiri, qui susciperet. Nemo enim est eorum, qui uel ambitiosissimi sunt, qui optet præesse infirmis, egenis, ignominiosis, & ex quibus nihil sibi prouenire possit. Omnes enim offendit uerbum hoc: opera manuum dei, & omnia: nec delectantur scire, quid ista uocabula significent.

Opera manuum dei.

Ex his fuerunt & pōtifices olim, qui omnia sibi arrogarunt, sed non id quæ fiuerunt, ut opera manuum dei, & omnia regerent, sed omnia quæ sibi placerent, & quædam opera dei, quæ ipsi elegerant, cætera, quibus & prodessent, nihil curantes, quātumuis inter opera dei, & omnia, censerentur. Purissimus ergo sit oculus necesse est, & ab omni personæ, ac laruæ specie alienissimus, qui opera manuum dei recte debet intelligere. In hoc enim nomine non differunt Papa & laicus, Imperator & mendicus, hostis & amicus, sapiens & indoctus, sanctus & peccator, sanus & ægrotus, uiuus & mortuus. Idem dominus omnium, & æqualiter omnia sunt illius.

Nota bene.

Consolatio afflictorū, pro ueritate.

Gaude ergo o Christiane, & quicunq; te opus dei esse agnoscis, tibi hæc, & magno solatio, dicuntur, si credis uere Christum esse super omnia dominum constitutum, si enim inimici tui, uel a longe in te mala consultant, in quem rogo cōsultant? In te, an in Christum? Eius enim sunt, & illi, & tu: Noli timere, ipse præsens est illic, & hic, uidet quid contra te moliātur, & maiore cura super te uigilat, q̄ tu super teipsum. An putas rem possessam habere posse super se ipsam maiorem sollicitudinem, q̄ habet ipse possessor? Quid aurum in arca, uel pera, pro se cogitat? Nonne paterfamilias arcæ, quoq; ei prouidit, & omni hora, latronum & furum insidias sollicitus obseruat? An aurum rapitur sibi ipsi, an possessori suo? Et fur, utrum offendit grauius aurum, an possessorem? An putamus auarum hominem uri de rapina suarum rerum, & Christum nō uri de quacunq; læsione rerū suarum? Et quomodo obedient patri subijcienti omnia sub pedibus? Q̄ si te occidant, exurant, lædant, criminentur, eijciant (modo sis ei tu subiectus) rogo cui dānum faciunt? cuius rem perdunt? tuam, an Christi? Væ incredulitati nostræ, q̄ præsua impietate, hæc solatia, & tātam securitatem non potest intelligere. Non enim deest protector, & possessor nobis, sed deest fides, quæ credat nos esse possessionem illius. Verbum enim maxime fidei audis, cum dicitur: Omnia subiecisti sub pedibus eius, & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Verbum maxime fidei.

Si dicis, Metuo ne me perdat ipse dominus meus, cū sim peccator magnus, nec meritus ab eo possideri hac felicitate. Non perdet te, si confitearis te esse suum, & eum esse dominum tuum, ipsius enim sunt, & sancti, & peccatores, & omnia opera manuum dei. Omnis lingua (inquit, ad Philippen. ij.) confiteatur q̄ Iesus est dominus, & hoc ad gloriam patris. Et Ro. x. Si confessus fueris ore tuo, q̄ Iesus est dominus, & corde tuo credideris, q̄ deus illum suscitauit a mortuis, saluus eris. Hac (inq̄) confessione, & fide, si peccator es, non modo iustus, sed & saluus eris, dicit hic Apostolus: Eos potius damnabit, qui cum sui sint, eum nolūt recipere in dominum. Sicut Lucæ. xix. Verumtamen inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me. Hi enī nolunt, & coguntur ei esse subiecti. Non enim habemus regem, qui exactor sit, sed saluator, potissimum eorum qui oppressi sunt, uel pœnis, uel peccatis. Nam in his præter titulum operis dei uix reliquum est: At opera dei sunt eius propria possessio. Quare si peccas & cadis, ne desperes de Christo, nō enim extra eius imperium rues, nisi desiueris esse opus dei. Q̄d si

Rex noster, non exactor, sed saluator.

imperium

imperium eius agnoscis, & cum illo Sapiētiæ.xv. ei dixeris: Etiam si peccaue-
rimus tui sumus, scientes magnitudinem tuam &c. nō potest ipse te dimittere,
nec tu sine fiducia misericordiæ eius dimitti. Agnoscet ipse te suam possessio-
nem, si agnoueris eum tu dominum tuum. Nam hoc est, quod impijs Isaiæ pri-
mo exprobrat: Cognouit bos possessorē suum, & asinus præsepe domini sui,
Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. Igitur, consti-
tutus est nobis super omnia, ut in oibus nos possit iuuare, & ad eum nos quea
mus confugere, siue in peccatis, siue in morte, siue in uita, siue in iustitia. Siue
uiuimus (inquit Ro. xiiij.) siue morimur domini sum⁹. Nemo sibi uiuit, nemo
sibi moritur, qui uiuit, domino uiuit, qui moritur, domino moritur.

Non potest Christus nos dimittere.

Semper confugiendum ad Christum.

Oues & boues uniuersas, insuper & pecora campi: Volucres cœli,

& pisces maris, qui perambulant semitas maris.

Hij duo uersus occasionem dedisse uidentur interpreti nostro, & alijs, ut
de puro homine, psalmum intelligerent, & Elohim, angelos transferrent. In
qua sententia sunt, & magni aliquot patres, q̄ ex Geneſis, j. cap. homini for-
mato deus tria hæc animantium genera, legitur subiecisse. Et habent sane pro
hoc sensu non parum speciei. Quod uidelicet, omnia illa subiecta uidetur ex-
plicare Propheta his uersibus, esse aliud, nihil, q̄ bestias terræ, cœli, & maris,
neq̄ magnum uideatur Christo tributum, si imperium harum bestiarum ei
tribuatur, quandoquidem & humani reges etiam hominibus præsint. Verum
fortiter obstat Paulus, non modo ad Hebræos (si forte quis eam neget esse
Pauli) Sed & j. Corint. xv. Omnia (inquit) subiecit sub pedibus eius. Cum au-
tem scripturæ & uerbi dei, oporteat esse unum simplicem, constantemq̄ sen-
sum, ne (ut dicunt) sacris literis cæreum nasum faciamus, iustum est Pauli sen-
sum præferri omnium aliorum patrum sensui, siue Ambrosij, Augustini, Atha-
nasij, Hieronymi. Quæ ideo dico, ne quis more scolasticorum doctorum sta-
tim pro oraculo sequatur, quicquid in aliquo illustrium Patrum legerit, ut
quidam solent, qui hac ratione nobis scripturam in meras lacinias sensuum se
cuerunt, ut tot sententias prope habeamus, quot syllabas. Et nescio proban-
dum, improbandumue sit studium magistri Sententiarum, & Gratiani, quo
egerunt, ut omnia omnium assuescerēmus uorare, sicut immunda animalia,
nec findentes ungulam, nec ruminantes lingua. Id studij enim, meo iudicio,
fons est tot quæstionum, opinionum, rationum & bellorum, quæ iam plus tre
centis annis per scholas grassantur.

Scripturæ est unus simplex & constans sensus,

De magistro Sentētiarum, & eius alūnis.

Permittendi sunt itaq̄ sancti patres suo quandoq̄ sensu ab undare, & pro
affectu suo, in literis sacris extra ordinē luxuriare. Sed Theologo puram, ger-
manamq̄ intelligentiam scrutanti, necessarium est consultis ipsis sacris literis
de omnibus iudicare. Sicut Augustinus in multis locis docet. Et Paulus præ-
cipit: Omnia probate, quod bonum est tenete. Quare hi duo uersus, non mo-
do Christo parum tribuere uidētur, sed etiam puro cuiq̄ homini, quando Ge
nesis primo, etiam dominium terræ ei tribuitur, & omnium arborum, herba-
rum, lignorum, quod hic ne Christo quidē tributum legimus. Et fateor, non
nihil difficultatis locus habet. Augustinus cum suis ad Allegoriam fugit, sed
non effugit: Cum enim præmiserit omnia, & opera manuum dei, non constat
ratio, cur ea explicaturus, solum oues & boues & pisces & uolucres (siue iusti
siue peccatores per hæc allegorice intelligantur) recenseat. Non enim hi sunt

omnia illa quæ Christo subiecta sunt, sed in omnibus eisdem comprehensa. Cur ergo præ cæteris explicantur? Cur non fuit satis dicere, omnia, & opera manuum dei? Oportet enim, oues, boues, uolucres, pisces, pecora, hic ad literam intelligi. Ego confiteor meam ignorātiam, nec quid dicam habeo, mouebo tamen alijs cogitationes, quando aliud non possum.

Cōtra Iudæos regno Christi resistentes.

Quid si Propheta uoluerit potissimum ea explicare, quæ puro homini sunt subiecta, propter contentiosos ceruicososq́, præsertim Iudæos qui maxime omniū regno Christi resistunt? Ne qs obganire queat, deum nō posse sibijpsi contradicere, q́ iam olim hæc (Geñ. primo) subiecerit homini puro, temporali ditione regenda. Ac per hunc scripturæ prætextum, aut omnia Christo subiecta neget intelligi, & illa, aut Christi uniuersale dominium calumnietur. Sed ita præueniretur huic uersutiæ, q́ sic sunt omnia Christo subiecta, ut etiam ea quæ olim hominibus subiecerit deus, non modo nolit excepta, sed una cum hominibus eidē subiecta: ldq́ adeo, ut si homines nolint Christo esse subiecti (sicut sunt in ueritate) scirent tamen ea, quæ ipsis subiecta sunt, ei subiecta, habereq́ eum potestatem in omnia quæ sunt eorū sine ulla resistentia, quantum libet ipsi resistant. Deinde, non est ulla offensio quæ magis pugnet aduersus fidem dominij Christi, q́ ipsa impiorum, præsertim Regum & Magnatum, in his rebus homini olim datis, opulentia, ut necessarium fuerit, hæc, p prie explicare Christo esse subiecta, ne quis scādalizatus nō crederet, si uideret impios, præsertim magnos, nō subditos ei. Omnia enim aliafacile est credere Christo subiecta, præter ea quæ impiorum sunt: Hæc enī in potestate eorum plene posita uidentur. De quo & psal. cxliij. Boues eorum crassæ, promptuaria eorum plena. Quasi diceret, Propheta: Ne offēdare frater, q́ omnia Christo subiecta esse dixi, cum in solis impijs eius inimicis uideas cōtrarium, cæterorum enim, nihil uidetur resistere, scito, q́ & ipsorum quæcunq́ habent, sunt Christo subiecta. Et ad hanc sententiam iuuandam ualet, si per Epitasin eleues illud adiectiuum uniuersas. q.d. nihil est rerum, etiam rebellium impiorum, nō tantum sponte subiectorum, quod non sit ei subiectum. Et hoc Apostolus quoque. j. Corinth. xv. queritur, dicens: Nondum uidemus ei omnia subiecta. q.d. Sunt omnia subiecta, sed nondum impletum est, nec uidemus, resistentibus, scilicet impijs. Quare uolucres cœli, pisces maris, per Auxesin additi sunt, ac si dicat: Omnia hominis, sūt subiecta Christo, siue quæ ipse possidet, siue quæ ei Geñ. primo subiecta sunt, ipse est dominus omnium.

Etiam quæ impiorum uidentur Christo subiecta sunt.

Fidutia Iudæorum in sacrificijs quasi suis

Nec id forten imio abhorrebit, si quis & alteram fidutiam Iudæorum prosterni hoc uersu putauerit, quæ fuit, q́ sacrificijs & holocaustis animalium uelut suis rebus deo seruire, se credebāt. Sicut sanctus Stephanus Act. vij. eos refellit ex Isaia. lxvj. q́ ei templum ædificare præsumerent, cum ipsius iam essent omnia ex quibus templum esset extruēdum. Ita & hic liceat opinari quando Propheta nouum regem sua gloria & honore colendum docet, non esse q́ præsumant sese animalibus occisis ei seruituros: Cui enī sunt omnia subiecta, etiam oues & boues, & omnia quæ homini unq́ data sunt, subiecta sunt. Quid ergo dare poterunt illi, cuius sunt omnia quæ habent? Similem enim eorum fiduciam & simili causa, similiq́ sententia damnat, & psal. xlix. Non in sacrificijs tuis arguā te, id est, nō est mihi aduersus causa te propter sacrificia tua. Quare? quia holocausta tua, in conspectu meo sunt semper, id est, non est, quod ea mihi offeras, iam sunt enim coram me: Non accipiam de domo tua uitulos, nec de gregibus tuis hircos, q̃m meæ sunt omnes feræ syluarū, bestiæ in montibus millium

millium: Cognoui omnia uolatilia cœli, & uniuersitas agri mecũ est, si esurie-
ro, non dicam tibi, meus enim est orbis terræ & plenitudo eius. Nũquid man-
ducabo carnes taurorum? aut sanguinem hircorum potabo? Tunc sequitur *Verus cultus dei.*
uerus cultus: Immola deo sacrificium laudis, & redde altissimo uota tua. Inuoca
me in die tribulationis & eruam te, & honorificabis me. Et ĩ fine: Sacrificium
laudis honorificabit me, & illic iter, quo ostendam illi salutare dei.

Vide an ne hic Asaph hunc psalmum fere totum, ex hoc psalmo. viij. suxe-
rit: De laude enim dei, in tribulationibus agit (sicut hic psalmus) cõtemptis sa-
crificijs pecorum, quæ dei potius dicit esse q̃ hominum, quibus Genesis. j. da-
ta sunt, ut scilicet & hic omnia Christi esse scirent, nec posse amplius ei seruiri
his, quæ illi sua esse putent. Adijciamus & de superstitione aliquid, ac libertate
Christiana. Quãdo enim generalis est hæc sentẽtia, Christo omnia esse subie-
cta, & post legem promulgata, necesse est, ut regulet omnia particularia, tem-
peretq̃ uniuersa legis præcedentis edicta. Quare nõ solum pro sedando scan-
dalo, quod impiorum opulentia statuit, nec tantum pro tollenda fiducia,
quam legis donatio, & sacrificia in rebus istis donatis instant, sed etiam pro
uendicanda libertate spiritus, quam legis cerimoniæ, æque stulta fiducia, aut
infeliciore conscientia, opprimebant. Debuit imperium Christi pronunciari,
& ualere credi. Siquidem cerimoniæ legis potissimum constiterunt in anima-
lium differentia in uictus, uestitus, locorum, aquarum, regionum, cœli, &
omnino in rebus hisce, quæ homini subiecta sunt, Genesis primo. In hãc rem
Apostolus quoq̃. j. Corinth. x. cum pro libertate Christiana, aduersus cerimo
nias, dixisset: Omne quod uenit (id est, uenditur) in macello, manducate, nihil
interrogantes propter conscientiam: Subdit, pro causa generalissimam senten-
tiam ex psalmo. xxiiij. dicens: Domini enĩ est terra & plenitudo eius. Ita & hic *Non possunt nobis Pontifices prohibere, quæ dei sunt.*
uidetur generalem sentẽtiam dominij Christi aduersus cerimonialem Iudæo
rum torsisse Propheta, ut sub Christo, cui omnia subiecta sunt, omnia libera
esse doceret, & licita, siue malint pisces, oues, boues, uolucres comedere, siue
abstinere. Dominus est (inquit ipse Christus Marci. ij.) Filius hominis, etiam
sabbati. Quare dominus? nisi, ut in arbitrio eius sint omnia. Quare dominus
animalium & bestiarum terræ, maris, cœli? nisi, ut in arbitrio eius sint omnia.
Ita sub Christo omnia possidente, libera, licitaq̃ sunt omnia, quæ in cœlo, ter-
ra, mari sunt. In quibus tamen hodie maior est per hominũ decreta captiuitas,
q̃ unq̃ olim, sub lege fuit.

Hæc sub cuiusq̃ iudicium relata dictaq̃ uolo. Ex quibus (si uera sunt) & hi
duo uersus clari sunt, & ratio aperta est, cur potissimum has res ex omnibus
explicarit: Q̃ conueniebat liberrimo omnium imperio Christi, omnia libera
asserere, tutaq̃ facere, & nos in eo recte instituere. Id reliquum est, q̃ ubi nos
pecora campi, aptius hebræus בהמות שדי Bahemoth schadai, id est, bestias
agri habet. Pecora enim latine, domestica animalia significant, quæ per oues
& boues, satis expresserat. Et ubi nos habemus: Qui perambulant semitas ma
ris, uidetur hebræus, non de piscibus sonare, sed de alijs quæcunq̃ uersantur
in mari. Geminam enim inductionem, hi duo uersus uidentur mihi contine-
re in hunc modum, prior: Oues & boues uniuersas, insuper, & quicquid ani-
malium uersatur in agris: Posterior, Volucres cœli & pisces maris, & quic-
quid uersatur in semitis marium. Vbi id obseruabis, q̃ ex Genesi uolatilia, &
aquatilia omnia, ex aquis producta scribuntur: Ideo uolucres cœli, cum pisci-
bus maris, inductione posteriore coniungit.

Semitæ maris Quærat autem quispiam, cur semitas maris tribuant piscibus, & ijs qui in eo uersantur, cum nihil minus in mari, q̃ semitæ, sicut & in aere, appareat? Forte q̃ mare totum sit peruium, in quo quælibet bestia suum iter faciat, & tamen nunq̃ communis, & regia uia perseueret, neque eadem uia sæpius ibi teratur. Verum hæc leuicula.

Habemus itaq; Christum passum, coronatum, prædicatum, ac creditum in hoc psalmo descriptum egregie: quem titulus torculari suo nobis indicauit a

Cultus Christi legitimus. principio. Ideo, ut denuo inculcet eius legitimum cultum, qui alius non est, q̃ fides, laus, prædicatio, confessio, repetit uersum primum, dicens:

Domine dominus noster, q̃ admirabile est nomen tuum in uniuersa terra.

Magnum est enim, & arduum hunc Enos, & filium Adam credere tantæ & gloriæ, & dignitatis esse: Ideo repetendum, & assidue id inculcandum monet. Stat enim sententia: Deum esse memorem, uisitatorem, coronatorem, sed eorum duntaxat, q obliuione, ignominia, solitudine sunt extreme in nihilum redacti, qualem enim exaltasse Christum, hoc psalmo scribitur, tales, & semper exaltaturus eodem exemplo cognosci uoluit: In quo satis demonstrauit,

Oculi domini aperti in eos, qui sunt nihil in hac uita. in quos nam oculi sui sint aperti & firmati: Nempe oculi domini super iustos, (id est, eos qui sunt nihil hac uita, tam sibi, q̃ hominibus) quia humilia respicit in cœlo & in terra. Atq; hæc ipsa misericordia eius facit, ut magnum sit nomen eius in uniuersa terra.

PSALMVS NONVS.

Ad uictoriam pro occultis filij, Psalmus Dauid.

Quanta bone deus, est huius tituli exponendi uarietas: alius mortem Absalomi, alius mortem Goliath, alius instrumẽtum musicum, alius iudicium dei occultum, alius Iuuentutem, alius Cantorem psalmi, aliud aliud intelligit. De quibus omnibus, qui uolet Lyram Burgeñ. & Reuchlin uideat.

Ego quantum ex scopo psalmi capere possum, sequar Burgensis titulum, non interpretationem, qui dicit עלמות Almuth, quod pro occultis transfertur, hebraice iuuentutem significare. Est enim psalmus iste omnino genera-

Scopus huius Psalmi. lis, quædam gratiarum actio, exultatio, exhortatio, oratio plena iucundis affectibus, de uictis uincendisq; assidue inimicis, quæ non possit conuenire, nisi populo in medio inimicorum agenti, pugnanti, uincenti, triumphanti, tam de præteritis, q̃ præsentibus, & futuris loquenti. Quare de populo Christi, præsertim Martyribus & eorum persona psalmum esse dictum, non dubito. Quod, ut aliquantulum demõstremus, titulum hebraicum tractemus, qui sic habet: למנצח עלמות לבן מזמור לדוד Lamnazeah, Almuth, Laben, Mizmor, Ledauid. Lamnazeah, ad uictoriam sonat, satis expositum supra. Mizmor, Ledauid, psalmus Dauid. Reliquum est Almuth Laben. Si Almuth cum Hieronymo diuidas, in duas dictiones (quod Lyra negat) sonat super mortem, seu ad mortem: Et hinc alij mortem Goliath, alij Absalom, hic somniant. Si unam dictionem serues, est nomẽ abstractiuum a uerbo עלם Alam, quod abscondit, significat: A quo uerbo Adolescens, & Adolescentula uocantur, Elem, & Alma: Quod in tabernaculis, & abscondito educarentur,

cum peri

cum periculosissimum sit teneram ætatem uagari in mundo, & illecebris exponi. Inde, & almuth, iuuentutem, adolescentiam, & eam, scilicet ætatem significat, quæ hac ratione absconditur, & in occultis religiose educatur. Sic Jacob scribitur, uir simplex morans in tabernaculis, Genesis. xxv. Contra, Esau uir gnarus uenandi, & agricola. Atq; ab hac cõsuetudine, obtinuit usus, ut adolescentulæ uocentur hebraice Almoth (id est, absconditæ): ut Isaiæ. vij. Ecce Almoth concipiet &c.

Dauid autem dedita opera hoc titulo, prodigiosam iuuentutem signat, dum iuuentutem laben, id est, filij, seu, filio, signat: cum adolescentes, seu, adolescentulas habere sit patris, aut aui, aut ad summum fratris, siue tutoris cuiuspiam. Quis est enim filius, qui, ut filius possit dici habere adolescentes, & adolescentulas, quos in abscondito erudiat, & educet? Proinde Christum manifeste indicat, qui nouo miraculo carnalem generationem sua natiuitate finiens, filius tantum est, nullius secũm carnem pater, & tamen spiritualem generationem, noua per baptismum natiuitate incipiens, pater est multorum filiorum, & filiarum, quos in abscõdito fidei educat, erudiens, ne sapiant ea quæ patent, sed ea quæ latent. Sicut psalmo. xxvj. Abscondes eos in abscondito faciei tuæ, a conturbatione hominum. Quare uero similius est Almoth utroq; significatu in unum coacto, significare nouã creaturam Euangelij, prolem gratiæ, iuuentutem baptismi, populum noui testamenti, ac uere absconditas filij, id est, fideles & obedientes Christi, quorum uita sub morte, salus sub cruce, gloria sub ignominia latet: Sic enim abscondidit eos mundo, quos Dauid uir plenus spiritu, concepit significari adolescentibus, & adolescẽtulis, domi & abscondite educatos. Est enim, & hæc inter cætera Iudaici populi laus, q̃ a mercatorum & negotiatorum studijs semper fuit alienus, suis ac domesticis contentus protentibus, sicut & patres eorum. Quandoquidem, ut Polytropi illi, & uagabundi homines, multorum quidem hominum uidẽt mores, & urbes ciuiles q̃ (uti putant) & urbani redduntur: Ita multorum quoq; pessimorum exempla, & hauriunt, & inuehunt alijs: quod Corynthus, Syracusa, Tyrus, Alexandria satis probauerunt, ut Romam taceam, & adhuc probant in hodiernum diem, emporia famatiora, ut non iniuria Cananæos (id est, negotiatores) potissimum de terra expulerit deus. Satis ciuilis est, qui legem dei sui nouerit, & deo pure seruierit, ad quod maxime opus est, præsertim adolescentioribus, secessu abscondito, & fuga hominum. Gentilis ille ait: Quoties inter homines fui, minor redij. Et ille: Amici fures temporis. Ac diuus Bernhardus: Nunq̃ minus solus sum, q̃ dum solus sum. Non, q̃ uelim ætatem istam solitudini deputare, cum & exemplis horrẽdis, & illustrium patrum autoritate probatum sit, solitudine nihil periculosius esse adolescentiori ætati; rursus idem periculum conuersatio turbæ. Quid ergo? hoc consultum est, ut magistrum domestícum, ac familiarem habeat, sub cuius conspectum omnia dicat, faciat, omittat in timore. Atq; id demum est, Almuth esse, id est, domi bene institui, tum ubi instituta fuerit, & foras in officium uocatur regendi populi, tum illud præstet affectu, quod prius effectu, tum sit Almuth in spiritu, quæ fuit Almuth in litera, iam perseipsum ea quæ patent contemnens, & contemnere docens, quæ huc usque alterius magisterio contempsit, immo contemnere docta est. In hanc Almuth olim instituta sunt monasteria & uniuersalia studia. Neque hoc abiecero, q̃ absconditа ista, non modo intelligantur pro parte ista Ecclesiæ, sed etiam contraria inimicorum: q̃ uidelicet decantet, non solum

Almoth.

Laus Iudæorum.

Mercatorum præconium.

Adolescentibus piculosa solitudo, & turba.

Cur monasteria sint instituta.

populi

populi spiritualis, & absconditi statum & opus, sed & spiritualem, & quæ in abscondito contingit victoriã de inimicis, ꝙ illi spiritualiter pugnent & hi spiritualiter uincantur, quo impleantur figuræ bellorum uet. testamenti, ubi corporaliter cæsi fuerunt inimici, quia ibi erat aperta serui, id est, Mosi, figuralis & externa facies, populi, belli, victoriæ, sicut hic abscondita filij, id est, spiritualis, & interna plenitudo populi, belli, victoriæ.

Almuth. Esto itaq; Almuth populus Christi, cuius uita abscondita est cum Christo in deo, qui non ambulat in his quæ patent, sed ab hijs qui sic ambulant multa patitur, & victor in omnibus hæc suo Christo cantat, de inimicis suis in abscondito & spirituali bello victis, ut utrinq; sint abscondita, tam apud victos, q̃ victores, utriq; in spiritu agentes.

CONFITEBOR tibi domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua. Lætabor & exultabo in te, psallam nomini tuo altissime.

Ordinem psalmorum a primo usq; ad octauum dedimus psalmo sexto, tendandum forte nunc quoque, qua ratione octauus sequatur septimum, & hic nonus, octauum. Manifestum est autem, septem priores psalmos esse passionum, & tribulationum Christi capitis, q̃ Christianorum membrorum descriptiones, inter quos nullus est, qui laudibus, & cõfessionibus gestiat: Octauus enim, primus omnium incipit nomen, laudem, gloriam, honorem exultare, nec habet ullam querelam, nec agit causam cum aduersarijs, sed fructum passionis præcedentium summario colligit, recitans, q̃ nihil promoueant persecutores, & q̃ feliciter habeat passus. Atq; id, ut in capite omnium patientium Christo inchoaret, optime conueniebat: Ideo optimo ordine octauus & post tribulationum psalmos sequitur, & Christum canit loco primo, inter gaudentes, & passionum victores. Oportet enim tribulatos interdum consolari, ut

Ordo psalmorum quid indicet. possint sustinere: ideo, & psalmos nunc lætos, nunc tristes, uario ordine misceri, ut hæc ipsa diuersorum psalmorum mixtura, & confusa ordinatio (sicuti putatur) exemplar esset uitæ Christianæ, quæ inter uarias tribulationes mundi, & consolationes dei exercetur.

Inchoata itaq; lætitia psalmo octauo Christi capitis, omnium passionum

Ecclesiæ consolatio. victoris, recte subsequitur hoc nono, & corporis suæ Ecclesiæ lætitia, de suarum quoq; tribulationum victoria, ut quem secuta est psalmis præcedentibus uia passionis, eius sit & sotia consolationis, exemplo & (ut dicitur) uelut digito monstratura, confirmaturaq;, id quod psalmo præcedente dictum est: Ex ore infantium & lactentium perfecisti uirtutem, propter aduersarios tuos, ut destruas inimicum & ultorem. Pergit inq; ostẽdere hãc uirtutem oris infantilis, & Christum super omnia constitutum, ut non inepte hunc psalmum queas præcedentis exemplum existimare expressum, cum in eo aduersariorum, inimicorum, & ultorum destructio, & magnificatio nominis, ac laudis dei, sic tractetur, ut aliud fere nihil tractetur. Quia enim Dauid uirtutem ex ore infantium perficiendam cognouisse cernitur psalmo. viij. nunc ne sine mẽte sonum dedisse putaretur (ut Mõtanus prophetas inculat) ostendit se nosse quoq; rem, & uniuersum negotium eius uirtutis.

Verba ista: Confitebor & psallam, psalmo. viij. uersu ultimo illo: Confitebor domino scd'm iusticiam eius, & psallam nomini domini altissimi, satis expõsita sunt,

posita sunt. Lætabor & exultabo. psalmo. v. ubi dicitur: Et lætabuntur omnes & gloriabuntur in te omnes. Quod enim hic exultabo, illic eiusdem uerbi futuro gloriabuntur, dixit: Porro Hieronymus illic laudauit, hic gaudebo reddit. Tanta est difficultas ubiq; cōstare sibi interpretē. Atq; q illic facturum se in media tribulatione pollicetur, hic liberatus, profuso gaudio facit. Tribulans enim sola dei laude sustentatur, quā finito malo reddat. Sicut dicit psal. xxj. Quare tristis es anima mea? & quare conturbas me? spera in deo, quoniā adhuc confitebor illi salutare uultus mei. Et ibidem: Quoniā transibo in locum tabernaculi admirabilis, usq; ad domum dei, in uoce exultationis, & confessionis, sonus epulantis. Nec moueat quod uerbis futuris utitur in rem præsentem, ira enim moris est, narraturis, cantaturis, acturis, ut dicant: Cantabo, dicā, faciam &c. cum iam incipiant.

Iucūdiß. affectibus exuberant uerilaudatores dei.

Vide ergo, qui confiteri, narrare, lætari, exultare, psallere se dicit, quāto æstu & cumulo iucundissimorum prorumpit affectuum, & emphaticus est totus. Non simpliciter dicit cōfitebor, sed in corde, & toto corde, nec simpliciter iam narrat opera, sed mirabilia dei, eaq; omnia: adeo gestit (sicut Iohānes in utero) & exultat spiritus eius in deo salutari suo, qui fecerit ei magna, & mirabilia illa, quæ sequuntur. In quo uerbo certe argumentum huius psalmi aperit, scilicet, q mirabilia dei canit. Mirabilia uero, q p. eos qui nihil sunt, cōuertit eos qui oia sunt, & per Almuth in fide abscondita uiuētes, mūdo mortuos, humiliat eos qui in gloria florent, mundo spectabiles, tam magna faciens sine ui, sine armis, sine opere, sed sola cruce, & sanguine.

Mirabilia dei

Illud quod omnia mirabilia dicit se narraturum, quomodo conueniet cum illo Iob. ix. Qui facit mirabilia & inscrutabilia, quorum nō est numerus? Aut quis enarret oia mirabilia dei? dicemus hoc hyperbolico illo affectu dici, quo psalmo. vj. dictum est: Lauabo per singulas noctes lectum meū. Quod uidelicet tantus ei sit ardor in dei magnalia, ut quantum est in uotis, omnia uelit, etiam si non possit enarrare. Amor enim, non habet modū, neq; finē. j. Cor. xiij. Charitas omnia credit, omnia suffert, omnia sustinet. Sic & omnia potest, & facit deus autem spirituum ponderator est. Potest etiā fieri q ideo oia dixerit: quia solū opera dei proponat cantare, & aliud nihil, iuxta illud psalmi. v. Docebo iniquos uias tuas, & psalmo. xvj. Vt non loquat os meū, opera hominū, Narrabo itaq; omnia mirabilia, id est, quicquid narrauero deinceps tua mirabilia erunt. Eodē tropo psal. vj. audiuimus dici: Inueterauī inter omnes inimicos meos, id est, eos qui sunt omnes inimici mei.

Amor sine fine & modo.

In toto corde. Ex superioribus intelligendū relinquo. Sunt em̄ (ut psal. xj. dicetur) qui loquant corde, & corde, id est, duplici, diuisoq; corde, ut qui deo confitent, donec benefecerit eis: Alij uero lingua quoq; mentiti sunt ei, & cor eorum non fuit rectum. psalmo. lxxvij. Qui & loquunt pacē cū proximo suo, mala aūt in cordibus eorum, uiri sanguinum & dolosi. His nunq; contigit, ut mirabilia dei cognoscāt, nedum aliquando enarrent. Igitur toto corde confitetur domino, qui neq; in prosperis seipsum iactat, nec in aduersis contra deū murmurat, utrobiq; æquabilis in syncera laude dei: quod nisi cum Christo crucifixis, & passiones expertis, non est possibile.

Toto corde cōfiteri domino.

In conuertendo inimicum meum retrorsum, infirmabuntur & peribunt a facie tua.

Hic incipit

Hic incipit mirabilia dei enarrare, scilicet, inimicorũ cõuersiones. Satis rem
superq; commẽdata est figura hebraæ linguæ oĩm frequẽtissima Synecdoche,
quam alij singulare pro plurali, alij collectiuum pro distributiuo uocãt. In cõ-
uertendo (inquit) inimicũ, & mox infirmabuntur, scilicet, idem inimicus, seu,
inimici. Deinde, q̃ grãmaticos offendit, in cõuertendo inimicum, in secunda
persona reddi poterat: Dum conuertes, aut conuertisti inimicum meum: sic
enim cœpit, & prosequitur in secunda persona, psalmum.

Heroicis autem & militaribus uerbis utitur, ut possit rudibus uideri de car-
nalibus bellis, & inimicis loqui, dum inimicus commemorat: Deinde retro
fugatos, infirmatos quoq;, & occisos, p̃ditosq;. Verum hæc omnia (Vt Aug.
hoc loco ait) beneficium, nõ pœna, & tantum beneficium, ut huic comparari
nihil possit. Ego autem conuersionem retrorsum, simpliciore sensu, intelligo
aliud nihil, q̃ fugam inimicorum, qua uerso dorso reuertuntur unde uenerãt.
Sicut Exo. xiiij. dixerũt Aegyptij: Fugiamus Israelem, dominus enim pugnat
pro eis cõtra nos. Qui locus, uel exemplum, uel speculum fuit, quo propheta
eruditus ad hanc prophetiam formandam. Nulla enim ui hominum, nullis
armis, sed solo respectu suo Aegyptios perdidit. Sicut ibidem dicit: Respiciẽs
dominus super castra Aegyptiorum per columnã ignis, interfecit exercitum
eorum, & subuertit rotas curruum, ferebanturq; in profundum. Sic psal. ciij.
Qui respicit terram, & facit eam tremere. Abacuk. iij. Aspexit, & dissoluit gen-
tes, & contriti sunt montes seculi. Et. cxvj. Montes sicut cæra fluxerunt a facie
dñi, a facie dominatoris uniuersæ terræ. Ita quod & hic dicit, a facie tua, tollit
suspitionem armorum, & uirium carnalium, quibus homines cõfidunt & pu-
gnant, ut omnino spirituali uirtute, atque de cœlo intelligantur, fuga, impo-
tentia, & casus inimicorum Ecclesiæ, prouenire: Sicut & Iudi. v. de cœlo pu-
gnatum est contra eos, stellæ manẽtes in ordine suo, aduersus Sisaram pugna
uerunt: Nisi q̃ hoc psalmo, non corporalis, ut in illis figuris contigit, sed spiri-
tualis, fuga, infirmitas casusq; inimicorum describitur, ut dixi: De plenitudine
enim loquitur, & absconditis figurarum.

Spũs uirtute hostes Eccl̃iæ fugandi.

Quæ est ergo fuga spiritualis inimicorum? quæ debilitatio? quis interitus?
E spectro isto hostium cadentium nobis liceat ea capere: Primum, est fuga, de
inde impotentia, quod a uerbo ruere in hebræo uenit, ut sit lapsus quo hostes
fugientes, & cæci cadunt, ac moriuntur: Vltimo, perditio & interitus, q̃ omni-
no desinunt esse, ut nec eorum memoria superstit. Quibus omnibus aliud ni-
hil, q̃ conuersio & iustificatio impiorum describitur. Fuga enim terror est, &
amissa fiducia cõsciẽtiæ, agnitio peccati, uirtus legis cognita: Quã sequtur mox
debilitatio, lapsus, tumultus, & felicissima cædes, quam nos cõtritionem uo-
camus, odium, scilicet peccati, ac iam mors ipsa malorum affectuum: Tunc
enim mox displicent. quæ placuerunt, & placent, quæ displicuerunt, cedimus
& damus terga, his quæ prius insensata fronte persequebamur. Post hæc se-
quitur abolitio penitus, & perditio, quãdo cõuersa, per gratiam dei, uoluntas
ne signum quidem prioris uitæ reliquum in nobis est, ambulantibus, scilicet,
in nouitate uite secundum uirtutem resurrectionis Iheſu Christi, ut Ro. vj.
docet Apostolus: & hæc exemplo ipsius eiusdem Apostoli licet cernere
qui inimicus Ecclesiæ acerrimus, & fugiens, repenteq; infirmatus dixit: Do-
mine quid me uis facere? Tandem perditus omnino, adeo nihil reliquum
habuit inimicitiæ, ut summis uiribus pro Ecclesia dei præ cæteris abundanti-
us laboraret.

Fuga.

Debilitatio.

Interitus.

Verum,

Verum, quibus uiribus hæc uictoria pariatur, signat, cum dicit: A facie tua. In quo tangitur officium uerbi, per quod reuelatur diuina uoluntas, misericordia, iudicium &c. de quibus statim dicet. Non enim alia re, q̄ solo uerbo dei, ista fuga, debilitatio, perditio impiorum perficitur, in quo reuelatur gloria domini: cui si cooperatus fuerit deus, & sese cordibus impiorū per incrementum notum fecerit, sequitur hæc uictoria. Ideo non frustra uoluit magis a facie tua dicere, q̄ulla alia re, aut uerbo, ut incrementum uerbi efficax ostenderet. Quis enim a facie Apostolorum conuerteretur, cum essent in persona contemptibiles? Quot uero audiunt uerbum dei, qui perdurant tamen in impietate sua? At ubi facies domini ipsa reuelata fuerit per spiritum intus docentem, ibi conuersio retrorsum, infirmatio, perditio simul sequuntur, sicut Isaiæ v. dicit: Rugitus eius ut leonis, rugiet ut catuli leonum, & frendet, & tenebit predam, & amplexabitur, & nō erit qui eruat. Et Mich. v. Et erunt reliquiæ Iacob in gentibus, in medio populorum multorum, quasi leo in iumentis siluarum, & quasi catulus leonis in gregibus pecorum, qui cum transierit & conculcauerit & cœperit, non est qui eruat: & exaltabitur manus tua super hostes tuos, & omnes inimici tui interibunt.

Verbo dei sternuntur impij.

Facies domini conuertit peccatores.

Quare syncerissima gratitudine Almuth ista, hæc mirabilia non sibi, sed soli deo tribuit, & si ministerio suo cooperata sit, nō tamen a uerbo suo, sed a facie dei perfecta dicit. Sicut & Paulus. j. Cor. iij. Neq̄ qui plātat, neq̄ qui rigat, aliquid est, sed qui incrementum dat deus: Dei cooperatores sumus.

Cur autem in futuro loquitur, fugabis, infirmabis, perdes, cum de præteritis glorietur, & confiteatur?

Forte, ut simpliciter dicamus, quia Prophetiam de futuris texit, ideo, & futuris mixtim, & præteritis uerbis utitur, ut est mos constans fere omnium prophetarum, præsertim psalmographorum. Cum reuera, & res ita ageretur ab initio, q̄ Ecclesiæ inimici & uincuntur & uicti sunt & uincentur. Atq̄ ita stet, q̄ uerbum domini manet in æternum, & ueritas eius in seculum seculi, omnium q̄ seculorum hominibus conueniat, semper idem operans, sed in noui testamenti exordio abundantius.

Adde adhuc unum, ut personarum differentiam obserues Almuth, & inimicorum eius: Scilicet, illam esse infirmam, stultam, cōtemptam, hos autem esse potentes, sapiētes, honoratos, & omnino montes mundi. Vt ex Abacuk. iij. dixímus: Aspexit, dissoluit gentes, & cōtriti sunt montes seculi: Incuruati sunt colles mūdi ab itineribus æternitatis eius, id est, mūdi eius. Hoc est (ut Isa. xl.) Omnis mons & collis humiliabitur: seu, ut eiusdē. ij. clarius dicit: Et incuruabitur omnis sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo uirorū & eleuabitur dñs solus in die illa. Et psal. ciiij. Tangit montes & fumigabunt. Hanc (in q̄) personarū comparationē, nisi obserues, nō satis intelliges quæ sint mirabilia, quæ narraturū se dixit. Quid enim mirabilius, q̄, ut Petrus, indoctus, idiota & piscator, conuerteret principes sacerdotum, Pharisæos, deinde reges gētium, atq̄ adeo ipsam Romam, quā in flore magnitudinis & uirtutis suæ aggredi, subijcīēdam sibi rudi, & pauperi piscatori, tam stultū, ac ridiculū apparet, ut uix aliud magis ridiculū toti mūdo, & impossibile præsumi potuisse uideat: Et tñ quod oīum fidem tāto interuallo superauit, & creditū & factū est, licet pertinacissime resisteret, ac multo tādem martyrū sanguine uinceretur. Et prohdolor hodie tāta mirabilia, in quātam abiere obliuionē, immo ignorātiam & inconsyderantiam? licet adhuc in oculos nostros impingant.

Mirabile maximum.

S Quoniam

Quoniam feciſti iudicium meum & cauſam meam. Sediſti ſuper thronum, qui iudicas iuſticiam.

Perſerunt inq̃ inimici mei, quia tu iudicaſti cauſam meam. Quæ rogo conſequentia? Dixi, q̃ perſonarũ differentia magnificat mirabilia dei, dum enim feces Iſrael (ut Iſa. xlix. appellat) & reliquiæ Iacob, pauperesq̃ terræ, pugnant aduerſus montes mundi, ut dictum eſt, nec ſpes nec ſpecies erat, cauſam hanc pauperum præualituram, aut eſſe aliquem, qui iudicium faceret inopis. Nam, & Pilatus (alioqui uir ſatis ciuilis, ut apparet) hac una ſpecie falſus, Chriſtum damnauit iniq̃ & ſcienter, cogitans, non referre pauperem perire, nec eſſe qui uindicet. At pſal. cxix. Ego cognoui quoniam faciet dominus iudicium inopis, & uindictam pauperum. Dei enim noſtri ſolius hæc eſt gloria, q̃ humilia & afflicta reſpicit, ac uindicat, ſuntq̃ hæc eius opera propria, & ideo mirabilia. Vtrũq; ergo ad mirabilia dei pertinet, q̃ facit iudicium inopis, & perdit ſuperbos, ut illos iuſtificet hos condemnet, & ut Iſaias dicit. xiij. faciat. Erunt cæci pientes eos qui ſe ceperant & ſubijciẽt exactores ſuos. Glorioſiſſimum enim uictoriæ genus eſt, ex inimicis reddere amicos & ex perſecutoribus ſeruos: Sicut Eccleſia fecit ex regibus & principibus mundi.

Pilatus unde deceptus.

Sediſti ſuper thronum iudex iuſticiæ. Sic enim heb. habet. Reddit autem rationem, quare dixerit cauſam ſuã iudicatam: Quia (inquit) cauſa mea toti mũdo inuiſa, & omnium hominum iudicium iniquum eſt, cum omnis homo ſit mendax & hoſtis ueritatis, quam ego loquor & ſequor, adeo, ut & hi qui de ſapientia, iuſticia & religione maxime omnium gloriantur, montes ſcilicet mundi, maxime omnium me perſequantur, qui ignorãtes iuſticiam tuam & ſuam quærẽtes ſtatuere, tuæ iuſticiæ nõ ſunt ſubiecti, atq̃ hac ſpecie efficiunt, ut omnibus hominibus in ſui affectum & mei odium, commotis, ſibi audeant polliceri, te quoq̃ iniquitatis iudicem fore, meam cauſam damnaturum, & ſuam ipſorum iuſtificaturum: Verum tu es iudex iuſticiæ, tuũ eſt tribunal, tuum iudicium, tuus thronus & tuum regnum, ideo ſcio & certus fui & ſemper ſum, q̃ uindicas cauſam meam & inimicum cõuertis retrorſum, proſternis & perdis &c. In hunc ſenſum & pſal. xcij. dicit: Dominus regnauit, decorem induitus eſt. Et iterum: Parata ſedes tua ex tunc, a ſeculo tu es. Et ſequitur: Eleuauerunt flumina fluctus ſuos: Mirabiles ſuſpenſuræ maris: Mirabilis in altis dominus. Vna eſt enim conſolatio oppreſſorum, ſcire, q̃ Chriſtus ſedet rex, & iudex omnium. Sic Petrus (.j. Pet. iiij.) contra blaſphemantes ſanctimoniam fidelium, dicit: Qui reddent rationem ei, qui paratus eſt iudicare uiuos & mortuos. Quanq̃ hoc pſal. de extremo iudicio proprie non loquatur, terret tamen eo iudicio, ut uidebimus: Sicut & Petrus hic facit.

Magnorũ luporũ noſtrorum cuiusmõi natura ſit.

Vna conſolatio oppreſſorum.

Ex his nunc colligi poteſt, quos nam dixerit inimicos ſuos, cũ enim cauſam ſuam uindicatam a deo iactet, euidens eſt ſe paſſum & oppreſſum fuiſſe ab iniquis, multis, magnis, aſtutis, coram quibus adeo impotens, derelictus, contemptus fuerit, ut cauſa ſua a nullo homine, ſed a ſolo deo ſit ſuſcepta. Non enim gloriaretur in deo uindice, niſi deſertum & ſolitarium ſeſe ſenſiſſet coram hominibus. Atq̃ ita uerſus hic, nobis nihil quærentibus, per ſe aperit, & ignaua formi deſcribit utriuſq̃ partis conditionẽ: Illius quæ dei eſt, afflictam & derelictam: huius quæ mũdi eſt potentem & multis ſtipatam. Tantis uidelicet per totam diuinã uolũtatem ſcripturam exhortationibus conſolamur, ſi pro ueritate patiamur: nec ſic tamen audemus Chriſtum confiteri libere & publice.

Hodie ſũt plurimi docti, qui diuinõ audẽt narrare.

Illud

Illud grammatici uiderint, an latine dictum sit: Feciſti iudicium meum, & causam meam. Mihi facere causam & iudicium, idioma hebræum uidetur pro expedire causam, sicut uernacula germanica sonat: Latini enim agunt causas, & ferunt sententiam. Hic autem faciendi uerbum, quod Asa diximus esse, habetur, ut partibus inter se contendẽtibus & causas agentibus dominus iudex lite dirempta statuat & faciat iusticiam & pacem. Vtrunq; autem nomen hebraice iudicium significat משפט mispat, & דין din, quorum unum reddidit iudicium, alterum causam, forte, q̃ in qualibet causa duo sunt officia iudicũ: Alterum iustificandi innocentis, alterum damnandi nocẽtis, q.d. Ius utrunq; meum est, meæ causæ iustificandæ & illius damnandæ.

Sedisti super thronum. Periphrasis esse uidetur, pro eo q̃ est rex, iudex factus es, quod psal.ij. Ego aũt constitutus sum rex ab eo, quo modo & psal.cix. dicitur: Sede a dextris meis. Quod aliis uerbis psal.xcvj. dicitur: Dñs regnauit. Hoc enim cœptum est, assumpto Christo in cœlum. Sicut prædictũ est Isa.ix. Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit, ut corroboret illud in iudicio & iusticia, a modo usq; in sempiternum. Hiere.xxv. Ecce ueniẽt dies, dicit dominus, & suscitabo Dauid germen iustum & regnabit rex & sapiens erit, & faciet iudicium & iusticiam in terra, & hoc est nomẽ quod uocabunt eum, dominus iustus noster. Ex his uerbis patet, nulli mortalium in uniuersis secu lis tribui posse gloriam iusticiæ & sapientiæ: Quotquot enim reges fuerunt: quos sapientes & iustos iactant libri hominum, stulti, & iniusti oẽs fuerunt. *Omnes reges impij & mendaces.* Nam & si humana & politica seu sapiẽtia, seu iusticia claruerunt, coram deo, tamen & in his quæ dei sunt, uani, mendaces, iniqui, reperti sunt. Quod luce clarius est, tam in re publica Romana, q̃ Iudæorum. Nonne Romani pulcherrimas leges condiderunt? Nonne iusticia gentes frenabant superbas? At cur Christum & Christianos tam atrociter persecuti sunt? Scilicet iusticia eorum species fuit in oculis hominum, in re coram deo nihil. Sic audet Apostolus. j. Cor.ij. Nos loq̃mur sapientiã dei in mysterio abscõditam, quam nullus principum huius seculi cognouit. Vbi sapiẽs? ubi scriba? ubi inq̃sitor huius seculi? Solus itaq; Christus sic sedet in solio & regno, ut iusticiæ rex & iudex sit in his quæ dei sunt, ideo & solus regnat, nec regni eius erit finis. Sicut enĩ iudicium iusticiæ eius comparat ad iudicium iusticiæ hominum, tanq̃ ad iniquitatem: Ita & regnum eius ad regnum hominum comparat, tanq̃ ad seruitutem, ac captiuitatem: Ipse enĩ solus proprie & super oĩa regnat, omnia potest, & omnia iuste uult; ideo gaudeant omnes iniq̃ in mundo presſi.

Et quid est aliud uniuersus iste tumultus regnorũ & magistratuum mundi, in quibus iudicia & iusticiæ celebrantur, de rebus temporalibus, pecunia, honore, uoluptate, & similibus, nisi quædam fabula, seu comœdia? Nam in his omnibus peccatum non tollitur, nec iustitia confertur, sed tollendi peccati & conferendæ iustitiæ, simulachra & imagines exhibentur: & sunt tñ tam stulti quidam, qui hos ludos seria ducant. Verum Christi regnũ semper in scriptutis cum iudicio & iusticia commendatur, q̃ ueterem hominem cum actibus suis iudicet & mortificet, & nouum hominem iustificet, ideo soli ei attribuitur a Hiere. q̃ ipse iudicium & iusticiam faciat in terra, aperte ꝓnuncians, cæteros omnes in terra, nec iudicium nec iusticiam facere, sed ut dixi, tantummodo simulare. Quare lõge sublimius iudiciũ & iusticia in sacris literis, q̃ in prophanis & iuribus accipiẽda sunt. Iudiciũ enĩ, est mors peccati, Iusticia uita æterna in Christo. Quæ sunt diuini muneris, non humani. *Simulachrũ iustitiæ, tumultus regnorũ.*

Proinde uerba huius uersus quendam in seculares iudices & reges ibo machum habent, quasi per Antithesin dicat: Quid illi iudices & reges inimicum, cui illi comparati, picti reges sunt, quia tu iuste iudicas, etiam ea pecca ta quæ illis iusticiæ uidentur. Sed quæres quo negotio, quo exercitu, quo iu ris processu, quibus aduocatis, quibus testibus, causam eius & iudicium eius fecerit? Sequitur.

Increpasti gentes & periit impius, nomen eorum delesti in æternum & in seculum seculi.

Increpatione sola dei iudicium exhibetur

Putabam audituros nos esse, fragorem armorum, & quadrupedantem ali quem tumultum equorum & equitum: Et ecce, sonum & increpationem uer bi, facit tanti negotij machinam. Increpat solum & facta sunt omnia. Quis nō miretur? hoc est, quod ex ore infantium & lactentium perficit uirtutem. Hoc est, quod spiritus ueritatis arguit mūdum de peccato, de iusticia & de iudicio: solo uerbo facit omnia. Et quando de gentibus potissimum loquitur & increpatio ista si per quemcp̄, uel primo, uel maxime per Apostolum Paulum gentium doctorem completa est, dignum est, hunc exempli uice pro hoc uersu ad ducere, quando non est dubium id quod hic dicitur per ipsum gestum esse. Vt de cp̄ increpet Ro. iij. Omnes peccauerunt & egent gloria dei. Et rursus: Causati sumus Iudæos & Græcos omnes sub peccato esse. Et. ij. Inexcusabilis es omnis homo qui iudicas, eadem enim facis quæ iudicas. Et. v. Vbi peccatum & mortem in omnes trāsijsse clamat: Et in quo (inquit) omnes peccauerunt.

Epistola ad Romanos sacræ scripturæ epitomæ est, & lux.

In uniuersum, tota illa epistola (meo iudicio totius sacræ scripturæ, tum commentarius, tum epitomæ, immo lux, & Apocalypsis) quem non reum statuit mortalium? Quanta fiducia uniuersos increpat? Quod nullus alius liber scripturarum tanta copia, tanta luce facit: ut huic uersu glosa non inepte daretur ista: Increpasti gentes, scilicet, per Apostolum Paulum, uerbo quidē multas alias, literis autem maxime Romanos.

Increpare quid.

Vsus est autem hoc loco magis uerbo, Increpasti, cp̄ alio quopiam, quo simplex uerbi prædicatio significaretur, quia hoc ad rem conueniebat, ut exprimeret modum uniuersi negotij, quo conuertit inimicum, & uindicat causam Almuth. Increpare enim est arguere, reum facere, terrere. Quod maxime fit, ubi conscientia cuiuscp̄ uerbo dei conuenitur: Ibi incipit fuga, ibi ponitur præsumptio & fiducia sui, & prorsus elanguet, ac concidit omne robur carnis, quod non fit, ubi simplex dictio non mouet: Multi enim audiunt, sed insensati non mouentur. Ideo in increpatione, non modo uerbum, sed uirtus quoque uerbi, & energia commendatur, ubi & audiunt, & terrentur auditis. Vt illi Actuum. ij. ad uocem Petri compuncti, dicebant: Quid faciemus fratres &c.

Spiritus aīos nicit solus.

Ac uide spiritum, non dolosum quidem, sed insuperabilem bellatorem, uerbo pugnat, sed cui nemo resistat. Curita? Homines contra homines pugnant armis & uiribus corporalibus, ubi neutri neutris fiduciam cordis auferre possunt, ideocp̄ & neutri, neutris cedunt, atcp̄ si etiam corpus, non tamen animum morituri relinquunt: Nec ullus repertus est hominum, qui alterius hominis animum uincere potuerit. At spiritus in sua pugna corpus, & uires eius omittit, ad conscientiam apponit uocem solam, & mox tuit omne præsidium,

sidium, omnis fiducia, omnis uirtus. Quis nō hæc narret mirabilia? quis enim stet ad uocem hāc Pauli Ro. ij. Reuelatur ira dei de cœlo super omnem impie tatem hominum eorū, qui ueritatem dei in mendacio detinent? Quis cōsistit? quis confidit? quis audet? cui diuina maiestas nunciatur irata? Aut quis non cōuertitur retro, cadit, perit, cuius conscientia uerbo dei increpata sibiipsi malo testimonio dissentit? Victo autē hac arte animo hominis, & obtentis penetra libus regnis: Quid est reliquum in homine, quod uictum non est? Et adeo po tens est illa uictoria, ut etiam inter homines uideamus contingere, qđ ferre neq; iudicium, neq; increpationem, neq; famam, neq; periculum possit, quem con scientia uexet, uerumq; sit Prouerbium illud: Conscientia mille testes. Et illud Triuij: Conscius ipse sibi de se putat omnia dici. Ideo recte sequitur.

Mala conscientia cuiusmodi malum.

Experdidisti impium. Sic enim hebræus habet. Hac enim increpatione ta ctus, statim intelligit suam miseriam. Sic Paulus increpatus de cœlo, statim de impio Christi aduersario factus pīssimus discipulus, dixit: Domine quid me uis facere? Non sustinet hanc increpationem spiritus hominis, sed sicut fulgure perstrictus subito immutatur & uertit. Sic psal. xvij. Ab increpatione tua, ab inspiratione spiritus iræ tuæ. Nō est necesse iterum admonere figuram Synecdochen, impium pro impios, cum sit tam frequens. Deinde iucundio rem locutionem etiam in nostra uernacula habet, ut uulgo dicitur: Deus adiu uat fortiorem, id est, fortiores. Quare ne tedio sim, deinceps non admonebo, satis habēs qđ semel admonuerim, esse eam fere unam omnium usitatissimam in sacris literis.

Impios deus perdit.

Impius hic רָשָׁע Rascha ille est quē psal. j. & v. satis exposuimus esse eum, qui fide inanis multa specie fulget, & nihil minus, qđ impius esse apparet. Et hic est inimicus ille qui Almuth maxime persequitur zelo dei & iusticiæ, cuius conuersio & difficilior & mirabilior est, nec uerbo nudo possibilis, nisi increpationis incrementum accesserit.

Nomen eorum delesti. Ecce quod dixi, impios esse qui pulchro nomine uehuntur. Dictum est enim, psalmo. v. &, viij. quomodo nomen in scripturis significet famam. Nomen habent quod uiuant (ut Apo. iij. dicitur) & sunt mortui. Quo nomine inflati securius persequuntur, & fœdo nomine conspurcant Almuth aduersariam. Deletur ergo nomen eorum, quādo increpati uerbo spiritus, seu potius spiritus uerbi, positis, ueritatis, sapiētiæ, iustitiæ, fiducia, opinione & nomine, infirmantur, stulti & peccatores fiunt, gratiam Christi in humilitate & solatium communionis Almuth filij in tremore quærentes, ut iam nomen stulti, & peccatoris non erubescant.

Impiorum nō men deletur.

In æternum & in seculum seculi. Hoc indicat, quod increpatio efficax est, ubi semel tetigerit cor, sic mutat hominem, ut inæternum non possit de suo nomine gloriari & uanus fieri, sed etiam si cadat aliquando, tamen opinionem rectam de deo non amittit, semper sciens solius dei esse, & opus & nomen bonum.

Inimici defecerunt frameæ in finem, & ciuitates eorum destruxisti, periit memoria eorum cum sonitu.

Totum hoc, uersus unus est hebræis. Hieronymus sic: Inimici completæ sunt solitudines in finem, & ciuitates subuertisti, periit memoria eorum cum

ipsis. Obscurus plane uersus. Constructio & ambigua & insolita uidetur, & inimici defecerunt phrameæ, latinis ita sonet, ut nescias utrum singulare, aut plurale, & an genitiui, uel nominatiui sint, inimici & phrameæ. Ego citra temeritatem pono meum sensum & iudicium: Vocabulum, phrameæ, quod procul dubio hebraæ originis est a uerbo פרם pharam, quod scindere significat: Vnde a scindendo phrameam dicunt gladium, seu cultrum, quasi phramea sit idem quod scissorium (ut ita dicamus). Hoc inq̃ uocabulum phrameæ redditum est hebræo nomini חרבות cheraboth, quod pluralis numeri est, a חרב chæreb, quod gladium significat: hoc noster interpres sequitur, uel a uerbo charab quod uastare, desolari significat, a quo Hieronymus transtulit, solitudines. Quare me iudice sensus ast.

Inimici defecerunt phrameæ, seu solitudines, id est, uastationes inimici uastatæ sunt, seu cessauerunt uastare, ut sonet aliquid tale quale dicitur psal. lxvij. Cepisti captiuitatem. Et Isaiæ. xxxiij. Væ qui predaris, nonne & ipse predaberis? Qui spernis, nonne & ipse sperneris? cum consummaueris depredationem, depredaberis, & cum fatigatus desieris cõtemnere, contemneris. Et consonat fere hic uersus cum eiusdem Isaiæ. xiiij. Et erit in die illa, cum requiem tibi dederit deus a labore tuo, & a concussione tua, & a seruitute dura, qua antea seruisti, sumes parabolam istam contra regem Babylonis, & dices: Quomodo cessauit exactor? quieuit tributum? cõtriuit dominus baculum impiorum, uirgam dominantium, cædentem populos in indignatione plaga incessabili, subijcientem in furore gentes, persequentem crudeliter. Et infra, Ex quo dormisti, non ascendit, qui succidat nos.

Igitur, siue phrameæ, siue uastationes dicas, ipsas persecutiones significat Ecclesiæ, quibus eam scisserũt, persecuti sunt, & uastauerunt principes huius mundi, præsertim Iudæi, quæ penitus cessauerunt, ubi increpatis gentibus, impij perierunt, & nomen eorum deletum est in æternum: Cõsequens est enim, ut persecutio cesset quãdo persecutor amplius nullus est. Quare hæc Syntaxis: Inimici defecerunt phrameæ, ubi genitiuus primo loco ponitur, similis est illi, psal. iij. Domini est salus. Ita hic: Inimici defertæ sunt uastationes, hoc est, inimicus desijt uastare: sicut domini est salus, id est, dominus saluum facit.

In finem uero exuberãtis affectus causa dicitur, quo exprimit uastationem inimici sic desijsse, ut nõ sit spes, aut timor, resuscitãdam, desinunt enim impij, quandoq; uastare, sed nondum statim finis, manente enim odio, redeunt ad furorem tempore & occasione datis: At qui spiritu increpante salubriter perunt in homines alios mutati, quia diligunt, non possunt unq̃ in æternum ad persecutionem reuerti, quin ipsi patiũtur potius cum illis. Atq; ita desijt in eis uastatio usq; in finem, ut nec odium, quod fons est pſecutionis reliquum sit, sed omnia in amorem, qui fons est pacis & quietis, sint mutata. Quo sensu & psal. ij. dictum est: Tanq̃ uas figuli confringes eos.

Euersio ciuitatũ mystica. Sed quomodo destruxit ciuitates? uim uerbis facio inuitus, & tamen non patitur consequentia, nec spiritus, in quo loquitur Propheta, ut de corporali uastatione intelligatur, Almuth enim abscondita, & spiritualis triumphatrix loquitur, cuius arma sunt, uerbum & fides, deinde gẽtes sola increpatione dei perdidit, deleto nomine eorũ, & uastatione eorũ finita: Quare & ciuitates eadem increpatione destructas oportet intelligi. Simili sententia dicit Micheas v. ubi de reliquijs Israel in medio gentium uictricibus dixerat: Et exaltabitur, inquit,

inquit, manus tua super hostes tuos, & omnes inimici tui interibunt. Subdit: Et erit in die illa dicit dominus, auferã equos tuos de medio tui, & disperdam quadrigas tuas, & perdam ciuitates terræ tuæ, & destruam omnes munitiones tuas, & mox euellam lucos tuos, & conteram ciuitates tuas. Ex quo loco aditu ri, cum manifeste de opere spirituali loquatur, dicemus, & hic euerti ciuitates, quando uerbum fidei inter homines prædicatum, uenit non mittens pacem, sed gladium, & separat patrem aduersus filium, nurum aduersus socrum suã, ut confuso mundi sensu sint inimici homines domestici eius: sic enim subuer sæ sunt feliciter ciuitates hostium. Et ciuitates potissimum nominat, ꝙ in his sit primo plurium hominum cõgregatio, in quorum publico uerbum dei præ dicandum fuit. Deinde, ꝙ in eis sit ciuilior hominum sensus, id est, maior prudentia carnis, quæ inimica dei est: Ideo mundum in suis præstantioribus & capitibus & quibus maxime ualet, aggressus est Christus uerbo suo: Ciuitatibus enim subuersis, & reliquum uulgus mundi subuersum est. Sed & beatus Augustinus & si nomen ciuitatis trahat in Tropologiam, tamen uerbum, destruxisti, de spirituali destructione intelligit. Dixi autem & antea in sacris literis oportere magis obseruari uerba, q̃ꝑ nomina, pro intelligendo spiritu, ut psalmus. lxxj. Et dominabitur a mari usq; ad mare &c. Hic non est mare aliud, q̃ꝑ corporale intelligendum, non tamen est carnale dominium (more ludaico) intelligendum. Ita hic ciuitates proprie & ad literam sunt accipiendæ, sed destructio non carnalis, sed spiritualis accipienda est.

Ciuitates quare nominẽtur

In sacris literis oportet magis obseruari uerba q̃ noia.

Igitur adeo cessauit phramea uastationis inimicæ, ut etiam ipsi, & eorum ciuitates uastentur & subuertentur. Qui autem uolet aliter effugere, habet pro se Hebræi nominis ambiguum. Nam nomen עירם irim uolunt, si abiecto iod, scribatur, ut hoc loco, significare non tantum ciuitates, sed etiam hostes: Nam pronomen, eorum, non est in hebræo. Sic illud Micheæ. v. Et conteram ciuitates tuas. Dicit Reuchlin hebræis haberi: Et conteram hostes tuos. Quod an aliquid faciat, in medio relinquo. Hoc certum est, siue ciuitates, siue hostes dixeris, idem in sensu manere, diximus enim ciuiles homines, & filios huius seculi, pro sua prudentia esse maxime aduersarios uerbo crucis, quos & idem uerbum maxime petit, hæret enim Aries noster cum cornibus in istis uepribus.

Filij huius seculi sũt aduersarij uerbi crucis.

Perijt memoria eorum, patet aliud esse nomen eorum quod deletur, & aliud memoriam, quæ perit. Nomen enim eis detractum est, in quo sibi placuerunt, & redditum deo, dum sese peccatores ignominia dignos cum humilitate confitentur. Deinde sic sunt omnia eorum per uerbum fidei uastata: substantia, nomen, potentia, multitudo, ut horum ne memores quidem sint. Atque ex usu popularis Prouerbij hoc dicitur, ubi de hominibus, uel factis eorum perditis, dicitur: **Man gedenckt synt mer.** id est, non sunt in memoria amplius, extremum uastitatis perfectæ, est ipsa obliuionis perpetua sepultura. Ecce ergo uirtus uerbi, & fidei, quæ impios reddit pios, & peccata eorum, & arma iniquitatis in æternam obliuionem perdit, ut sint in æternum, alia substantia, alio nomine, alia potentia, alia multitudine, alia memoria seruati apud deum.

Vtrtus dei uerbi.

Illud תמה cum sonitu, transtulit Hieronymus cum ipsis, ac hebraice ad uerbum sic habet: Perijt memoria eorum, ipsi. Præpositio, cum, non est in textu, est aũt affinis dictio eadem, uerbo quod sonare significat, hoc secuti sunt, qui

transtulerunt cum sonitu. Ego p̄ mea simplicitate hypodiastolen amplector, & per coniunctionem, Et, sic expono: Perijt memoria eorum & ipsi: Cum illa hebraismus sit, & in alijs locis frequentissimus, sicut dictum est psal. iiij. in uer su: Quoniam tu domine singulariter in spe, constituisti me. Quare Propheta mihi adiecisse uidetur in fine, & ipsi, uel epilogi uice, uel affectus exuberātia, ac si dicat: Perijt memoria eorū, & ipsi: Adeo scilicet, omnino in nihilum abie runt cum omnibus suis. **Sie seynd dahyn.**

Cum sonitu. Augustinus interpretatur cum strepitu, seu tumultu, quo impij fremunt dum pereunt & ne pereant resistunt, uel q̄ perit memoria, eo ipso tumultu simul pereunte. Atq̄ quid refert super commētitium textum, uanas comminisci glosas, ut cum sonitu etiam intelligas uelociter sicut sonus perijt. Sic enim & fugitiuæ umbræ Iob. xiij. comparat hominem. In his abundet sensu suo quilibet.

Et dominus inæternū permanet, parauit in iudicio thronum suum.

Hieronymus sic: Dominus autem inæternum sedebit, stabiliuit ad iudicandum solium suum. In quo manifestius, non modo duratio, ut noster interpres *Christi duplex officiū.* fonat, sed officium quoq̄ Christi declaratur, quod est duplex, iudicare & iusti ficare, occidere & uiuificare, damnare & saluare, per iudicium humiliat superbos, per iusticiam exaltat humiliatos. Quod ergo thronum suum parauit, ut iudicet, hoc est, quod Malach. iij. dicit: Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum, & sedebit conflans & emundans argētum, & purgabit filios leui, & colabit eos quasi aurum & quasi argētum, & erunt domino offerentes sacrificia in iusticia. Sic enim ubi increpatis gētibus perierit impius, & amisso nomine peccatum suum agnitum confessus fuerit, aliud non est reliquum, ni *Quotidiana purgatio peccati.* si ista quotidiana purgatio peccati, renouatio mentis de die in diem, iter de uirtute in uirtutem, destructio corporis peccati, quod agitur dū aut uarijs passionibus exercitamur, aut ipsimet peccatorum nostrorum assidua memoria, nobisipsis displicemus, gemimus, laboramus in humilitate. Iuxta illud psalmi. l. Et peccatum meum contra me est semper. Vnde Ezech. xx. Et recordabimini ibi uiarum uestrarum & omnium scelerum uestrorum, quibus polluti estis in eis, & displicebitis uobis in cōspectu uestro, in omnibus malitijs uestris, quas fecistis, & scietis, quia ego dominus, cum benefecero uobis propter nomen meum, non scd'm uias uestras malas, neq̄ scd'm scelera uestra pessima domus Israel, ait dominus deus.

Otiosi quæsti onarij conſci entiam negli gentes. Hac Theologia crucis omissa, periculosissime ambulant in magnis & mirabilibus super se otiosi quæstionarij, quasi nō habeant quod lugeāt. De quibus Isaiæ. lviij. Clama ne cesses, quasi tuba exalta uocem tuam, & annūcia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum: Me etenim de die in diem quærit, & scire uias meas uoluit, quasi gens quæ iustitiam fecerit, & quæ iudicium dei sui oblita nō fuerit &c. Quid his uerbis uoluit? nisi q̄ curiosos speculatores operum dei retraxit ī cognitionē & cogitationem peccatorū suorum, ut cogitarent, p̄ peccatis suis (psal. xxxvij.) & essent in his assidue quæ eis deus præcepit. Hoc enī est iudiciū Christi in hoibus, sic exercet nos in peccatorū nostrorū luctu, pœnitētia & labore. Proinde speculatiua illa Theologia, quæ sui oblita, in diuina sursum fertur, satanæ præcipitium quærit & inuenit. Legimus

in uitis

in uitis patrum, quomodo duo fratres iuniores de Melchisedech quæstionem agitantes, ad seniorem retulerunt, qui tunso pectore suo, Væ mihi (inquit) peccatori, qui neglectis peccatis meis, in has inanes quæstiones feror. Tum illi erubescentes cum silentio, in suam sese quisq; cellam proripuit. Et ubi nostri apparebunt, qui nō de Melchisedech, sed de Aristotele & Porphyrio tam frivola uersant, præciosissimo tempore tam infeliciter perdito, & iudicio hoc Christi posthabito? Sane & sponsam in Canticis. vj. reprehendit, nimio studio scrutandi dei intentam: Auerte oculos tuos a me, quia ipsi me auolare fecerunt. In laboribus hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur, ideo tenuit eos superbia.

Theologia speculatiua inanis.

Sed & illi hoc Christi iudicium impijssime impugnant, qui hominibus deceptis, remissiones (ut uocant) omnium pœnarum & culparum plenarias mē daciter, securitate uanissime promissa, concedunt, dicentes: Pax, pax, & nō est pax. Atq; (ut Isaias ait) facientes populum dei fidere in mēdacio. Et rursum. iij. Populе meus qui te beatificāt, ipsi te decipiūt, & uiam gressuum tuorum dissipant. Stat enim sententia: Parauit ad iudicandum thronum suum. Sic & psal. cxxj. Quia illic sederunt sedes in iudicio. Quem enim nō mordet suum peccatum, quomodo sitiet gratiam dei? Qui non sitit, quomodo quæret? Qui non quærit, quando inueniet? Nec frustra dicitur: Dominus inæternum sedebit. Quod referri debet ad tempora huius uitæ: Nō enim erit peccatum post hanc uitam ad quod iudicādum tunc sedeat, sed erit & ipse filius subiectus ei q; subiecit ei omnia, tradens regnum deo & patri, post̄q; subiecti fuerint omnes inimici sub pedibus eius. ut. j. Cor. xv. docet Apostolus. Semper itaq; sedet, quia semper est peccatum, quod in nobis iudicet, ut nobis destructis, ipse pseueret, & transferamur nos in illū, & non ille in nos. Qui uero hoc iudicium dñi portauerit, cum Michea. vij. dicens: Iram domini portabo, q̄m peccaui ei, dignus erit ut eductus cum eodē Michea in lucē, uideat, uideat iusticiam dei: Et cum sederit in tenebris, erit dominus lux eius. Vnde sequitur.

Veniæ pro peccatis præmissæ.

Dominus iudex noster sēper, sedet & iudicat.

Et ipse iudicabit orbē terræ in æq̄tate, iudicabit populos in iusticia.

Idem fere uersus psal. xcvij. sic est redditus: Iudicabit orbem terrarum in iustícia, & populos in æq̄tate. Quod psalmus. xcv. dicit: Iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in ueritate sua. Verum & alijs locis, duo hæc nomina, Iusticia & æquitas, sunt inconstātissime reddita, alterum pro altero, & aliquando æquitas pro recto, & econtra. Fuit autem hoc uersu, iusticia, priore loco, & æquitas, posteriore ponenda. Sic enim hebræus habet, autore etiam Hieronymo: Et ipse iudicabit orbem in iusticia, iudicabit populos in æq̄tatibus. Hoc est, in rectitudinibus, quas psal. xcviij. uocat directiones: Tu (inquit) parasti directiones. Debemus autē iusticiam, & æquitatem intelligere, nō internam Christi solum, qua ipse iustus & æquus est, sed opera eius quibus iustificat, & rectificat populos, & gratiam eius, qua illis iusticiam & æquitatem largitur: Alioquin quis staret ante thronum eius quantumlibet sanctus, si iusticia & æquitate sua homines iudicaret? Sicut de Salomone potest dici, q̄ fuerit rex regnans in diuitijs, gloria & pace, quia non solus ipse, sed & subditi sui per eum diteſcebant, gloriabātur, & pace fouebantur, ut. iij. Regum. iiij. Habitabatq; Iuda & Israel absq; ullo timore unusquisq; sub uite sua & sub ficu sua, a Dan usq; Bersabeæ: Alioquin miserrimo & infelicissimo regno regnasset, si subditi sui fuissent omnes pauperes, infames, inquieti, stulti, &c. Ita regnum Christi

Iusticia & æquitas.

in ueritate

in ueritate, iustícia, æquitate, pace, sapientia consistit, non quia solus ipse iust & fideles sui per eum sunt ueraces, iusti, æqui, pacífici, sapientes. Esset enim licíssimus, si sui essent mendaces, peccatores, iníqui, inquieti, insipientes, quale est diaboli regnum. Sic Isaiæ. xxxv. prædixit: Non adiiciet ultra, ut pertranseat in te immundus & incircuncísus.

Iustíciam & æquitatem, ne affectemus copiam & uarietatem, pro nostra, sic ue temeritate, siue libertate, arbitremur ex psalmo. v. esse aliud nihil, qꝫ opus misericordiæ & iudicij dei, dícitur enim illic: Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ, introíbo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum, in timore tuo. Et iterum: Deduc me domine in iustitia tua propter inímicos meos, dirige in conspectu tuo uiam meam.

Iustificatus est frimiter i Christum credens.

Qui enim proposita misericordia dei, firma fide in eum credit, atqꝫ confidit, hic iustificatus est, ac sic intrat in misericordia & deducitur iniustícia, & uere regitur a Christo sedente, & in iustícia eiusmodi iudicãte orbem terræ. At qui sic ingrediitur in iustícia, multis in uia sua scandalis petitur a carne, mundo, & diabolo. Iuxta illud psalmi: Iuxta iter scandalum posuerunt mihi, siquo modo offendat ad lapidem pedem suum. Donec enĩ in carne uiuímus, insidiatur calcaneo nostro serpens antíquus, ut uiam nostram deprauet, aut detorqueat a recto incessu. Ideo hic iudícium dei propositum incutit timorem, qui præseruat & facit, ut declinemus a malo, ne seducantur sensus nostri per Satanam (sicut Eua seducta est) a simplicitate quæ est in Christo, ut cœpto & recto itinere pro cedamus. Et hæc est rectitudo, seu æquitas ista.

Iustitia & rectitudo differunt.

Quare licet hæc duo in spirituali isto negotio æstimare, sicut apud medicos medicinam sanatiuam & præseruatiuam, seu, ut aliud sit quod æger sumit, aliud a quo abstinet, donec sanetur: Ita mihi uideretur, iustitiã esse gratiam, qua per fidem in deum iustificamur: Rectitudinem, abstinentiam quandam qua abstinemus ab omnibus illecebris, aut mínis, qbus homo auerti & in sua curuari, ac deprauari possit, siue per hanc, perseuerantiam siue temperantiam, aut quouis alio nomine quis appellet. Eadem duo per iustitiam & iudicium significari arbitror, quæ fere semper componuntur in sacris líteris, ut psal. cxviij. Feci iudícium & iustícia. Et iterum: Beati qui faciunt iudícium & iustíciam in omni tempore. Eadem duo per iustificationem & mortificationem membrorum, post iustificationem, exercẽdam, intelligerem. Licet rectitudo magis ad affectum referatur, qꝫ ad tumultum mortificationis, q iudício & cruce perագitur. Nam is utiqꝫ rectus est, qui integri ac synceri tum iudicij, tum affectus esse perseuerat, quamcunqꝫ in partem oblata, uel causa, uel occasione. Quæ rectitudo psal. xc. certe copiose describitur, ubi dícitur: Qui habitat in adiutorio altíssimi, in protectione dei cœli commorabitur: Dícet domino, susceptor meus es tu &c. hæc enim ad fidem & iustícia pertinẽt. Deinde sequitur: Scuto circundabit te, nõ timebis a timore nocturno, A sagitta uolante in die, a negotío perambulante in renebris, ab incursu & dæmonio meridiano. Cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis, ad te autem nõ appropinquabit. Quare? quia nec ad dexterã, nec ad sinístram declinat, sed media regia rectaqꝫ uia incedit. Et infra: Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uijs tuis. Certe hæc custodia facit, ut in uia recta perseueret aduersus omnes illecebras ad prauitatẽ allitiẽtes. Denicqꝫ sequitur: Super aspidem & basilíscum ambulabis, & cõculcabis leonem & draconem. Quid hoc? nisi qꝫ calcanei sui uniuersas insídias uincit iustus rectitudine sua.

Rectus quis dicatur.

Iustus uincit insídias.

Hanc

Hanc rectitudinem Apostolus Ro.vj.&.xiij. alijsq; locis commendat: Vbi docet nos esse iustificatos quidem per fidem, sed tamen sollicitos reddit, ne obediamus concupiscentijs, nec membra exhibeamus arma iniquitati, sed renouemur de die in diem, exuentes ueterem hominem & induentes nouum. Nec est dubiū, quin in hebræo plurali numero dixerit in rectitudinibus, qđ nostra translatio singulariter dixit in iustitia (quod & ipsum pro æquitate permutauit) ut ostenderet infinita illa maris huius magni reptilia & animalia magna cū paruis, id est, uarias insidias, quibus uia iustitiæ impetitur, ut & si una tantum & toties uelut renouatur. Ex his intelligamus, q̄ magna gratia sit habere Christum iudicem in iustitia & rectitudine: Atq;, q̄ recto ordine iustici am præposuerit æquitati, cum multi sint qui incipiant per fidem iustificari, sed statim deprauantur & obliquitatibus deturbantur in alienam uiam, manente nihilo minus (ut ipse putant) fide, saltem acquisita, quam uocant. Et hæc obliquitas, seu prauitas maxime periculosa est in rebus spiritualibus. De quibus psalmo.v. diximus. Hanc iustitiæ & æquitatis differentiam, interim sequemur donec meliora inuenerimus, quæ multum meo iudicio lucis afferet uarijs scripturæ locis, quæ his uocabulis utuntur.

Iustificati sit de, non obediant concupiscentijs.

Illud leuiculum est forte, non tamen prætereundum, q̄ uerbum, Iudicabit, non tam operis q̄ officij, seu dignitatis significationem hebraico more habet. Sicut psal.cix. Iudicabit in nationibus, implebit ruinas, conquassabit capita in terra multorum. Sic in libro Iudicum, de rectoribus populi Israel dicitur, q̄ iudicauerint, id est, præfuerint Israel. Quo significat, q̄ regnum Christi constitutum sit in expugnandis non urbibus, aut hominibus, sed peccatis & uitijs: Et q̄ uice huius regis præsunt, in iudicio eiusmodi præesse debeāt, unico hoc scopo obseruato, quo reddant populum Christi a peccatis & erroribus, q̄ purissimum Dauid. Iudicium enim est officium respectu inferioris quo rectificatur, & a peccatis emūdatur. Iustitia est officium respectu superioris, quo obeditur eius uerbo. Alterum hoc ad spiritum iustificatum, alterū aliud ad carnem mortificādam pertinet, utrunq; tamen ab uno eodemq; Christo rege & iudice pro ueniunt, ministerio uerbi per Apostolos Apostolicosq; uiros.

Rectorum Ecclesiæ officium.

Iudicium, & iustitia quid.

His dictis, nihil obstat, si hunc uersum, ut generalem sententiam aptes, etiam extremo iudicio nouissimi diei, atque in uniuersum omni iudicio, siue ueritatis quo perduntur impij etiam in hac uita: siue bonitatis, quo conuertuntur electi. Vnum est enim, & idem iudicium dei in omnes. Qui enim iudicari nolunt suauiter, nec in æquitate a peccatis purgari, ut saluentur in iustitia spiritus, sibijpsis ex iudicio bonitatis faciunt iudicium seueritatis, manente nihilominus iustitia & æquitate in uasis misericordiæ: peccatum enim æquitate iudicij dei damnari oportet, sine ab impijs separetur, siue inæternum eis adhæreat. Et hoc sensu Apostolus hunc uersum tractare uidetur Actuum.xvij. Nunc deus annunciat hominibus, ut ubique omnes pœnitentiam agant, eo q̄ statuit diem, in quo iudicaturus est orbem in æquitate, per uirum, in quo statuit, fidem præbens omnibus, suscitans eum a mortuis. Huc & Ro.iij. alludit: Nunquid iniquus est deus, qui infert iram? Absit: Alioquin quomodo iudicabit deus hunc mundum? Quasi diceret, utique in æquitate iudicabit. Nam & Petrus (.j. Pet.iij.) idem iudicium dei facit id, quo conuertit impios, & quo damnat reprobos, dicens: Quoniam tempus est, ut incipiat iudicium

Iudicium extremum, seueritatis & bonitatis.

a domo

a domo dei. Si autem primum a nobis, quis finis eorum, qui non credūt Euangelio? Et si iustus quidem uix saluabitur, impius & peccator, ubi parebunt? Vbi Petrus illud Prouerb. xj. tangit. Si iustus in terra recipit, id est, retribuetur ei sicut peccatori & impio, quāto magis impius & peccator. Quod heb. dicit: Ecce iusto in terra retribuitur ira, quoniā impius & peccator. Vult autem Petrus illud Ezech. ix. ubi dominus misso uiro, qui attramētarium scriptoris in lumbis suis habuit, induto lineis, mandat, ut interficiat omnes usq; ad internitionem: A sanctuario (inquit) meo incipite. Hoc Petrus dicit tēpus iudicii, quod inchoat a domo dei. Quomodo & Hiere. xlix. Ecce quibus non erat iudicium, ut biberent calicem, bibentes, bibent: Et tu innocens relinqueris? Non eris innocens, sed bibens, bibes. Ecce idē calix, sed diuerso fine bibentes, alius hinc purgatur & conuertitur, alius reprobatur & damnatur. Sic Deutr. xxxij. Iudicabit dominus populum suum, & in seruis suis deprecabitur. Par itaq; iudicium omnibus, sed impar euentus.

Par iudicium, sed impar euentus.

Et factus est dominus refugium pauperi, adiutor in oportunitatibus in tribulatione.

Hic alterum exercitum describit uictorem, scilicet piorum, ipsam Almuth. Eadem dictio hebraice est, refugium & adiutor. Quam Hieronymus reddit: Et erit dñs eleuatio oppresso, eleuatio opportuna in angustia. Vult enim propheta populum pauperē Apostolorum & Martyrum, esse eleuatum, & uictorem factum futurumq; super mūdi Magnates & gygātes per uerbum Christi. Quo tropo Isaiæ. ix. dicitur: Et leuabit dñs hostes Razin super eum, id est, uictores faciet hostes Razin. Ita hic prophetat futurum, ut persecutores Ecclesiæ uicti, uictrici Ecclesiæ, uictoriā cedāt. Quod cum fieret, erat incredibile, nunc autem factum est mirabile, sicut erat cū & prædicaretur: Hoc totum increpāte, iudicante, sedente Christo in throno suo.

Exercitus Apostolorū, & Martyrum uictor.

Quod in oportunitatibus dictum est, heb. לעתות in temporibus dicitur, eadem dictiōe, qua psal. j. Et fructum suum dabit in tempore suo. Satis autem transtulit bene, in oportunitatibus, in quo & impatientes arguuntur, & nos omnes consolamur. Impatientes enim quibus omnis mora longa est, diem & modum deo præscribunt, quo uelint iuuari. ut Iudith. viij. arguūtur: Qui estis uos qui in arbitrium uestrū diem constituistis eis, & promisit omnia petentibus, pulsantibus, quærētibus se daturum, sed locum, tempus, modum, id est, opportunitates sibi reseruauit soli. Si enim mox, ut clamamus exaudiret, magno nostro malo exaudiret. Primo, quod fidei, spei, charitatis, nullus locus, nullusq; usus reliquus fieret, statim ad sensum expleto desyderio nro. sicut psal. lxxviij. In deserto Iudæi scribuntur non fraudati desyderio suo, cum postulassent carnes, increduli & impatiētes moræ, uerum & ira quoq; dei simul ascendit mox super eosdem, & perierūt. Deinde, ubi fidei, spei, charitatis nullus usus esset, nulla quoq; sequeretur purgatio peccatorum & mortificatio uitiosorum affectuum, quibus in res præsentes & sensibiles insanimus. Non purgatis autem affectibus & rebus carere nō assueti, nihil boni opis facere possumus, nec deo unq; placere, quare nec salui fieri. Adeo sollicita est diuina misericordia, p no bis, adeo propter nos differt dare, quod tñ præcipit postulare, quo possit multo lucro & cumulo nobis donare. Proinde, Isa. lxiiij. Oculus nō uidit absq; te, quæ præparasti expectantibus te: Verbum obserua, expectantibus, & ea quæ

Non statim exaudiendi precantes.

oculus

oculus non uidit. Quibus Apostolus .j. ad Corinth. .ij. addit: Nec in cor homi/nis ascenderunt, & pro expectatibus reddit diligentibus. Nam hi demum ue/re diligunt deum, qui expectant promissoris ueritatem: Qui uero deficiunt, seipsos potius diligunt. Sic psal. xxvij. Expecta dominum, uiriliter age, con/fortetur cor tuum, & sustine dominum, In hanc rem multa præclare Ioannes Taulerus in ser. uernaculis. Nam hi sunt recti corde: De quibus psalmo. lxxij. Quam bonus deus Israel, his qui recto sunt corde, & cætera, quæ pulchre huc consonant. Rectum enim cor diximus, quod non quærit quæ sua sunt, nec in seipsum deprauatum est. Et huic bonus est dominus, quia ipsi gustant & uident, quoniam suauis est dominus. *Qui uere deum diligant.* *Ioannes Tau/lerus.* *Rectum cor.*

Et his duobus nominibus ꝓprie exprimitur cōditio Almuth nostræ, id est, absconditæ iuuentutis, seu populi noui, in mystico fidei uiuentis, ꝙ pauper & tribulatus describitur. Vt enim impios inimicos, famosi nominis, magnæ pote/statis & phrameæ & multæ turbæ in ciuitatibus esse, ac per hoc foris speciosos & apparentes describerat: Ita econtra, pios oportuit describi contraria sua for/ma, paupertatis, tribulationis, infirmitatis, ignobilitatis, & tamen huic cōtem/ptibili dari uictoriam aduersus magnificos illos, & superbiam Iordanis, ut ster/quod dixit, se mirabilia dei narraturum, gaudens in domino, qui deponit po/tentes & exaltat humiles. Et humilia respicit in cœlo & in terra.

Et sperant in te, qui nouerunt nomen tuum, quoniam non dereli/quisti quærentes te domine.

Quid sit nosse & diligere nomen domini & sperare in eo, abunde psalmo v. dictum est eo uersu: Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tu/um &c. Pertinet autem tam spes, ꝙ notitia nominis dei ad formam Almuth depingendam, ꝙ uita eius sit in spe abscondita, & nomen suum non agno/scat, glorietur autem in solo dei nomine, ubi impij in re apparente, & in suo nomine gloriantur.

Hoc autem potest intelligi indicatiuo futuro dictum: Et sperabunt in te, qui nouerunt &c, ut sit ex præterito exēplo liberationis, confortatio spei in futura tribulatione. Quo affectu psal. iiij. incipit: Cum inuocarem exaudiuit me deus iusticiæ meæ, in tribulatione dilatasti mihi, ut ibi dictum est. Loquitur enī hic uersus ad cōsolationem infirmorum, ut sperent in deum omnes qui inuocant nomen eius, uisis tot eius mirabilibus præteritis.

Et illud aduersus sensum carnis dicitur: Qm̄ non dereliquisti quærentes te, ut oportunitatem discāt expectare, apparet enī omni sensu deum dereliquisse quærentes eum: cōtra quas procellas cogitationum, huius uersus rupes est fir/manda & dicendum cū fiducia: Non dereliquisti quærētes te domine.

Psallite dño, qui habitat in Zion, annūciate inter gētes studia eius.

Ecce & hic uersus declarat, quos noie Almuth intellexerit in titulo, nempe reliquias Israel, qui relicta uetere synagoga quæ in splēdoribus mundi & san/ctis secularibus spectabilis erat, per fidem nati sunt in nouum populum, & iu/uentutem spiritualem, quæ ambulet non in pompis cerimonialibus literæ, sed in spiritu nouitatis, sub cruce & passionibus contempta laborans. Hoc ni/mirum indicat, quod habitatori Zion psallere iubet, & annunciare in gentes *Reliquiæ Isra/el Apostoli & martyres.*

studia dei. Nec enim alij prædicauerunt gentibus sacramenta illa dei, nisi apo-
stoli & alij ex Iudæis conuersi, ut Isa. ult. prædixit: Et mittam ex eis qui salua-
fuerint ad gentes, in mare, in Aphricam & Lidiam, & sagittarios in Italiam &
Græciam, ad insulas longe, ad eos qui non audierunt de me, nec uiderunt gloriam
riam meam, & annunciabunt gentibus gloriã meã, & adducẽt fratres uestros
de cunctis gentibus &c. Idem ex Mich. v. supra retulimus, de reliquijs Iacob,

Zion ciuitas Hierusalem.

in medio populorum multorum.

Nec oportet hoc loco Zion allegorico sensu trahere ad Ecclesiã per orbem
diffusam, sed ipsam ad literam ciuitatẽ Hierusalem (in qua Christus institutis
cœpit & perfecit Ecclesiam suam) intelligimus, cum de his loquatur, scilicet
primitiuis Apostolis & sanctis, qui in monte Zion & Hierusalem habitauerunt. De Zion autem, psalmo. ij. dictum est, quomodo Christus cõstitutus

Ecclesiæ regnum.

rex super Zion montem sanctum eius. Non enim fecit & abijt, sed cõstitutus
habitat in Zion, præsentissimus nobis factus. Quod dictum est aduersus la-
uas eorum, qui in hominum facies intẽti, Ecclesiæ regnum (quasi Christus in
triumphante Ecclesia regnet solum, militãtemq; hominibus reliquerit) pene
uendicãt humanæ temeritati & potentiæ. Si enim credimus uerum esse quod
hic dicitur, Christum habitare in Zion, quid tam anxie p nostris iuribus, titu-
lis, ditionibus laboramus? Cur tot traditionibus, fœderibus, pactis, immo bel-
lis ac discordijs tumultuamur? Et cui animas in baptismo inæternum uicturas
concredimus: Cur corpora & res nostras hominum studijs ita tenemus, robo-
ramus, tuemur? Verum non credunt istiusmodi Christum in nobis habitare,
ideo digna incredulitatis mercede donati, traduntur in sensum reprobum, ut
faciant ea quæ non conueniunt.

Subindicat uero Propheta futurum, ut, desertis Iudæis, Christus in gentes
prædicaretur, dum inter gentes annuncianda prædicit studia dei. Et iam inci-
pit eas quoq; passiones & uictorias recensere, quæ fidelibus inter gentes con-
tigerunt: Vt uidebimus ordine suo.

Studia, quæ hoc loco hebraice עלילות eolilloth dicuntur, alij opera, alij mi-
rabilia, alij consilia transtulerunt. Mihi præ omnibus placet, qđ nostra transla-
tio habet, studia, quo generalissimo nomine comprehenduntur, opera, exer-
citia, negotia cuiusq; hominis, præsertim ea, quæ data opera molit: Vnde non

Studia dei in ruinam & resurrectionẽ.

inepte studium hebræis simul inuoluit & consilium & opus. Dei itaq; studia, hu-
sunt proprie opera illa mirabilia quæ consulto facit: Ea sunt quæ diximus, hu-
miliare superbos & exaltare humiles, conuertere impium retrorsum & refugi-
um esse pauperi. Hæc quia Iudæi respuerunt & contempserunt, ecce (inquit)
Act. xiij. conuertimur ad gentes. Quæ annunciata & ex gẽtibus multos con-
uerterunt & multos offenderunt, utrobiq; enim Christus signum est contradi-
ctionis, positus in ruinam & resurrectionem multorum.

Quoniam requirens sanguinem, eorum recordatus est, non est oblitus clamorem pauperum.

Exponit studia dei clarius, quæ annũciãda docuit, scilicet in consolationem

Deus tardus est redditor.

tribulatorum, deus enim tardus est redditor, ut Sapiens dicit Eccles. v. Et mul-
tæ diuitiæ bonitatis, patientiæ & longanimitatis eius. Apparet neq; requirere
sanguinem sanctorum, neq; memor esse pauperum suorum. In qua longani-
mitate opus est, ut his psalmis spiritualibus nos exhortemur.

Et iterum

Et iterum Almuth nostræ personam describit, pulchre exponens rationem tituli. Nam dum sanguinem pauperum & clamorem recenset, nonne indicat imaginem mortis & omnium passionum portari ab ista Almuth? Vere nouum genus hominum, quod sub morte uiuit, sed passione gaudet, sub oppressione uincat, sub obliuione sui clamans exauditur. Quomodo potuit profundius absondi, & sub sanguine? Itaq; si quis hucusq; dubitauit Martyres hoc psalmo loqui, hunc uersum legat & sanguinem eorum obseruet. *Nouum hominum genus.*

Ita uidemus quoq;, quibus uiribus uicerint Martyres, scilicet sanguine & clamore. Et q; longe a facie primitiuæ Ecclesiæ recesserit Ecclesia hodierna, quæ, more, & q; longe cruentior, potius aliorum sanguinem fundit, & clamores in cœlum contra se concitat, arbitrata se obsequium prestare deo. Siue autem huc uersum aptes ad præterita mala, quibus a Iudæis afflicta est iuuentus Martyrū, siue ad præsentia & futura inter gentes ferēda, parum refert: quāq; priori sen sui magis conuenit sequēs textus, cū in has studia dei declarēt, qbus a Iudaico furore liberata est, ut ostendat quid prædicādum sit inter gentes de studijs dei, & ob quod psallendū ei sit, nā statim dicet de malis inter gentes ferendis. *Victoria primitiuæ Ecclesiæ.*

Recordationem uero sanguinis sanctorum & memoriam clamoris pauperum, primo intelligimus suauiter de conuersione impiorum, merito sanguinis & clamoris Martyrum, facta. Sicut sanctus Stephanus, Paulum, Laurentius, Hippolitum & in summa, Ecclesia totum mundum sanguine & oratione conuertit. Deinde seueriter in eos, qui contempta hac suauitate, manent in sua impietate. De quibus Christus Lucæ. xvij. Audite quid iudex iniquitatis dicat: Deus autem non facit uindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte? Dico autem uobis, quia cito faciet uindictam illorum. *Recordatio sanguinis, suauiter & seueri ter.*

Vide q; sibi ubiq; constet Euangelica doctrina, & uita: Christianorum est, non reddere malum, nec retaliare, nec uindictam facere: Ita hoc uersu Martyres fundunt quidam sanguinem, nec tamen aliud faciunt, nisi quod clamant, ut & nos erudiamur, oportere quemlibet in sua causa patientem & uacuū uindictæ esse, ac sola oratione, ad deū conuerti. Sicut Ro. xij. dicit: Non defendentes uosmetipsos charissimi, sed date locū iræ: Scriptū est enī, Mihi uindictam, & ego retribuam. Verū hoc olim erat præceptū necessarium, qñ Euāgeliū florebat, nūc regnātibus opinionibus, factū est consilium perfectis datum. *Patiētia ī pro pria causa.* *Præceptū olim, nūc cōsilium.*

Miserere mei domine, uide humilitatem meam de inimicis meis, qui exaltas me de portis mortis.

Diuus Hieronymus sic: Vide afflictionē meam ex inimicis meis. Quare hu militas hoc loco manifeste, uilitatem, oppressionem, laborem significat, quod & frequenter pro pauperibus accipitur in scripturis, quasi dicas, tristitiā ac molestiam animi, qua laborat sub inimicis. Inimici proprie hoc loco, ab odiēdo, osores hebraice dicūtur. Tum illa locutio latinis insolita est, humilitatem meam de inimicis meis. Eclypsis enim esse uidetur in hunc modum supplenda: Vide humilitatem meam, quam patior ab osoribus meis. *Humilitas.*

Est itaq; huius uersus affectus in his, qui uictis aliquot malis, iterū præmuntur, clamant & orant, ut liberentur: ut non modo indicet sanctos assidue tribulationibus expositos esse, uerum & Ecclesiæ formam præscribat, in cuius persona psallit, quæ in præcedentibus Martyribus confitetur & gloriatur: In præsentibus gemit & clamat: pro futuris orat & optat. Vnde & hic cū petit respici *Ecclesiæ forma.*

suam afflictionem per misericordiam dei, recensetpriora dei mirabilia, quod etiam a portis mortis eam exaltarit.

Pauli grauamina. Exemplum autem huius uersus pro mea ruditate, pulchrum exhibuit Apostolus Paulus, in tribulationibus quibus grauabatur in Asia, scribēs, ij. Cor. i. sic. Nolumus ignorare uos fratres de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia, quoniam supra modum grauati sumus supra uirtutem, ita, ut tederet nos etiam uiuere, sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in deo, qui suscitat mortuos, qui de tātis periculis eripuit, & eruit, in quem speramus, quoniam adhuc eripiet, adiuuātibus uobis in oratione pro nobis. Itaq; arguit a maiori tam Apostolus q̄ Propheta. Si (inquit) a portis mortis exaltasti antea, etiam nunc cum molesti mihi sunt osores mei, & in afflictione mea, miserere mei. Facile fidelis est & sperat in minori malo, qui in maxime expertus est spei fructum.

Portas mortis quid intelligas. Hanc portam mortis, grauissimam esse persecutionem credo, quam Apostolus responsum mortis in seipso uidetur appellare. Scio quidem in scripturis portas solere accipi pro curijs, aut cōsistorijs, ubi iudicium accipiebatur, ut uersu sequente uidebimus: Alios autem tropologiam secutos, per portas mortis intelligere uitia seu peccata, quibus peruenitur ad mortem. At simplici sensu contēti, mortem istam corporalem (ut dixi) accipiemus, & portam, ingressum eiusdem, ut sit porta mortis, introitus mortis, seu mors instans & urgens. Quæ & si parui momenti sit ad mortem æternam, tamen nisi uictrice gratia dei superetur prorsus nihil differt ab æterna morte, immo est uere initiū æternæ mortis: Alioquin uix dormitio uocatur & somnus, seu requies sanctorum. Quare Epitasin obseruemus in porta ista mortis, ut intelligamus, Apostolum & sanctos Martyres cum morte sic pugnasse, ut senserint quendam gustum æternæ mortis: Quem & Christus Matt. xvj. per portas inferi significasse uidetur. Nisi enim atrocius aliquid sensibili morte indicaret, non tam ardētibus & potentibus uerbis uteretur, dicens de portis mortis.

Vt annunciem omnes laudes tuas in portis filiæ Zion, exultabo in salutari tuo.

Sic enim hebræus uersus finit. Et quod hic annunciem, supra uersu primo dixit: Narrabo, idem utrobiq; uerbum. Potuit autem & sic transferre: Propterea enarrabo omnes laudes tuas. Omnes laudes dicit, eodem tropo, quo supra omnia mirabilia dixit. Affectus autem iste, psalmo. v. tractatus est, ubi dictum est, quomodo glorientur in domino, qui diligunt nomen eius: delectantur enim eius laudem annunciare & prædicare: Ideo petunt adiuuari & sustinent uiriliter dominum futurum adiutorem, qui nisi ueniret, laus quoque eius penitus periret. Sicut psalmo. vj. dictum est: Quoniam non est in morte, qui memor sit tui. Ita & hic dicit, se exaltatum a portis mortis, ut laudes eius enarret, & exultet in salutari eius.

Oēs laudes.

Vnde uidemus hunc psalmum in persona totius Almuth cantari. Martyres enim occisi, non enarrant laudem dei in Ecclesia militante, sed reliqui, qui data pace, aut uictis impijs, supersunt, aut succedunt: Cum ideo narrentur laudes eius, ut nota fiant opera dei & nomen eius cognoscatur in consolationem & spem fidelium, atq; in conuersionem infidelium. In cœlo enim, ubi omnes uident gloriam dei, non indigent prædicante: In terra aūt, ubi gloria dei nullo modo

modo capitur, dum sub tã aduersa forma operatur, ut magis oblitus, q̃ memor esse uideatur, opus est saltem uerbo eam commendari & fide intelligi.

Portæ filiæ Zion. Hic portas filiæ Zion, hebræo tropo, significare loca, in quibus fideles conueniunt ad uerbum dei, ad orationem, ad sacramentum, ad pœnitentiam, & ad uel ligandos, uel soluendos peccatores, satis clarum puto. In portis enim, olim sedebant iudicaturi, ut prouerb. xxx. Nobilis in portis uir eius, quando sederit cum Senatoribus terræ. Nec absurdum uidetur, iuxta synecdochen ciui tates intelligi, per portas in lege Mosi, quando Deutr. xvij. & similibus locis, dicit: Si fuerit repertus intra unam portarum tuarum uir, aut mulier &c. Quo nomine ciuitates credo appellatas, ob mysterium Ecclesiarum futurarum, in quibus introitus & exitus, tum patens, tum tutus est. Exitus in q̃ ad bella & labores, introitus ad pacem & quietem. In his portis utiq; laudes dei annun ciantur, sicuti uidimus & uidemus.

Filiæ Zion. Filiæ Zion dicit, ut supra, q̃ Ecclesia in monte isto cœperit & inde promouerit in omnem terram. Et forte non sine causa adiecit filiæ, non contentus, in portis Zion, dicere, q̃ præuiderit, Zion & Hierusalem uastandas. Nihilominus Ecclesia per orbem, quæ filia illius est, habet suas portas, in quibus præ dicatur laus & gloria dei in salutem gẽtium, & agitur iudicium ad mortificandum peccatum ueteris hominis, ut dictum est.

Saluator, Salutare, Salus, differunt. Exultabo in salutari tuo. Frequens est uocabulum, Salutare tuum, in sacris literis & fere ad Christum refertur, recte quidem, sed non satis aperte. Aliud enim sonat saluator, aliud salus, aliud salutare. Salutare enim, latinis id dicitur, quo usus saluator salutem confert, sicut cibum, potum, medicinam, & similia dicimus salutaria. Quæ cum ita sint, Christus aptissime salutare uocatur, cum ipse sit remedium illud, quo nos saluamur. Ipse est panis, qui dat uitam mũdo: Et omnino idem medicus & medicamẽtum, quo sanãtur peccata animarum, quo & liberamur ab omni malo. Est itaq; sensus: Ego salutẽ, neq; in me, neq; ullis hominibus quæro, uana enim salus hominis, libens, a me, & ab illis desti tuor, ut liceat mihi in Christo filio tuo saluum fieri ab oĩbus peccatis & malis: Ipse enim est saluberrimum unguẽtum, ipse consolatio nostra, seu, ut Aposto lus, j. Cor. j. Ipse iustitia, sanctificatio, sapientia, redemptio nostra a deo nobis factus. Quibus uerbis optime energiam huius nois salutare, & usum Christi, & incorporationem nostri in Christum exposuit. Modo uites somniatores Sophistæ de Christo male instituti. phistas, qui Christum nobis sic iusticiam & sapientiam faciunt, ut semper, uel obiectum, uel causam iusticiæ nostræ statuãt, usum uero eius, qui est per fidem in eum, penitus ignorãtes. De quo solo loquitur Paulus: Fides enim in Christum, facit eũ in me uiuere & moueri & agere, non secus atq; salutare unguentum in ægrum corpus agit, efficiturq; cum Christo una caro & unum corpus per intimam & ineffabilem trãsmutationem peccati nostri in illius iusticiam. Sicut nobis representat uenerabile altaris sacramentum, ubi panis & uinum in Christi carnem & sanguinem transformantur. Venerabile sacramentum altaris.

Hæc qui nouerit & expertus fuerit, mox fastidit saluari ab hominibus, libenter damnatur ab illis, exultat in solo dei salutari, gaudẽs & gratias agens, se talem esse, cui Christus sit salutaris, donec plene saluus factus, similis sit ei qui se saluum fecit suo ipsius impẽdio. Ita uerbum, salutare, quia usum & uim salutis includit, aptius conuenit militanti Ecclesiæ q̃ salus, quæ potius futuri seculi res consummata erit. Interim Christus fermentum est, absconditum in satis tribus farinæ, donec fermentetur totũ, hoc enim agit, hoc iudiciũ eius est,

hic est thronus eius in hoc tempore (ut diximus) q̃ expurgat peccatum in fo-
delibus suis & imbuit iustitia per seipsum. Sicut heb. j. dicit: Portans omnia
uerbo uirtutis suæ, purgationem peccatorum per semetipsum faciens, sedet ad
dextram maiestatis in excelsis.

Quid in missa agendum.

Et pulchre, licet paulo obscurius, hic uersus sacrificium altaris, id est, missam
uidetur tractare. Hoc enim agi debet in missa: Primũ, ut enarrentur laudes dei
(id est, Euangelium) in quo mirabilia studia, opera, beneficia dei prædicentur,
idq̃ in portis filiæ Zion, id est, in conuentibus fidelium. Deinde, ut fermen-
tentur populi salutari fermento, id est, imbuantur & reficiantur Christo, ut ex
ultare discant in salutare dei. Est enim mensa ista, mensa conuiuij magni & iu
cundi, e qua uesci debemus cum lætitia. Verum hoc illis conueniet, qui tribu-

De missis priuatis.

lationem & humilitatem ex inimicis patiũtur, sicut præcedente uersu dicitur.
Cum autem & alijs locis omnibus scripturæ, istud sacrificium, in, & pro con-
uentu multitudinis celebrari statuatur: Ego sæpius passus sum & adhuc pati-
or miras cogitationes quidnam de singularibus & priuatis missis sentiendum
sit: In quibus prorsus id non agitur, ad quod institutum est hoc mysterium,
neq̃ prædicatur ibi, nec communicatur, nisi id laudes dei enarrasse dixeris,
quod est Euangelium ab uno legi & audiri, rarissimeq̃ intelligi, & id commu
nicari putes, quod est unum solitarium hominem (qui communitas dici non

Quomodo celebrantes missam errent.

potest) sacramento isto uti. Nam illos euidenter errare pronuncio, qui in hoc
tantum celebrant, ut opus bonum aliquod faciant, quasi hoc mysterium ad fa
ciendum opus bonum institutum sit, ac nõ multo maxime & solum, ad usum
iusticiæ Christi, & uim saluatoris dei exercendam, sicut canimus: Calicem sa-
lutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. Non q̃ damnem missas priua-
tas, quas etiam, tum noui, tum expertus sum multis fuisse saluberrimas, non
tamen nisi magnis tentationibus, uexatis, sed quod usum earum, qui passim
regnat, uix paucis credo salutarem esse.

Infixæ sunt gentes in interitu quem fecerunt: In laqueo isto quem absconderunt comprehensus est pes eorum.

Pro infixæ sunt, Hieronymus habet: Demersæ sunt, quod pulchre conue-
niret, si pro interitu, foueam quoq̃ reddere uellemus, significat enim eadem
dictio interitum, foueam & laqueum, forte quod fouea & laqueo pereant ho-
mines. Atque iterum tropus ille, cuius psalmo. vij. meminimus, hoc loco po-
nitur, ubi omisso pronomine, quem, hebræus simpliciter dicit: In interitu fe-
cerunt, sicut incidit in foueam, fecit. Denique eadem dictio quæ illic, fouea,
hic interitus, uersa est. Estq̃ per omnia fere similis cum illo uersus & similis
sententia, ut appareat uice Prouerbij hanc sententiam fuisse uulgo notissi-
mam, quæ illo, & hoc uersu traditur. Nam, & quod hic dicitur: In laqueo isto,
quem absconderunt, comprehensus est pes eorum, distat in uerbis & nihil
in sententia, ab eo quod illic dicitur: Conuertetur dolor eius in caput eius, &
in uerticem ipsius, iniquitas eius descendet. Sensus autem, apertus est: Quod

Impij demerguntur dupliciter.

impij, martyrum persecutores, dupliciter demerguntur, aliqui suauiter, aliqui
seueriter. Seueritatis exemplum, psalmo. vij. monstratum est in Absalom,
qui in foueam cecidit, quam patri suo parauit. Quod contigit & Iudæis ua-
stata Hierusalem, cum ipsi parassent uastare Ecclesiam. Sicut & Roma hoc
merito uastata est. Idem necesse est tandem pati omnes, piorum persecutores,

& si ad

& si ad tempus modicum superiores sunt. Sicut scriptum est Prouerbiorum xxj. Iustus liberatus est, & tradetur impius pro eo. Et. xxvij. Qui in altum mittit lapidem, super caput eius cadet. Quæ omnia & similia, sicut & hic uersus, prouerbialiter dicuntur in consolationem patientium & infirmorum, ut certi sint, id quod patiuntur, reuersurum ad aduersarios, secp liberandos. Absep hoc, quod aduersarij, non modo corporali huic suo malo obnoxij erunt, sed simul peiori malo in spiritu conterantur, dum & peccant in pios homines, & pœnam pro peccatis incurrunt. Quod Hieremias dicit: Duplici contritione cõtere eos. Sic & Cain, Geneſis. iiij. scribitur, peccatum suum adhærere, simul tamen pœnam non euadere.

Verum hoc loco magis benignitatis exemplum intueri decet, quia psalmus iucundissimus est & uerba increpationis omnia geri dicuntur, idcp consonat sequẽtibus, ubi dominus iudicia faciens cognosci, & peccatores in infernum conuerti, & legislatorem constitui, ut sciant gentes se homines esse, dicitur. Non tamen reiecto seueritatis exemplo, quod, ut etiam rudioribus planum faciamus, constituamus sibi contraria duo bella, carnis & spiritus, quibus pij, & impij in hoc mundo congrediuntur. Carnale bellum dico, quo impij aduersos pios insaniunt, ut in Almuth ista Martyrum ostensum. Hic impij semper superiores sunt, immo apparent esse superiores, dum sancti non nisi patiuntur, non reuerberant, non uindicant, unum est cp faciunt, cp sinunt impios furere & facere quæ uolunt, sola patientia pugnantes: Verum non in finem patientia ista pauperum peribit, sed mors & quæcunep mala impij eis intulerint, tandem in caput impiorum redibunt & demergentur in interitu, quem fecerunt: Morientur enim & uiros iniustos mala capient in interitu, nec inde unep liberabuntur, sicut iusti liberati sunt. Igitur iste est congressus carnalis, piorum & impiorum, hic finis & uictoria utriusep: Sic maior seruit minori, & qui prævalet rubeus & cruentus Edom, supplantatur a posteriore Iacob. Spirituale bellum. de de pietate & impietate. Hic iterum impij, imaginem maioris & prioris Edom habent, pij uero minoris & posterioris Iacob, hic de regione, de fide, de opinione, de sensu spiritus, & omnino de his rebus bellatur, quæ ad deum pertinent, propter quas & carnale bellum oritur & geritur, dum impij sua pertinacissime statuunt, piorum autem, impetuosissime persequuntur & damnant. Hic proprie colliduntur in utero Rebeccæ duo paruuli, ut mater ipsa periculo territa, dicat: Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere? Acerrima est hæc congressio, talis fuit Apostolorum cõtra Iudæos, pseudoapostolos: Martyrum, contra Idolorum religiosos & cultores: Doctorum, contra Hæreticos: & semper, & ubique humilium aduersus superbos mente cordis sui. Hic impij multitudine & fortitudine præstant, potentibus, sapientibus, iusticiarijs, a sua parte fideliter stantibus. Sicut arrianæ hæresis exemplo pulcherrime cognosci potest. Tum ratio, sensus, opinio uulgi in illorum copijs regnant, suntep undique armatissimi. Pij uero, præter confessionem, quæ fit in salutem, pene nihil habent, pauci sunt, simplices, stulti & peccatores ab eorum parte stant, tum quæ loquuntur, quia supra sensum, rationem, opinionem uulgi sunt, eo ipso quo loquuntur, uicti uidentur: Denique contempti, & ridiculi. Tum illi opinione & plausu uulgi & magnatum suorum freti inflatiep, mox implent illud psalmi. xiij. Consilium inopis confudistis, quoniam dominus spes eius est. Hucusep succũbunt, seu succumbere uidentur iusti, usep ad oportunitatem. pij, cõfessione sola certant.

Vbi autem perseuerauerint in confessione hac salutari, siue interim tro-
riantur, siue patiantur, uenit dominus in oportunitatibus, dicens: Non so-
sed maior seruiet minori, hoc est, uictor uicto subijcietur. Sicut ex Isaia. xiij.
superius adduximus: Et erunt capientes eos, qui se ceperant & subijcient eos
ctores suos. Dicit autem & fit ita: Ipse enim dixit & facta sunt. Tunc autem
fiunt, quando (ut infra dicet) Dominus cognoscitur iudicia faciens, & co-
ruit impius in operibus suis. Reuelatione enim ueritatis cognoscitur, sicut
supra dixit: Increpasti gentes, & perijt impius. Non enim nobis prædica-
tibus, sed deo increpante, iudicium faciente & incrementum dante, ut
tuntur impij.

Mutatis autem, ac uictis hac ratione impijs, iam uerũ est, esse captum pedem
eorum laqueo, quem ipsi absconderũt & demersos in interitu quem fecerunt,
Impiorũ qua lis interitus. quia interitum & laqueum quem pietati iustorum intentarunt, ut perderent
eam, passa est potius eorum impietas & perijt ipsa. Non autem eodem interi-
tu perierunt, quem fecerũt, sed simili, quia interitus pietatis & impietatis non
sunt idem interitus, sed similis formæ. Vnde hic locus ad tropum Apostoli
Ro.v. intelligendus est, ubi dicit: Adam esse formam Christi, cum tamen ille
peccati, hic autor sit iusticiæ: uerum forma est similis originis, non similium re
rum. Ita hic impij demerguntur in interitu, quem pijs fecerunt, cum piorum
interitus sit impios fieri, & impiorum interitus, pios fieri, forma itaq; eadem,
sed res lõge diuersissima. Hæc duo bella forte signat Apoc. xiij, ubi cum altera
bestia pugnantibus, dicit: Hic est patientia & fides sanctorũ. Cum altera uero
pugnantibus, hic est sapientia.

Sunt autem qui tropologissent penitus hoc loco, uolentes: Demergi in in-
teritu quem fecerunt: Esse, conscientiam illaqueari & capi peccato, quod per-
petrarunt. Alij argutius, hæreticos & impios proprio sermone capi & constrin-
Vt hæretici uincantur. gi. Sicut enim mendacem, non est possibile satis esse memorem, ita nec satis
prudentem, quo fit, ut ab ijs qui acute obseruant, facile capiantur. Sicut Dauid
Goliath suo gladio peremit. Et CHRISTVS fortiorem alligans, distribuit
arma in quibus confidebat. Et fere uidemus, Iudæos, hæreticos, superbos
quosq; hac arte superatos. Sic primo Regum. xiiij. Ionathas hoc signum futu-
ræ uictoriæ sibi præsumpsit, si ad Philistinos ipsi irent uocati, secus si ad ipsos
Canon rei militaris. Philistini uenirent. Nam & rei militaris periti, Canonem hunc habent, non
esse bellum differendum, donec hostis obsideat muros: Sed occurrendum
adhuc longe agenti, aut melius, in terra sua moranti: qualia fuere ferme bella
Dauid regis contra gentes. Sed & Romani Hannibalem uincere in Italia,
Hostem uincere docet. non poterant. In Aphrica uero, Hannibal quoq; uincere non potuit. Quid
his lusibus rerum, diuina potentia ostentat? Nisi, quod hic dicitur: Hostem
tutissime & optime posse uinci suis uiribus, suis armis, suis artibus, suis præ-
sidijs. Quin & mortem CHRISTVS morte ipsa, mortisq; uiribus uicit, &
peccatum de peccato, damnauit. Sicut & maledictum maledictio superauit,
& potestatem nobis dedit diabolum, mundum, carnem, non nisi proprijs
eorum studijs uincendi, dum fide & patientia firmatos & inuictos reddit ad-
uersus omnem uim & astutiam eorum. Pulchra est hæc & iucunda sententia,
sed nescio, an huic uersui apta. Simplicior enim, uidetur esse sensus prior,
de occubitu impiorum & impietatis, quem intentarunt pijs & pietati, siue
de seueritate, siue de bonitate, siue de utraque simul intelligas, cum sit idem

domini

domini iudicium & opus, ut supra retulimus, sed non omnibus eadē faciens, quia non eodem studio susceptum.

Ad uim uerborum ueniamus quæ uidemus omnino esse Allegorica. Quo (ut psal. ij. diximus) etiam rem allegoricam spiritus significare uoluit. Aliud enim agitur & aliud agi uidetur, quando impij oppugnant pios, seu carnali, seu spirituali bello, uidentur enim uictores & maiores, sed uincuntur & seruient minoribus. Quam allegoriam & uerbum hoc: Maior seruiet minori, pulcherrime & breuissime comēmdat. Maior & minor apparent scilicet, illius uictoria, huius seruitus: At uera seruitus, quam deus censet, non apparet, sed uerbo dei nunciatur, ac fide sola percipitur. Vbi iterum uides, spiritum magis in uerbo q̄ꝫ nomine obseruandum. Atq; utinam omnes tribulati, hoc, prouerbij uice, haberent sibi usitatissimū, quo sepius consolari & aduersus, siue peccata, siue pœnas quascunq; dicere assuescerent: Maior seruiet minori. Maiora sunt nobis, quæ nos præmunt, sed confide, uerbum dei omnipotēs est, quod dicit: Maior seruiet minori. Quod adeo uerum est in futuro & adepta uictoria, ut & præsenter nobis seruiant & prosint, qui maiores nobis sunt, id est, qui nos persequuntur, ut eorum ipsa tyrānis ad nostrum malum, sit nobis seruitus ad nostrum bonum. Ita sunt iudicia alia dei, alia hominum.

Allegoria quid uelit.

Maior seruiet minori.

Demerguntur. Sumptū uidetur ab Aegyptijs Exo. xv. ubi dicitur: Submersi sunt sicut plumbum in aquis uehementibus. Sed & totus uersus eandem historiam, nō parum simulat. Sicut enī Aegyptij conati Israelem perdere, longe maiores illo facti sunt, ipsi potius eo ipso perierunt. Ita impius spiritualē Israel persecutus perijt. Demersio autē, siue defixio indicat, perpetuum interitum. Vnde non liberentur, siue seueriter, siue benigniter intelligas. Nam damnati non reuocabuntur, & fideliter conuersi, non reuertuntur ad uomitum, inæternum, Cahos enim, magnum inter utroscp firmatum est, ut non possint hinc, aut inde transire ad seinuicem. Sic supra psalmo. vij. diuersi ponderis uerba posuit: Lacum aperuit & incidit in foueam quam fecit. Grandius est incidere in foueam, q̄ facere foueam. Ita hic, Defixæ, seu demersæ sunt in interitum quem fecerūt. Maius est demergi in interitum, q̄ facere, seu parare interitum. Quasi diceret: Mala quibus impij petunt pios, uidentur esse eorum casus & perditio, sed reuera sunt solum apparatus quidam & magis intentatio casus & perditionis. Tentātur enim morte & malis, sed uiuunt & bene habēt. sicut psal. cxvij. Impulsus, euersus sum, ut caderem, & dominus suscepit me. Contra impij uidentur, erigi, stabiliri, eleuari super pios & demergere in interitum, sed reuera apparatus species, & tentatio est erectionis, & uerius demersio qua interitum patientur, immo patiuntur præsenter.

Damnati non reuocabūtur, saluati non redeunt ad uomitum.

Idem dicemus de altera uersus parte, ubi grauius est laqueo comprehendi, q̄ laqueum abscondere, & tamen pij uidentur comprehendi, cum solum paretur laqueus, ut comprehendantur: tentātur inq̄, non comprehenduntur. Nec ultra promouent impij, nisi, q̄ abscondunt laqueum, tēduntq; insidias, sed in casso labore. Rursum ipsi uidentur liberi, tuti & comprehendere pios, cum re uera ipsi comprehendantur. Et uersus hic tautologiā habet. Potest pro priore parte aptari bello carnali, pro posteriore bello spirituali: Quod impij, p impietate sua pugnātes, pleni sunt astu & insidijs aduersus pietatē doctrinæ, sua nō syncere producunt & aliena insidiosissime calumniantur, donec detectis uersutijs comprehendantur, operante deo mirabilia sua, aut inæternum confundantur reuelatis coram omnibus cōsilijs suis. Impossibile est enim, ut impius non agat

Impij ἀσβολᾶ bore, tendunt insidias.

Impiū necesse est mēdaciter agere.

non agat subdole & mendaciter, cum sit mendax a planta pedis, usq; ad uertī-
cem. Deinde pro mendacij suo sensu ardeat zelo impotentissimo. Sicut in fa-
dæis monstrum habemus. Cum autem aperto negotio uideat sibi uictoriam
non posse obuenire, ad insidias uertitur, & cum Magis Pharaonis sciēs & pru-
dens resistit ueritati Mosi. Talem dolum sæpius infra audiemus, qualem & in
Euangelio quoq; Christum uidemus ubiq; passum. Quod si simpliciore ex-
su, laqueum, insidias mortis corporalis intelligere quis uelit, non resistemus.
Sic enim ipsis insidiantur sanctis in mortem, & tamen sanctis liberatis, ipsi ca-
piuntur in mortem anteq; intelligant, cum enim dixerint pax, & securitas,
repentinus eis superuenit interitus.

Notū relinquo captionē pedis in laqueo, sumptā esse ab auibus, aut bestijs,
quas aucupes & uenatores hac arte capiunt. Quibus rebus pulchre figurātur,
scandala, insidiæ, pericula & lapsus animarum, maxime Hebræis. Et, ut hebra-
ismum hunc inculcemus, in hebræo neutra parte uersus habetur relatiuum,
quem, sed simpliciter: In interitu fecerunt. In laqueo isto abscōderunt.

**Cognoscetur dominus iudicia faciens, in operibus manuum sua-
rum comprehensus est peccator.**

Diuus Hieronymus & hebræus ita: Agnitus est dominus iudicium faciens,
in opere manuum suarum corruit impius, meditatio semper.

Et uere in præterito dicit: Agnitus est, non in futuro cognoscetur. Et impius
Iusticiarius cerimonialis. quem noster transtulit peccatorem, ipse est iusticiarius ille cerimonialis, Pha-
risæus, superbus in uirtute sua, glorians in operibus suis, qui ad obsequium dei
pro ueritate fidei & honore sanctæ Ecclesiæ, occidit filios dei magna fiducia.
De quo abunde dictū est in superioribus, qui hebraice רשע rasa dicitur, Q&
uero Hieronymus corruit, hebræus & noster rectius comprehēsus est, habet.
Quanq; non ita multum refert ad sensum.

Pergit autem propheta narrare mirabilia dei, q non modo gentes Idolatræ,
persecutrices, demersæ sunt in interitu, quem fecerunt, uerum & ij, qui sibi san
cti, & bene uiuere uisi sunt, inuenti sunt peccatores. Nisi forte, hunc uersum
præcedentis lucem esse dixeris, & hic declarari quod ibi obscurius dictum est.
Ego magis huc feror, ut credam, Prophetam uoluisse uim diuini operis & iu-
dicij extendere ad omnia, ut gentes non modo inuenirentur male agere, pijs
hominibus resistendo propter sua studia, sed etiam ipsa studia inueniri pecca-
ta & mala. Sicut in Paulo licet exemplum petere, qui cum cognouisset iustici-
am, quæ ex lege est, esse meram impietatem, quæ inflet, non modo uniuersa
mala, quæ sanctis fecerat, id est, interitum quem parabat & laqueum quem
absconderat, agnouit esse pessima facta, quæ prius zelo legis ardens, optima
iudicabat, uerum & ipsam, quæ ex lege est, iusticiam, mox damnauit, com-
prehensus in his operibus manuum suarum, tanq; impijs & malis, quæ crede-
bat esse summæ iusticiæ.

Est ergo sensus: Quando dominus cognoscitur & sic cognoscitur, q est iu-
dex seu iudicium faciat, nullus subsistere potest ante faciem eius, quātumlibet
Cognoscere dominum iudi-cem, & mise-rentem. iustus, sapiens & potēs. Aliud enim, est cognoscere dominum iudicem, aliud
dominum misserentem. Cui dominus iudicij notus fit, corruit territus & ad ni-
hilum redigitur a facie iræ eius insustentabilis. Cui autem notus fit dominus
misericordiæ, surgit lætus & super omnia tollitur a facie bonitatis eius incom-
prehēsibilis

prehensibilis. Cognoscitur autē iudicium faciens externe & interne. Externe uerbo Euangelij & exemplo sanctorum, quos iustificat, demersis gentibus in interitu quē fecerunt. Verum hæc non mouēt satis, donec & interne cor aspiciat & tremefaciat. Sicut supra dictum est in uerbo, A facie tua. *Cognoscitur dominus iudicia faciens.*

Vnde, opera manuum impij, dixit, nō peccata impij, omnino significans ea opera, quæ impius facit uelut bona, in quibus & confidit, propter quæ incorrigibilis est, nec audit uerbum dei, nec si audit ad se pertinere credit, sine timore, securus sibi de regno cœlorum. Hunc ergo nemo conuertit, nisi agnitio iudicantis domini coram quo nemo non nocēs est. Naum. j. Dñs mundans non facit innocentem. Et Exodi. xxxiiij. Nullusq; apud te per se innocens est &c. Vide ergo mirā ac terribilem uim iudicij dei, impius præsumpsit sese operibus manuum suarum stabilire & liberare, & ecce, noscitur iudicium dñi, ac mox comprehenditur & corruit in eis, inuentus impius & peccator. *Impiorū præsumptio.* *Inuestigabilia iudicia dei*

Potest etiam uersus accipi pro generali sententia, etiā si ipse impius non credat se comprehēdi. In hunc modum: Prædicatus est & cognitus dñs iudicium faciens in gentibus, & simul cognitum est, neminem inter homines esse non plenum & comprehēsum in peccatis, quādo & illi comprehensi sunt, qui præ cæteris sunt magnorum operum & uirtutum, quæ omnia in peccatum coram deo computātur. Sic Ro. iij. Non iustificabitur in conspectu eius ex operibus legis omnis caro, sed oēs peccauerunt. Non est qui faciat bonum. Et hic mihi sensus magis placet, q̄ impius sit proprie, qui cū sit peccator, operibus bonis, inflatus non credit se esse peccatorē, ideo non habet rectā de deo opinionem, nec de seipso. Quod si ipse non sentit, sentiunt hi, qui cognoscunt. *Nemo hominū nō plenus peccatis.* *Impius proprie quis sit.*

Quod sequitur, meditatione semper, hebraice הגיון סלה higgaion sela, dicitur. Estq; dimidius uersus, huius totius posterior pars, quam nullus interpretum uidetur reddidisse. Augustinus indicat, Sela (id est, diapsalma) in suo codice positum fuisse, sed de meditatione, siue higganion, nihil. Mirumq; quid uelit ea dictio, præsertim cum tanta sit, ut sola medium uersum absoluat, priore parte tam longa. Namde Sela diximus psalmo. iij. Nec hoc certum est, an in nominatiuum, ablatiuum, aut uocatiuum reddi debuerit, Meditatio, meditationem, aut o meditatio. Significationem eius psalmo primo dedimus, ubi dicitur: In lege eius meditabitur die ac nocte. Significat enim loqui, dissertare, garrire, & omnino negotium uerbi, aut cātus, sic tamen, ut meditate fiat, unde frequenter cum corde coniungitur psal. xviij. Et meditatio cordis mei, in conspectu tuo: ubi est eadem dictio, quæ hoc loco. *Meditatio quid.*

Ego meam iterum ignorantiam confiteor, nisi q̄ suspicor prophetam de bona meditatione loqui, proferā ignota primus & si id poeta parum tutum iudicet. Quid si Propheta præabundanti affectu, uerbi dei efficaciam & fructum una hac dictione uoluerit, uelut exclamando, commendare? Ac si dicat: Ecce gentes demerguntur in interitu quem fecerunt, capiuntur laqueo quem abscondunt, agnoscitur dominus iudicia faciens & in operibus suis comprehenditur impius, atq; hæc omnia, meditatione, id est, uerbi ministerio. O meditatio, o uerbi ministerium, tu res tam uilis, tam despecta, tam infirma, tam stulta coram hominibus & tanta per te fiunt: Tu enim sola cooperaris deo in omnibus mirabilibus, istis, non potestas, non sapiētia, non iusticia, non gratia mundi. Sic enim & in uernacula nostra cum uehementissime admiramur aliquod gestum, per id quod non sperabatur, nimia uel indignatione, uel admiratione ipsum uix nominamus, dicentes: Ille, iste ne fecit? *Verbi dei efficacia & fructus.*

Sic Numeri

Sic Numeri. xvj. Et ecce Core &c. Sequitur: Et surrexerunt. Vbi primum & ad solam admirationem referri potest. Quo affectu & Dauid. ij. Reg. xvij. locutus uidetur: Fili mi Absalom, Absalom fili mi. Tam grandis autem hic est affectus, ut si quid uerborũ amplius addatur, minus moueat audientes, stupor enim quanto maior, tanto paucioribus uerbis utitur. Et reuera stupendum est uerbo solo, tãtas mundi moles subrui & humiliari, qualis erat Christi tempo-ribus, cũ maxime floreret, potentia, diuitijs, artibus, iustitia, ingenijs, sapientia, prudentia, eloquentia. Quare meo sensu potius in nominatiuo redderem: Me ditatio. Sela (licet Hieronymi translationem in ablatiuo, non damnem) φ admirabundus iste affectus potius nominatiuo uti solet. Diximus autem psal. ij. Sela, nostro iudicio poni in psalmorum locis, insignum magni & rari alicuius affectus, qualis hic est, qui ob hocipsum merito dimidium uersum una dictione occupat, φ nullis uersibus satis digne exprimi queat. Scriptum est enim. ij. Reg. ultimo, Dauid ipse quasi tenerrimus ligni uermiculus, scilicet φ uir fuerit totus tenerrimis, candidissimis, secretissimis affectibus plenus. Vnde qui psalmos eius legimus, donec affectibus inanes sumus, Asini ad lyrã canimus. Non nisi fidem, spem & charitatem, in Psalterio tractat, easφ nõ in deserto sterili speculationis, sed ubertate exercitatissimorum affectuum.

Stupor, paucioribus uerbis utitur.

Dauid tenerrimus ligni uermiculus.

Asini ad lyrã canimus.

Quid Dauid in psalmis tractet.

Cõuertãtur peccatores in infernũ, oẽs gẽtes quæ obliuiscũtur deũ.

Iterum peccatores transfert pro impijs. Loquitur enim de superbis (ut dixi) iusticiarijs, quos nemo mutat, nisi, cognito deo iudicium faciente, & iram intentante, ad infernum conuertantur, in sui scilicet cognitionem perfectam. Nam ad infernum conuerti, nõ credo, hic pro damnatione accipi (licet si quis id contendat, non resistam) quæ de conuersione impiorum & gentium, mirabilia dei cantat.

Atφ ab hoc loco iam incipit orare Propheta ad finem usφ psalmi, ut mirabilia mirabilibus addat deus, & qualia gessit in conuersis impijs, talia adhuc gerat in his qui adhuc sunt impij, superbi, obliti & contemptores dei, eodem uerbo conuertendi. Conuersionem ad infernum, quid sit, psalmo. vj. uidimus, & supra in increpationis uerbo & facie dei, & agnitione domini facientis iudicium, satis commemorauimus. Necφ enim quis cφ perfecte conuertitur, donec infernum & cœlum gustauerit, hoc est, donec experiatur, cφ malus & miser sit ipse, & cφ dulcis, & bonus dominus: Quod intentato mortis periculo & horrore iudicij extremi potissimum sentitur, & in spe ac fiducia misericordiæ dei agnoscitur.

Gustare infernum & cœlũ.

Obliuio dei.

Impij semper dei memoratores.

Obliuio dei iterum hic non ea debet intelligi, quam uulgus intelligit, sed quam psalmo. viij. super nomine Enos dedimus. Nemo enim magis audaces & assidui dei memoratores cφ impij, superbi, & peccatores, ut cuius nomẽ quotidie polluunt & peruersa opinione omni momento irritant, & blasphemant, dum non sentiunt de eo scd'm ueritatem, immo sibi tribuunt quæ dei sunt, & deo quæ sua sunt, hoc est, deum & opera eius & iudicia, humano suo mentiuntur sensu & affectu. De quibus satis multa diximus.

Inueteratam autem impietatem gentium notat, dum non arguit φ deum offenderint, aut ab eo recesserint, sed offensiones, diuturnitate & cõsuetudine nimia, in ius & mores promouerint, ut iam offendi deum a se nõ credant, sed potius coli & adorari. Qualis fuit gentium Idolatrarum conuersatio & cultus

Idolorum,

dolorum: Qui enim semel offendit, non mox obliuiscitur dei, sed scit se male egisse & reuertitur facile. Qui aũt obliuiscitur, sine fine offendit, nesciens sese offendere, q̃d' est impiorũ proprie. Ideo sunt idem impij & gentes oblitæ dei, utrisq; necessaria est cõuersio ad infernũ, ut comprehendãtur in operibus suis. Obseruandũ uero hunc uersum orari non simpliciter aduersus impios conuertendos, sed quia ipsi sunt qui perse quũtur Almuth impietate & superbia suat id quod uersus sequens uelut rationem reddens huius orationis ostendit.

Quoniam non in finem obliuio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in finem.

Poterat sic reddere: Qm̃ nõ in fine obliuiscetur pauperis. Quod & hebræo aptius respondet & affectum in deum dulcius mouet, subauditur enim, Deus non obliuiscetur, cuius dixerat in fine uersus præcedẽtis gentes oblitas. Quasi uersa sermonis figura dicat: Gentes obliuiscũtur deum, persequẽtes Almuth martyrum, at deus non obliuiscetur pauperis Almuth, cum tamen ad sensum appareat, utrinq; longe contrarium: Nempe q̃ impij uidentur etiam zelo dei furere, tantum abest, ut obliti deum putentur: Rursum Martyres penitus ad sanguinem & mortem derelicti, nihil minus, q̃ in memoria dei esse credũtur. Adeo in spiritu loquitur & fidem requirit, quæ intelligat, quomodo consolentur his uerbis tribulatos, passos & morientes.

Impij persecutõres pauperũ, fidẽ, & spem tentant occidere.

Quanq̃ obseruata diligentius hebræa grãmatica, id quod uersu præcedente dicitur: Omnes gẽtes quæ obliuiscuntur deum, magis eos sonat, qui improperant martyribus illud psal. xlij. Vbi est deus tuus? Et infra: Dixit enim in corde suo, oblitus est deus, auertit faciem suam, ne uideat in finem. Vt illud quod superius Almuth apud Iudæos passam, dixit: Qm̃ requirens sanguinem eorum recordatus est, non est oblitus clamorem pauperum: Idem de eadem hic apud gentes passam referat. Tam Iudæi enim, q̃ gentes conati sunt, ut Martyres redderent pusillanimes in fide dei, non solum eos persequendo, sed etiam de adiutorio dei insultãdo, sicut & Christo in cruce fecerunt, illud psalmi, dicentes: Deus dereliquit eum, persequimini eum & comprehendite, quia non est qui eripiat. Adeo non satis habẽt impij, q̃ corpora occidũt, nisi & fidem & spem, tentent occidere. Vnde hebræis, uersu præcedẽte, obliuiscẽtes deum, possunt intelligi non modo qui ipsi obliuiscuntur, sed qui id agunt, ut credatur deus oblitus pauperũ. Quem sensum plane disserit Hiero. in suo commẽtario.

Consolare lector.

Dulcissime autem nos confortat his uerbis spiritus, ut sciamus, seu uerba, seu cogitationes, quæ nobis diffidentiam, pusillanimitatem, desperationem mouent, non esse ex deo, sed, ut optime psalmus xlij. docet, ex diabolo, uel hominibus, dicens: Quare oblitus es mei, & quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus meus, dum confringuntur ossa mea, exprobrauerunt mihi inimici mei, dum dicunt mihi per singulos dies, ubi est deus tuus? Ita uidemus sanctos patres uehementer fuisse in fide & spe exercitatos & eos erudi-

In fide & spe patres exercitati.

tos, ut non dubitent pronunciare pusillanimitatem suam esse quidem a deo, sed tamen per diabolum & hominem, qui uerbo & cogitatione moueãt hanc cordis molestiam. Cæterum alienum est opus hoc a deo qui operari contra seipsum non potest, ideo ad se diligendum, sperandũ, credendum, lætandum, operatur, quo impleatur præceptum eius primum, quo præcepit: Non habebis deos alienos, præter me.

Cuiusmodi uerbis opus sit tribulatis.

Ita & hic uersus sancta indignatione se suscitat aduersus eos, qui deum tum eius, intentãt, dicens: Non erit in finem obliuio pauperis. Talibus uerbis opus habent, passi, morientes & afflicti, ne pusillanimes fiant. Scripturarum nanq; sunt ad nostram doctrinam, ut per consolationem scripturarum, patientiam & spem habeamus. Obserua, patientiam dicit. Et hic concedit obliuionem dei, sed negat in finem duraturam, deserit enim nos aliquantum, ut damus, sed non in finem, ne deficiamus.

Patientia pauperum, id est, expectatio afflictorum. Aliud enim nomen pertatis, hic, & parte priore habetur, hoc enĩ, ut supra dictum est, afflictionem quoq; significat, scilicet, paupertatem spiritus, hoc est, qui sine consolatione sunt. De quibus supra: Non est oblitus clamorẽ pauperum, id est afflictorum. Ita hic dicit, id quod expectant pauperes (magis enim expectandi & patiendi uerbum est) non frustra expectant, Veniens ueniet dominus saluator, quem expectant. Sic psal. xxxvj. Non dabit inæternum fluctuationem iusto. Quod enim differt, non aufert, inquit, hoc loco Hiero. modo sit, qui sufferat. Expectandum itaq; est, non tentandus deus præsentaneo auxilio.

Exurge dñe, nõ cõfortetur homo, iudicẽtur gẽtes in cõspectu tuo.

Concludit psalmum duobus uersibus orantibus pro ijs, quæ superius & facta & futura cecinit, hoc est, ut impij conuertantur & pereant, cognito iudicio dei, & augescat populus Christi. Appellat autem eos uocabulo despectu hominis: Non confortetur (inquit) homo, id est, cum sint Enos & uere miserabiles, ut quid inflantur, erigunturq; aduersus sanctos tuos in superbia & abusione, fidentes in magnitudine potentiæ, sapiẽtiæ, iusticiæ suæ? Desinat ergo eorum robur & infirmentur, nec sinas eos prævalere sanctis tuis in finem: Quin potius increpentur & iudicentur in conspectu tuo, hoc est, cognoscatur eis dominus iudicia faciens, terrore corripiãtur & trementes, sua impietate intellecta, quærant humiliter misericordiam tuam.

Iudicari in cõspectu dei & hominum.

Aliud enim est iudicari in conspectu dei, aliud in conspectu hominum: Iudicium dei scrutatur renes & corda, & neminem inuenit innocentem, ideoq; omnes pauefacit & humiliat uehementissime, conuertens peccatores in infernum. At iudicium hominum natat in superficie carnis & neminem intus inuenit nocentem, ideoq; blãditur & decipit omnes qui confidunt in ipsum. Sicut Isaiæ. ix. dicit: Et erunt qui beatificant populum istum seducẽtes & qui beatificantur, præcipitati. Mihi, inquit. j. Cor. iiij. pro mini no est, ut a uobis iudicer, aut ab humano die, nec meipsum iudico, qui autem me iudicat dominus est. Ideo quando impijs frustra omnia dicuntur, canuntur, geruntur, cum nec uerbis, nec operibus, nec miraculis cedant, sintq; generatio illa adultera, de quibus Mat. xj. Cecinimus uobis & non saltastis, lamentati sumus & non planxistis: Solum illud reliquum est, ut pro zelo eis imprecemur, argui in conspectu dei, hanc enim increpationem non sustinent.

Constitue domine legislatorem super eos, ut sciant gentes, quoniam homines sunt. Sela.

Hieronymus: Pone domine terrorem eis, sciant gentes homines esse sc. Verum hebræus sic distinguit uersum: Pone domine legislatorẽ (siue terrorem) eis, sciens

eis sciant gentes, homines ipsi, Sela. Dictio hebræa, מוּרָה mora, quam n oster legislatorem, Hiero. terrorem uertit, utrum germane significet, nō ausim defi/nire. Meo tamen iudicio magis a uerbo docēdi, uidetur uenire, unde & thora Pellicanus, a dicitur, quod legē significat. Nam hi qui beatū Aug. secuti Antichristum hoc uerbo מוּרָה loco, aut tyrānos intelligunt mihi nō satisfaciunt. Videtur enim sensus huius uenire credit. uersus alius non esse, nisi ꝙ optat gētibus legis sensum aperiri, quasi dicat: Im/precatus sum, ut iudicētur gentes in conspectu tuo, ꝙd quo modo intelligam, dico, nempe, ut ponas in eis legis uerū intellectū, tūc sine dubio agnoscēt sese, per legem enim, cognitio peccati. Ro. vij: Et iterum. iiij. Lex irā operatur. Et j. Impiorum su Cor. xv. Virtus peccati lex. Quod enim impij sine fine superbiunt, alia causa perbiecausa. non est, nisi ꝙ legem & uim eius nōdum intelligūt, ignorāt enim spiritualem & occidētem per literam suam omnes homines. De qua re Apostolus ad Ro. & Gal. multa, immo omnia tractat. Quæ nisi iam plus satis tractatata essent, & uobis nota, hic quoq; latius prosequeremur.

Vnde ego, Mora, cum sit nomen deriuatiuum significans id quo uelut me/dio quispiā eruditur & sciens efficitur, trāsferrem legis possessionem, seu legis eruditionem, hoc est, ut legis uim cognoscerent, ad quā mox sequitur, terror conscientiæ & horror iudicij. Id quod Hiero. transtulit. Nō enim legislator ul/lum terret, donec lex ipsa recte intelligatur. Tūc sequitur: Sciāt gentes, id est, scientes erūt, qui ante legem, peccatum suū ignorabant. Absolutum enim est uerbum, ꝙd uersum medium sentētia sua finit, sic: Et scient gētes, id est, posita lege erunt eruditi & intelligētes. Sicut Ro. vij. Concupiscētiam nescieba esse peccatum. Ego autē sine lege uiuebam aliqn, cū autē uenit lex, reuixit pecca/tum. Atq; id nimirū est, ꝙd toties in prophetis dicitur: Et scietis, quia ego dns, & scient quia ego dns, & sciet, ꝙm ego dns. Q; legis intelligētia hominē in sui cognitionem perducit, cogit misericordiā dei intelligere & implorare.

Altera pars uersus: Homines ipsi, Sela. insigni scilicet affectus nota indicat, Quid sit hō. ꝙsit homo res nihili & miserrima. Quasi dicat: Agāt, quāta possunt, simulent, ostentent, ualeant, & si quid aliud magnificū de eis dici pōt, tn homines sunt, אנושׁ חבוה Es seynd mēschen, id est, Enos & miserabiles. Ac reuera magnū est se homi/nem esse cognoscere, id est, Enos, ut hic dicit, quod psal. viij. satis tractauimus. Es seynd Eodem despectu loquit & Isaias. xxxij. Aegyptus homo, & non deus, & equi menschen. eorum caro, & non spiritus. Ac Ioan. ij. Iesus non credebat semetipsum eis, eo ꝙ ipse nosset omnes, & quia opus ei nō erat, ut quis testimonium perhiberet de homine, ipse enim sciebat, quid esset in hoīe. Atq; Paulus. j. Cor. iij. Nōne carnales? nōne homines estis? Idem cū uerecūde & modeste humanā uanita tem depingit, solet dicere, secm hominē dico. Ro. iij. & secm hominem am/buletis. Adeo scilicet apud deum, nihil reputat homo, ut modestissime quidē, sed tn significantissime tāgat humanæ naturæ miseriam, quoties nos hominis uocabulo signat scriptura, ut Gen. xj. Descendit dns, ut uideret ciuitatē & tur rim, quam ædificabant filij Adam. Quod orator aliquis uehementior diceret, quam ædificabāt, impijssimi, potentissimi, & sceleratissimi hominum. Ita non Hominem a p est nisi contumelia hominem a deo & in scripturis appellari, quia filius Adæ, pellari in scri id est, peccatoris, hoc nomine censetur: pro quo uoluit nos alio noīe dignari, ptura contu/ut filij dei nominemur, ut. j. Ioā. iij. Et eiusdē. j. Dedit eis potestatem filios dei melia est. fieri. Et psal. lxxxj. Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes.

Igit̄, Sela finalis, indicat, ꝙd rarus sit & singularis affectus, ꝙ quis sentit, tum seipm, tum alios esse homines, lex tn facit, ut huius rei sciētes fiāt, si dns surgat & ponat intellectū eius, & terrorē statuat in cōscientia eorum.

PSALMVS DECIMVS, hebraica numeratione, sine titulo.

Idea impij.

VT QVID domine recessisti longe, despicis in oportunitatibus in tribulatione?

Hic psalmus naturã impiorũ describit.

NON EST psalmus (meo iudicio) qui impiorũ ingenium, mores, opera, uerba, sensus, formã, tanta proprietate, copia, luce, depinxerit, utsi quid minus hucusq; dictũ est, aut dicetur, hinc liceat perfectã impietatis imaginẽ petere. Est ergo hic psalmus, eicos, typos, forma, idæa, impij & impietatis, id est, eius hominis, qui sibi & hoĩbus, uel sancto Petro præstãtior, deo abominandus est. Id quod mouit beatũ Aug. & qui eum secuti sunt, ut de Antichristo intelligerent. Verum quia sine titulo psalmus est, generalissimam sententiã amplectamur, & communem (ut dixi) Idæam impietatis uideamus: Nõ q; negemus illorum expositionem, immo dum generaliter sapimus, Antichristũ includimus. Quin nihil fuerit absurdũ, si hunc psalmũ ordine suo præcedẽti sic sociemus, ut illic de impijs cõuersis ceciniſſe, de cõuertendis orasse intelligamus: Hic ut de impijs adhuc reliquis & in potestate prævalentibus super infirmã Almuth psallere, de quibus, uel nõ speret, uel incertus sit cõuertẽdi sint, nec ne.

Ac uide zeli eius magnitudinem, cũ ipso deo pene expostulat: Quare dñe stas a longe? Sic enim Hiero. transfert. Atq; hic est affectus ille, qui in media adhuc tribulatione positus, nimiaq; rei indignitate motus, exclamat aduersus impiorum iniquissimã tyrannidem & pro innocẽtissimorũ sanctorum causa, sicut & uulgo dicitur: Quo modo hæc deus potest sustinere? Sic Abacuck. j. eodem exordio suum librum ingreditur, quasi indignans super dei patientia: Vsquequo clamabo, & non exaudies? uociferabor ad te uim patiens, & non saluabis? Quare ostendisti mihi iniquitatem & laborem, uidere predam, & iniusticiam contra me? Quare respicis contemptores & taces conculcante impio iustiorem se? Et facies hominis, quasi pisces maris & quasi reptilia non habentia ducem. Et factum est iudicium & contradictio potentior, propter hoc lacerata est lex, & non peruenit usque in finem iudicium, quia impius prævalet aduersus iustum, propterea egreditur iudicium peruersum. Quid nos miramur, si indigna patimur, quando hi uiri pleni spiritu, hæc tanto affectu sese passos pronunciant, & legem dei laceratam clamant, in quo manifeste impietatis, aduersus pietatem indicant bellum, ubi maxime urit zelus? Quis non Abacuch istum hoc loco impatientiæ obnoxiũ iudicaret? Sed & infra eodem, sic dicit: Mundi sunt oculi tui, ne uideas malum, & ad iniquitatem respicere non poteris. Quare non respicis super iniqua agentes, & taces deuorante impio iustiorem se? Et facies hominis, quasi pisces maris, & quasi reptile non habens ducem. Eodẽ affectu Isaias. xliij. Vbi est zelus tuus, & fortitudo tua? Multitudo uiscerum tuorum, & miserationum tuarum? super me continuerunt se, &c. Idem Iob. xxj. prolixius.

Consolatio Maruni.

Ita & hic dicit: Quare stas domine a longe? hoc est, finis nos opprimi, & deuorari, nec audis, nec saluas nos: Confortas manum, & consilium impiorum adiuuas. Denicq; uidetur sibi cõtradicere, qui psalmo præcedẽte, dixerat: Adiutor in oportunitatibus, in tribulatione: Hic despicis in oportunitatibus in tribulatione. Et uidetur deum tentare, dum ipse definit tempus & oportunitatem

notatem auxilij, non plene expectans manum dei. Verum alio affectu aliud, & aliud dicitur. Oportet enim formari hoc psalmo personam afflicti & afflictus perfecte. Afflictus autē, & si fortiter patitur, tamen insensibilis non est, carnem, & sensum habet, qui p natura sua, immo infirmitate inuincibili, erumpit & gemit, clamat, indignatur, impatiens. Sic Christus Matth. xxvj. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Et ipse orauit, ut calix ab eo transiret, naturali, scilicet infirmitate laborās, quam tamen statim corrigens, ac uincens, dicit: Verum non mea, sed tua uoluntas fiat. Talis est & conditio & pugna iustorum cum impijs, ubi, & si perferāt, tamen cum dolore & labore, nūc spiritus promptus audet, rursus infirma caro gemit: In qua luctatione, non nihil donatur infirmitati carnis, ut clamet & gemat, ubi potius lætandum sibi foret. Hæc omnia in nostram consolationem, ut sciamus sanctos dei fuisse homines similes nobis, & ea quæ de ferenda cruce & morte dicuntur, intelligamus fortiter laborante charitate uincenda, non autem etiam promptitudine carnis, & humani sensus, posse, aut debere ferri.

"Iustus afflictus fortiter patitur, & tamen insensibilis non est

Ita uox carnis & inferioris & exterioris hominis in sanctis est iste uersus, immo totus psalmus, qui clamat, dū interim spiritus fortiter sustinet & deum expectat in oportunitatibus.

Dum superbit impius incenditur pauper, comprehenduntur in consilijs quibus cogitant.

Hieronymus: In superbia impij, ardet pauper, capiantur in sceleribus suis, quæ cogitauerunt. Non est autem hæc superbia ea, qua quisq; apud se inflatus sui & sua opinione turget, sed externa pompa, qua alterum subijcit & opprimit coram hominibus superior illo factus, ut Exodi. xv. Cantemus domino, gloriose enī honorificatus est: pro eo quod est, superbiens superbiuit, seu prævalendo prævaluit, scilicet, super Aegyptios. Fit itaq; dum dominus recedit, & stat a longe & despicit in oportunitatibus, in tribulatione, ut interim impius eleuetur super pium, eiusq; per uim dominetur, hoc est, super eum superbiat, & triumphet. Quare nos hoc uerbi intelligamus pro pompa, iactantia, triumpho, quibus uidemus uictorem super uictum coram hominibus fidere & audere, &, uelut de uicto actum sit, securum esse: ubi tum uictoris factio, id sibi negotij habet, uicti quicquid reliquum est, usq; ad internitionem perdere, hoc est quod ardere, seu incēdi pauperem dicit. Hebræam autem dictionem, Reuchlin scribit, non tantum ardere, seu incendere, sed & persequi, significare. Et hic dicendum: Persecutionem patitur pauper. Verum non abhorret significatio incendij, seu ardoris ab hoc loco, immo maioris emphasis est, q; Propheta uelit intelligi, pauperes, triumphante impio, penitus in puluerem & nihilum redigi, ac si domus igne consumpta, in cineremq; redacta, nihil relinquat uestigij sui. In quo impiorum studium & uota pulchre ostendit, quibus non est satis, super pios superbe confortari, sed impetum suum eo uertunt, ut omnia eorum & quicquid ad eos pertinet, funditus perdant, plus conātes q; possint. Sicut de eis dicit Isaias. xvj. Audiuimus superbiam Moab, superbus est ualde: Superbia eius & arrogantia eius & præsumptio eius, plusq; fortitudo eius. In quo loco ponitur hoc nomen, quod hic superbiam significat. Et eiusdem. x. de rege Assur. Ipse autem non sic arbitrabitur & cor eius nō sic æstimabit, sed

Colonienses exemplo sunt Theologi in Martinum uictores.

ad conterendum erit cor eius, & ad internitionem gentium non paucarum. Et iterum de Moab Hiere. xlviij. Audiuimus superbiam Moab, superbus est ualde: Sublimitatem eius & arrogantiam & superbiam & altitudinem cordis eius, ego noui, ait dominus, iactātiam eius, eo ꝙ non sit iuxta eam uirtus eius, nec iuxta quod poterat conata sit facere. Vbi iterum fere non aliud ꝯ præsens uocabulū, toties iteratur, quo superbia ista, furor, impetus impij, ubi prævaluerit, describuntur, scilicet insolētia & sæuitia uictoris in uictos.

Magno itaque affectu loquitur aduersus impios, qui cum reuera non uincant, etiam si prævaleant, tamen, quia omnium sensu apparet, uictos eorum ferociæ & insolentiæ patere, queritur infirma caro, incendi pauperes, dum superbiunt impij. Conatus enim tantus est impiorum, ut uideantur uere superiores inæternum futuri. Exemplis id optime capiemus. Finge Arriani temporibus catholicos Episcopos in exilium missos, superbiente Arriana impietate, ista canere, & intelliges affectū. Adeo scilicet nō uult deus nostris uiribus quemꝯ inimicum uinci, sed solius sua dextra, ut sint opera & gloria eius solius. Quare non est temere agendum cum hæreticis & impijs, more disputantium Philosophorum, non superātur ui argumentorum, nec rationibus ducuntur, nec autoritatibus capiuntur: Superbiunt super hæc omnia & prævalent, donec dextera excelsi eos immutet. Quod, ut faciat, non fiducia ingenij, eloquentiæ, eruditionis, præsumendum est, sed humili clamore implorandus, sicut huius uersus exemplum nos docet. Sic bella, quæ aliquot seculis contra Hereticos & Turcas geri uidimus, quia uiribus & hominum decretis præsumpsimus, retulimus illud Iob. xlj. Reputabit quasi paleas ferrum, & deridebit hastam uibrantem. Non uincitur satanas & Christianorum hostis nobis oppugnantibus, sed duntaxat patientibus & clamantibus.

Conatus impiorum inanis.

Cū Hæreticis qualiteragendum.

Christianorū hostes, quō uincantur.

Comprehenduntur in consilijs quibus cogitant. Quod Hieronymus: Capiantur in sceleribus quæ cogitauerunt. Idem tamen ubiꝯ sensus manet, qui talis est: Impij cum superbierint & pauperem oppresserint, adeo nō resipiscunt, & malum suum agnoscunt, ut his ipsis sceleribus suis potius palpentur, lateantur, inuoluantur, indurentur & excæcentur, arbitrati se obsequium prestare deo. Hoc enim est genus captionis longe perditissimum, suis propriis cōsilijs & operibus capi & excæcari, quo non nisi impij sunt puniendi, ut Isaiæ. v. Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes tenebras lucem & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.

Captionis pdi tissimū genus

Nota itaꝯ impiorū prima perditio est cæcitas, ut Eccle. iiij. Multo enim melior est obedientia, ꝯ stultorum uictimæ, qui nesciunt quantum faciant mali.

Wen got straffen wil/dem thůt er die augen zů.

יתפשו Hebræam Emphasim non reddunt latina uerba. Nam comprehendi hoc loco, non significat hostilem captionem, sed blandam & amicam. Ita, ut & Genesis. iiij. Iubal scribatur fuisse pater canentium (id est, apprehendentium, tractantium, tenentium) in cythara & organo. Vt significet impios sibijpsis blandiri in malis suis. Sicut & Prouerb. j. dicitur: Qui lætantur cum male fecerint & exultant in rebus pessimis, cum ipsi non nisi de optimis se arbitrentur gaudere. Deinde in cōsilijs, pro quibus Hieronymus in sceleribus transtulit, במזמות hebræis ambiguum tam scelera ꝯ consilia, seu proposita significare potest, ut si liceat in unum componere significatum, intelligamus opera ex proposito & de industria facta: Non enim impij casu, aut imprudēter agere contra pios sibi uidentur,

sibi uidentur, sed ex magna singularicp prudentia, consilio, denicp zelo dei. Et
nimis apte id nominis hebræi exprimit furorem illum, qui est fons omnium
malorum, quem hodie uideo dici bonam intẽtionem & formatum dictamen Bona intẽtio.
rectæ rationis. In hoc enim mirum est cp confidant, cp audeant, cp præsumant,
cp sibi placeant, cp irrecuperabiliter capiantur & excæcentur, imprimis pon-
tifices & religiosi, inter hos autem maxime doctiores & sanctiores, quasi ne-
cesse sit cp primum dixerint: Formaui mihi & habeo bonam intentionem pro
gloria dei & salute animarum, nihil reliquum apud se esse sinistræ intentionis
& mali sequentis eam operis, Vbi, & hanc impietatem adiiciunt, cp ex natura
libus uiribus & lumine intellectus (ut dicunt) eam fingunt, seu formant, diui
nam gratiam, non nisi post formatam, ac certe nuncp requirentes & tamen Notet q sapit.
pro ea intentione audent sine ullo timore, non modo contendere & æmulari,
sed, & totum mundum sanguine & cæde, si deus permittat, implere. Quibus
si dixeris, esse hanc intentionem pessimam, si spiritu sancto magistro non pro
ducatur, essecp de naturalibus uiribus desperãdum, cp homo mendax, non ni
si mentiri possit, atcp in timore & humilitate, intentatione ista posita, manum
dei implorandam solam, clamabunt te hæresim sapere, qui arbitrium liberum
neges, & tam pias intentiones damnaris.

Itacp pro nostro seculo licet hunc uersum, sic reddere: Impij comprehendun
tur & placent sibi in suis bonis intentionibus, propter quas dum prævalent,
incendunt pauperem. Hoc ego libens intelligerem appellari ab Apostolo. j.
Timoth. iiij. cauteriatam habentes conscientiam, id est, ui formatam, & uelut Cauteriata
naturaliter malæ intentionis notam huius adulterinæ intentionis stulto zelo conscientia.
impressam, sicut maleficis nota per cauterium imprimitur, industria, & ui hu-
mana longe, contraria formæ naturali. Ita & hi excissimi humanæ naturæ ma-
litiam ignorantes, formam eius uiolenter intentione bona conantur diffor-
mare, dumcp hac adulterina intentione naturale cordis humani mendacium
obtexerint, quiduis audere prompti sunt pro gloria dei, honore Ecclesiæ, zelo Sanctitas hu-
fidei & animarum salute. Deinde quodcunc̃p ausi fuerint, prorsus nihil dubi- mana.
tant esse deo merito condignum & supererogationis gratissimum. Quos si
tentes, periculum erit, an cum sancti Petri meritis uelint sua opera conferri.
Adeo amplæ sunt palpebræ huius Behemoth, adeo capiũtur his suis consilijs,
hominum omnium longe infelicissimi.

Iam & uerbum חשבו cogitauerunt, elegantius & significantius est in hanc
rem, cp possit ulla lingua reddere: Significat enim hebræis non simpliciter,
sed artificiose & ingeniose cogitare, quo modo artifices subtiliores in ope-
rum uarietate cogitant, psalmo. lj. Tota die iniusticiam cogitauit lingua tua.
Inde Reuchlin dicit, ab hoc uerbo nominari magistralem Theoricam, seu
Mathematicam, & omnem artem quæ ratione & demonstratione inuestigat:
In quo pulchre spiritus impiorum depingit cogitationes. Qui cum non præ-
beant se regendos gratiæ dei, sed bonis suis intentionibus sibi placeant, incre-
dibile est, cp diligentes ingeniosicp sint in suis operibus, tum faciendis, tum
statuendis. **Es seynd eytel subtilitet vnd lauterklugeller.**
Accedit his & alia significatio uerbi, quæ est putare, æstimare, in precio ha-
bere, ut intelligas impijs nihil esse in oculis suis præciosius, cp sua consilia, suas
cogitationes, suas bonas intentiones.

Vide ergo, cp non desint spiritui sancto, qui solus optimus est Orator,

Spiritus sanctus Orator optimus.

uerba, rem, apte, proprie, aperte, plene, describentia. Quis impiorum cæcitatem, etiam longa oratione felicius absoluerit, quam ipse tribus his uerbis? Si animo attẽdas, tam breui copia sic exposuit, ut nihil addi, nihil demi possit. Non cæcitatem modo, sed affectum uniuersumq; habitum & modum eius, tam paucis uerbis effinxit.

Si quem nostra translatio mouet, quod dicit, Quibus cogitant, pro quæ cogitauerunt, potest eo fugere, ut cogitare pro uerbo absoluto accipiat, ut sit sensus: Quibus cogitant, id est, quibus sunt cogitantes, artificiosi, ingeniosi, in oculis suis præcios, & (ut uulgo dicitur) **Die von yn selbs vill haltẽ yn yren tadten vnd thaten/ das sy ouch am meysten betrügt**/ hoc est, comprehenduntur. Hoc est enim cur sic clamet & queratur dominum a longe stare, quod impij suis sceleribus etiam indurentur magis ac magis, ut non sit spes eos uinci patientia pauperum, nisi dominus adiuuet.

Quoniam laudatur peccator in desyderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur, Exacerbauit dominum.

Hic & sequens uersus fœde sunt decerpti in translationibus, sequens enim uersus incipitur ab eis, ita: Exacerbauit dominum peccator, cum in hebræo a nominatiuo, peccator, incipiat, &, quod præcedit, Exacerbauit dominum, ad hunc pertineat. Sic enim & diuus Hieronymus: Quia laudauit impius desyderium animæ suæ, & auarus applaudens sibi, blasphemauit dominum.

Iterum uocabula negotium afferunt, Peccator est impius ille רשע rasa, Sanctus diaboli. Desideriũ animæ eius, est placitum suum. Iniquus, quem Hiero. auarum transtulit, generale nomen est ad auarum & offensorem, ut qui pro licentia sua lædat, noceat, iniuriam faciat quibus libitum fuerit, ut solent auari. Et melius noster iniquum, q̃ Hiero. auarum reddidit, cũ iniquitas & iniuria, atq; nocendi licentia & latius pateat, q̃ auaritia, & hic magis ad rem commodetur, ubi de oppressoribus loquitur pietatis.

Desyderia impiorum.

Est ergo sensus. Postq̃ impius prævaluit & pauperibus uastatis, in suis sceleribus induratus & excæcatus est, adijcit, ut sua nõ nisi iactet, prædicet, laudet, id quærens, ut, & coram hominibus talis sit, qualis in oculis suis est, ideo contendit, ut sua placita, quæ ipse sentit, facit, cõtra pios fieri cupit, omnium consensu probentur tanq̃ utilia, sancta, iusta, ædificatoria, nihilq; sit in eis quod non omnes laudent: contra, piorum desyderia & quæ ipsi sapiunt, eodem omnium consensu damnẽtur, ut noxia, impia, hæretica, & ut nostro seculo aucta sunt uocabula, scandalosa, erronea, seditiosa, piarum aurium offensiua. Atq; in his debet impius prævalere, ut locum in eo habeat oratio & affectus huius psalmi. Altera ergo perditio impij est, eo procedere in impietate, ut glorietur in malitia & potẽs sit in iniquitate, psal. lj. Vt stet abominatio in loco sancto.

Ecclesiastica tyrannis.

Huius uersus sensum, iam a multis annis Ecclesiastica tyrannis impleuit, implebitq; posteris temporibus amplius. Hic enim quia nomẽ Christi uelamentum nequitiæ factum est, quicquid ,p libidine sua nocuerint populo Christi, quicquid statuerint, quicquid placuerit, si quispiam nõ benedixerit & laudauerit, hæreticus erit, seditiosus erit, blasphemus, Vt impleatur scriptura, quæ dicit: Mittet eis operationem erroris, ut credant iniquitati, qui charitatẽ ueritatis non acceperunt, ut salui fierent. Oportet enim Antichristum hoc psalmo depictum

pictum cum suo corpore, sub nomine Christi adorari & timeri, sicut merita in-
gratitudinis nostræ exigunt. Nec abhorret quod, pro iniquo, auarum, Hiero-
nymus transtulit, nisi q̄ atrotior est iniquitas q̄ auaritia: tum auaritia impijs
istis pontificibus & idolis Antichristi, uel imprimis tribuitur in scriptura, præ
sertim Isaiæ. v. & psalmo. v. ubi sepulchro patenti, guttur eorum comparat.
Eritq̄, tum in summo robore & uirtute, ut nunc̄q̄ ita uisa fuerit, neq̄ futura sit,
ut cum fine mundi pariter finiatur.

Exacerbauit, quod blasphemauit, Hieronymus transtulit. Tertium malum נאץ
impiorum explicat, quod est irritare, amaricare, blasphemare deum. De quo
psalmo. v. dixit: Scd'm multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoni
am irritauerunt te domine. Non autem intelligendum, fore, ut impius atque Antichristum
adeo ipse Antichristus aperte & ad sensum blasphemet deum, cum nomine illũ regnare,
domini maxime sit usurus ad erroris operationem. Hoc enim ipso prævalent quisnõ uidet,
impij pauperibus, quod sicut Rapsaces Isaiæ. xxxvj. gloriantur se a deo ue- & oĩm Eccle
nisse, dei esse quod dicunt, faciunt, uolunt, statuunt, ubi necesse est seduci, siã sedctã.
quotquot spiritu dei non aguntur.

Sed hæc est blasphemia, quod impietatem & iniquitatem suam non modo
non agnoscunt, sed pro pietate & bonitate dei iactant, per hoc deo tribuentes
opus pessimum & nomen abominatissimum, quo deus uehementer irrita-
tur, qui alioqui confitentibus peccatum suum, suauissimus pater est. Rursus
uerbum & opus dei, q̄d' in pauperibus suis posuit, non solũ non reuerentur,
ac nomine dei dignantur, sed diabolo & iniquitati deputant, per hoc deo au-
ferentes, quod suum est, & diabolo tribuentes. Sic Apostolus. ij. Thessal. ij. de
impiorũ principe Antichristo dicit, q̄ extolletur, non simpliciter super deum, Extollẽtia An
sed supra id quod colitur, aut quod dicitur deus, seu, ut græce dicitur: super tichristi quõ
omnem dictum deum & cultum: ut indicet supra deum, ut in sua natura est, accipienda.
nihil posse extolli, sed, ut est prædicatus, cultus, adoratus, id est, sup culturam
dei, hoc est, in opinione & affectu hominũ, apud quos solos prædicatur & coli
tur per uerbum & fidem. Quod ego non aliter intelligo, q̄ uerbum hominis Notã.
impij præferendum esse aliquando uerbo dei, & hominem in loco dei seden-
tem, supra deum timeri & coli. Ad quod ij conari uidentur, qui Romanum
pontificem dubitãt esse purum hominem & eius uerba præferunt sacro Euan
gelio Christi, quæ est uere blasphemarum summa.

Peccator scd'm multitudinem iræ suæ non quæret: Non est deus in conspectu eius.

Hieronymus: Impius scd'm altitudinem furoris sui non requiret, nec deus
in ullis cogitationibus suis. Vbi id primo obseruandum, q̄ uehemens sit hic
psalmi spiritus, qui toties uocabulum, impius, ingeminat & repetit. Deinde
pro multitudine iræ suæ, rectius Hieronymus, scd'm altitudinem iræ suæ, id est
præ superbia & elatione tumoreq̄ furoris sui. Significat enim dictio hebræa, הבל
proprie altitudinem, seu superbiã, ut psal. cj. Superbo oculo & insatiabili cor-
de, cum hoc non edebam. Et. cxxxij. Domine non est exaltatum cor meum,
neq̄ elati sunt oculi mei. Meoq̄ iudicio, Caph, pro Beth, legẽtes transtulerũt:
Scd'm altitudinẽ, seu scd'm multitudinem, cum dicẽdum fuerit: In altitudine.
Q̄d' aũt ad deũ ista multitudo iræ, ab illustribus patribus relata est, distinctio
uersus male posita, in causa fuit: refertur enim ad impium.

Et quod

Et quod, In conſpectu eius, noſter dixit, & Hieronymus, In omnibus cogi-
tationibus ſuis, non multum officit ſenſui: tamen in hebræo eadem dictio e-
quam ſuperius uerſu ſecũdo, in cõſilijs, & Hieronymus in ſceleribus, tranſ-
lerunt, ut uideat lector me ſuperius recte in unum conflatis omnibus ſignifi-
cationibus, hoc uocabulo intellexiſſe monſtrum illud & laruam impiorum,
quam uocant bonã intentionem, pium zelum, amorem ueritatis. Cõtrahitur
enim hypocriſim inuehitur ſpiritus pſalmi huius, qua excæcati nõ uident ſibi
Impiorum zelus. blaſphemare deũ, ſed maxime laudare, nec ſuperbire, aut incendere pauperes,
ſed perſequi ſuperbos & impios, nec comprehendi ſuis cõſilijs & falli, ſed libe-
rima & certiſſima ueritate agi: Ita deum eſſe in ſuis conſilijs & bona intentio-
ne, certiſſimi ſunt, & in uniuerſum, quicquid hoc pſalmo eis imponitur, adeo
a ſe alienum eſſe ducunt, ut contumeliæ & conuicij loco habeant: contra quos
pro ſancta ueritate & honore dei & gloria Eccleſiæ ſummũ meritum ſperent,
In Martino Luthero. ſi pugnẽt omnibus maledictis, dolis, artibus, uiribus: eſſecq; potius hæc eorum
huius belli & omnium malorum. Exempla abũde ſunt ad manum, in Chriſto,
in Apoſtolis, in Martyribus, inter cõfeſſores, pulchre Athanaſius Epiſcopus,
& Lucius Arrianus, qui etiam ſtricto gladio, & ui armata perſequebatur Ca-
tholicos, ut lib. xj. Eccleſ. hiſtoriæ legimus. Simile, ſi nõdum actum eſt, agetur
per Epiſcopos & religioſos futuris temporibus, proditionibus, iuribus, priui-
legijs ſuis: ut impleant menſuram patrum ſuorum.

*Theologorũ noſtrorũ, do-
ctrinaliũ uir-
tus.* Quarta itaq; uirtus ſanctiſſimorum & doctiſſimorũ hominum (id eſt, impio
rum) eſt altitudo iræ, id eſt, ſuperbia, elatio, inflatio, tumor animi. Quos Apoſto-
lus. ij. Timot. ij. quoq; prædixit, dicens: Erunt homines ſuperbi, elati &c. Ac
uim, ponduſq; uerborum uide, non ſimpliciter iram, ſed ſuperbiam iræ, eis tri-
buit, q aduerſus pios ſuperbiſſimi cõtemptores, de ira & furore tanq; ſummis
meritis inflentur, efferantur, glorientur, tantũ abeſt, ut pauperum miſereãtur,
ſuiq; mali eos pœniteat, quo inſaniunt. Cauſa huius cecitatis ferreæ, & frontis
æreæ (ut Iſaias. xlviij. uocat) eſt hæc, q nõ pro pecunia, neq; pro rebus alijs cor-
poris, ſed, p deo, pro ueritate & iuſticia (id eſt, pro cõſilijs ſuis qbus cõprehenſi
ſunt) pugnant, in q nihil fieri poteſt, quod eorum iudicio nimium ſit. Proinde
recte dicit: Impius ſecd'm altitudinem, ſeu multitudinem iræ ſuæ non quæret.
Er fragt noch nicmantz. Eſt enim uerbum, quæret, abſolutum, ſignificãs,
id quod germanice iam dixi. **Er acht ſeyn nit. Er fragt nichts darnoch.** nõ
facit inquiſitionem, nõ curat, nõ eſt ſollicitus. Qui enim quærit, ſollicitus eſt,
& timoratus & rõnem ſui habet: Hic ferẽ præceps, ſuperbus, ſine timore, ſecu-
rus, utcunq; intẽtio ſua bona rapuerit, nec patiẽ ſuperbia iræ ſuæ, ut cõſideret,
deliberet, aut inquirat quid faciat. Hanc enim incogitãtiam præcipitem ſigni-
ficat, qñ dicit: Præ altitudine iræ ſuæ non quæret, ſcilicet, non ſolum hominem
non reueritus, ſed etiam, nec deum habens in omnibus ſuis cõſilijs, ſeu in con-
ſpectu tuo. An nõ hoc eſt impium graphice ſuis pingere coloribus & affectus
eius moreſq; oẽs tã certo ictu tãgere, ut nec a capillo aberret? Sicut Iudic. xviij.
de filijs Beniamin dicitur. Quæ oia ſi obſerues, & in quas perſonas inuehatur,

*Spiritus pro-
phetæ, hæreti-
cus putabitur* nempe potentes, principes, magiſtratus, ſacerdotes, ſanctos, ſapientes, qui co-
ram hominibus & in oculis ſuis longe aliud ſunt, cogeris dicere, ſpiritum pro-
phetæ eſſe hæreticum, conuitiatorem, maledicum, ſcandaloſum, ſeditioſum,

Tres colores impiorum. Tres colores piarum aurium offenſiuum. Ac ſic tres colores impiorum hic uerſus habet, ſu-
perbiam ſeu iracundiam elatam, præcipitem incogitantiam, & contemptum,

ac negle-

ac neglectum dei, Sic tamen (quemadmodum dixi) neminem sinant de modestia, prudentia, pietate q̄ præ se gloriari, aut celebrari. Oportet enim impios monstruosissimo uitæ genere, esse quod non sunt, & non esse quod sunt.

Inquinatæ sunt uiæ illius in omni tempore, Auferuntur iudicia tua a facie eius, Omnium inimicorum suorum dominabitur.

Pro inquinatæ sunt, Hierō. & hebræus, Parturiunt. Ac poterat latinus aliqs scriptor, pro inquietæ, scripsisse uideri inquinatæ, quasi interpres parturientis affectum per inquietudinem reddiderit, nisi Aug. & ueterum exemplaria una cum Græcis resisterent. Augustinus enim legit: Contaminantur uiæ eius. Sensus nostri textus erit: Et si impius sibi mundus uidetur in uijs suis, tamen cum sit ipse inquinatus, inquinatæ sunt uiæ eius omni tempore. Sicut Prouer. xxx. Generatio quæ sibi munda uidetur, & tñ non est lota a sordibus suis: Generatio cuius excelsi sunt oculi, & palpebræ in altum surrectæ: Generatio, quæ pro dentibus gladios habet, & commandit molaribus suis, ut comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus. Quibus uerbis idem qui hoc psal. impius describitur. Sunt sane impij etiā ea præsumptione, ut si quid patiātur, aut sinistræ ceciderit eorum studium, de patientiæ corona gloriētur, adeo nunc̄q̄ non optima de se sentiūt, contra quos dicit, In omni tempore, id est, tam prospero, c̄q̄ aduerso, siue quid bene gesserint, siue mala passi fuerint, pollutū & inquinatum est, Quasi cum Apostolo Tit. j. dicat: Cum sint abominati & increduli & ad omne opus bonum reprobi. Et iterum: Omnia munda mundis, inquinatis autem, & infidelibus nihil est mundum, sed inquinatæ sunt eorum mens & conscientia. Siquidem impij, qui iusticiam suā in opera diuidunt & suis se regunt consilijs, non possunt esse homines oīum horarum, omniū operum, omnium rerum, liberi scilicet & indifferētes: Sed certis adhærēt, in quibus fidūt propter quæ & belligerātur. Ideo dicit, q̄ in omni tempore sint uiæ eius inquinatæ, uolens q̄ maxime eo tempore, q̄ sibi purissimi uidētur. Et hic locus ualet in eos, qui bona moraliter facta, reponūt inter opera nō mala, ꝓpter uim naturalem lib. arb. in bonū. Sed stat sentētia: Inquinatæ sunt uiæ eius in omni tēpore. *Impiorū uiæ inquinatæ.*

Hebræus nō, longe distat ab hoc sensu, quia parturire est, inquietū esse, & in dolоribus agere, in quo significat impiorū studia quātumlibet bona, nō fieri animo hilari & gratuito, sed inquieto, tristi & dolēte, quia dū spiritus pinguedinem non habēt, non nisi cū legis odio & difficultate bona faciūt, difficultas autem & inuita uolūtas, conscientiā quoq̄ tristē reddit. Atq̄ hoc ipsum inquinat eorū omnia opa bona, q̄d inquieto, rebelli, inuito, tristiq̄ corde ea faciūt. Aut si libēter ea faciūt, iam subtiliori pollutione fœdātur, dū affectu commodi siue cōmodis allecti, cū nunc̄q̄ dei amore, & affectu iusticiæ ea faciāt. Oc̄q̄ grauiter hoc uerbū: Quātos hodie capit & non capit, qui faciēdo q̄d in se est, & moralibus uirtutibus intēti, hanc suā cordis inquinationē non obseruāt. *Impiorum stu dia, inquieta.* *Facere quod in se est.*

In hebræo, Omni tempore, iungitur ei quod sequitur: Auferuntur iudicia tua a facie eius. Simpliciterq̄ dicitur: Inquinatæ sunt, seu parturiunt uiæ eius, q.d. quicquid facit boni, & laboriosum est, & tamen immundum simul. Atq̄, ut supra psal. j. diximus, uias uocat, cum tamen potius sint errores, quia foris bona uidentur hominibus eorum opera, dum in uestimētis ouium incedunt, sed intus ubi inquinati sunt, Lupi sunt rapaces.

Huic inse

Huic infelicissimo impiorum nomini, & speciosissima eorum uita nomi-
deo in quinata pronũciatur, additur & hoc, quod iudicia dei sint longe a fa-
eorum. Quo exprimit, quod dixit: Non est deus in conspectu eius. Vo-
ostendere quomodo sint sine timore dei, Iudicia (inquit) tua, quibus pro pa-
peribus tandem surgens iudicabis, & omnes reos facies qui superbiunt, adeo
longe sunt a facie eorũ, ut nunc̃ super sese uentura certissimi sint. Ad eosdem
Isa. x. Quid facietis in die uisitationis & calamitatis de longe uenientis? Vide
ergo, pius cum Iob ueretur omnia opera sua, cum tamen sint munda, tam pro-
pe sunt ei iudicia dei, coram quo non iustificatur omnis uiuens, si intret in
dicium cum eo, psal. cj. At impius cum sint omnes uiæ eius inquinatæ, nunc̃
tamen ueretur opera sua, tam longe sunt ei iudicia dei: Quin superbiẽs habet
unde deum debitorem suũ expectet, operibus, scilicet condignis uita æterna,
tum & cõgruis & supererogationis, sicut nostro seculo docuere Magistri, qui
uni momentaneo actui meritorio tribuunt dignitatem meriti æternæ gloriæ.
Quæ, quis Turca apud nos doceri crederet?

Impius non ueretur opera sua.

Omnium inimicorum suorum dominabitur. Hieronymus: Omnes inimi-
cos suos despicit. Nec satis scio, quæ sit huius uerbi יפיח germana significatio.
Nam psalmo. xj. sic reddit: Fiducialiter agam in eo, Abacuk. ij. Et apparebit
in finem. At Prouerb. xiij. Profert mendacium testis dolosus. Quomodo ex-
go conueniunt, despicere, damnari, fiducialiter agere, & proferre? Nosterfane
sibi constãs, pro dominari idem intellexisse uidetur, quod per fiducialiter age-
re, quod expressius Hieronymus despicere dixit, qui enim despicit, fiduciali-
ter agit, ac uelut superior in uictum dominatur. Dicit Ioannes Reuchlin he-
bræos peritiores eo uerbo intelligere, id quod est aliquid intra se meditari, &
mussitando secum parare, disponere, loqui. Quod interim sequamur, ut sit sen-
sus, impios esse adeo superbos & contemptores omnium in uita sua, ut etiam
omnes tribulatores, seu aduersarios suos cum fiducia despiciant & cum despe-
ctu in eos loquantur, tanc̃ nihil nocituros. Vbi si per neutrũ, seu impersonale
interpres reddidisset, clarior sensus fuisset, ac tam præcedentibus c̃ sequenti-
bus pulchre congruisset, in hunc modum: Omnes tribulationes suas despicit,
hoc est, adeo securus est, adeo longe sunt iudicia dei, a conspectu eius, ut etiam
derideat sibi denũciatas futuras peccatorũ pœnas, cum ad se eas non pertinere
arbitretur, ideo contemptim in eas secum meditatur & loquitur. Hunc sen-
sum iuuat, quod iudicia dei præmisit contempta, per quæ impijs intentatur &
infertur tribulatio. Deinde, quod צוררין zorærai, non inimicos, sed tribulato
res suos significat, scilicet, qui angustiant & affligunt, ut psal. ij. & vj. dictum
est. Hunc contemptum pœnarum passim tribuit impijs scriptura. Amos. ix.
In gladio morientur omnes peccatores populi mei, qui dicunt, non appropin
quabit & non ueniet super nos malum. Isaiæ. xxviij. Dixistis, percussimus fœ
dus cum morte, & cum inferno fecimus pactum: Flagellum inundans cum
transierit, non ueniet super nos. Micheæ. ij. Ne loquamini dicunt, non stilla
bit super iustos, non comprehendet confusio, dicit domus Iacob. Ita uerbum
hoc loco omnino significat, non modo loqui, sed cum fiducia & despectu lo-
qui, sicut solet dominus & superior. Sic potest illud Prouerb. xiiij. nunc intelli
gi: Profert mendacium testis dolosus, id est, cum fiducia & despectu loquitur
mendacium, non metuens pœnam mendacij. Sed & uersus sequens indicat
hanc esse huius partis sententiam, dicens,

Dixit enim

Dixit enim in corde suo, non mouebor a generatione in gene/
rationem sine malo.

Ecce cõemptorem tribulationis futuræ, iudiciorumq; dei. Interpres, hebræ
um non exprimens, cõtrarium sensum edidit, quem textus non habet: Sonat
enim quasi impius ꝓponat semper malum facere, cum uelit nullo se unq; ma
lo moueri. Quare & distinctionem & hebræum sensum, sic reddamus ad uer/
bum: Dixit in corde suo nõ mouebor in generatione & generationem, quod
non in malo. Sic & Hieronymus, licet aliter distinguens. Dixit in corde suo,
non mouebor a generatione in generationem, ero sine malo. Adñciens uer/
bum substantiuum, ero, quod hebræis subauditur. Est ergo sensus apertus, ꝙ
impius in tribulationes sibi denunciatas contemptim loquitur, dicens: Non
mouebor inæternum, eroq; sine malo per omnes generationes. Estq; eadem
sententia utriusq; partis uersus per tautologiam. Est & idiotismus hebraicus in
uerbo mouebor. Vt psal. xiiij. Qui facit hæc, non mouebitur inæternũ. Et psal.
cxxiij. Qui confidit in domino sicut mons Zion, non commouebitur inæ/
ternum. Subindicatur enim pauor ille, fugaq; conscientiæ. De quo Isa. xxviij.
Qui crediderit, non festinabit, seu, non confundetur, non perturbabitur. Et
psal. j. Non sic impij, sed tanq; puluis, quem proꝓcit uentus.

Cuius maledictione os plenum est & amaritudine & dolor, sub
lingua eius labor & dolor.

Hieronymus sic: Maledictione os eius plenum est & dolis & auaritia, sub
lingua eius dolor & iniquitas. Primum errasse interpretem nostrũ in nomine
עברמות amaritudine, perspicuũ est ex hebræa lingua: propriecq; pro eo Hiero.
reddidit: Et dolis. Sic enim psal. xxiij. quoq; trãslatum est: Nec iurauit in dolo
proximo suo. Cum amaritudinis uocabulum nõ habeat, Mem, substantialem
literam, sicut istud, Quod noster dolum, Hiero. auaritiam posuit, usuram alias
reddunt, psal. lxxj. Ex usura & iniquitate redimet animas eorum. Et ambæ di
ctiones psal. liij. sic redduntur: Et nõ defecit de plateis eius usura & dolus.
Scio uarie hunc uersum tractatum & tamen obscurissimum relictum. Id mi
hi persuadeo, dum oris & linguæ officiũ arguit, eum de operarijs uerbi, hoc est
de sacerdotibus, pontificibus, doctoribus & ministris uerbi in populo loqui:
Proinde non posse intelligi de his, qui maledictis priuatim & conuicijs insa/
niunt: Sed de maledictione quæ in docendo contingit & populo nocet sub
specie benedictionis. Quando enim uere uerbum dei prædicatur, gratia & be
nedictio prædicatur. Sicut Ro. j. Euangelium uirtus dei est in salutem omni
credenti. Quæ benedictio olim Abrahæ promissa est Genesis. xij. Quamuis
autem psal. v. huius uersus sentẽtiam abũde tractauerim, ubi dicitur: Qm̃ non
est in ore eorum ueritas &c. tamen quia tam potens monstrum est ad nocen/
dum, doctor impius, dignum est sapius ipsum tractari.
Primum sicut cætera omnia, ita & hunc uersum uehementi spiritu loquitur *in impios doctores.*
appellans maledictionem & execrationem doctrinam eorum, quam ipsi be/
nedictionem esse populo persuadent. De quibus Apostolus Ro. ultimo. Qui
per dulces sermones & benedictiones corda seducunt innocentum. Isaiæ. iij.
Populo meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt. Sed & Apostolus ad
Timotheum prædixit futuros magistros pruritentes auribus. Has itaq; blandi

loquas prædicationes (sicut reuera sūt) appellat maledictiones. Sic & Malach. ij. Maledicam benedictionibus uestris. Deinde quanti spiritus uox est, quæ dicit: Os eius plenum est: Mitius erat, si os eius loqueretur maledictionem, nunc plenum est, aliud non loquitur, nisi unde maledicatur a deo populus. Moueret & meipsum hic uersus, ut psalmum de Antichristo intelligerem, qui

Magnates Ecclesiarum ad monendi.

uiderem hodie ex humanis Decretis & terrena Philosophia Magnates Ecclesiarum & electiores Israel eadem impietate impeditos, non aliud agere quam subter scamnum (ut uocāt) posito. Nam si mihi Ecclesiasticorum & dominationum in Ecclesia administratio hodierna esset oratione propria, apta, commoda, plena, perfectaq; differenda, hunc psalmum recitarem. Quando eo deuenit etiam impudēs nostri seculi impietas, ut si quæras: Cur nolint audire Euangelium, respondeant, fabam hanc in se cudi, multum de censu & tyrannide periturum, tum multas iniquissimas leges tolli, &, q. d. maxime omnium sit horrendum, Ecclesiam & Ecclesiasticos oportere reformari, ubi positis pompa, fastu, regnis & mundi negotijs, ministerio uerbi & orationi instandum sit, & Apostolorum exemplo in penuria & periculo uitæ pro ueritate uiuendum. Quod ne fiat, potius omnia prædicemus, siue hinc populorum animæ maledictionem capiant, siue quid peius. Ita fit, ut ego quidem Antichristum uenisse non ausim dicere, negare tamen non possim ea quæ geruntur omnia referre pleniſſime Antichristum. Mouetq; me non parum, sanctos ferme omnes & præcessores nostros uno cōsensu, uelut spiritu sancto magistro, hūc psalmum Antichristo dedisse, quem tamen, nisi uelimus sensum negare, nō possumus non fateri, hodie impletum esse usq; ad minimum apicem & iota.

Euangelium quare tædio audiatur nostro tempore.

Antichristum uenisse probabile.

Amaritudine & dolo, seu rectius dolis & auaritia, seu usura & fraude. Dixi mus psalmo. v. impios Doctores ita docere, ut populum fallant, & dolose agere, tantum, ut uentri suo satisfaciant. Sicut & Paulus dicit: Existimantes quæstum pietatem esse. Et iterum Ro. ultimo: Hi enim uentri suo seruiūt, quorum guttur est sepulchrum patens. Voluit forte spiritus sanctus dicere, simoniam, sed præuidit acutissimos glossatores futuros, qui simoniam esse de iure humano inuenirent: Ideo auaritiam, seu fraudem, seu usuram potius dixit, quæ sunt iuris diuini, quod non possunt negare. Qui hæc non intelligit, Decreta, Decretales, Rabothenu distinctiones obseruet. In quibus præter auaritiam, dolum, tyrannidem, uix aliud spirare ipsi fatentur. Hoc enim exemplo uersum hunc intelligemus facilius, cum sit præsens & ob oculos positū. Non reiecerim uocabulum, Amaritudinis, tanto tempore & usu receptum, nō sine dei uoluntate, q. hæc blandiloquentia & humana traditio, quantum palpat & placet carnis sensui, tantum amaricabit postea cōscientiam, ubi ignorato Christo, cœperint iudicari sc. d'm opera sua.

Laborem & dolorem (id est, Auen & Amal) psal. vij. tractauimus, q. Auen proprie dolorem, quod hic laborem, & Amal laborem, quod dolorem transfulit, significet: Optime doctrinas hominum has commēdat. Quid enim ex his omnibus homo habet, nisi inquietam, miseram, excarnificatamq; conscientiam? Vere & proprie sub lingua horum, dolor & labor. At tales heu innumerabiles facti sunt ex Iuribus, & Theologia ista scholastica, per hos trecentos annos. Sic enim exempli uice loquimur, sic fieri potest, ut Antichristus alius futurus sit, & peiora faciat. Et recte, ut quantum foris titillantur impietatis doctrina, qua per opera hominum ad cœlum facilem aditum sibi parant, tantum

Doctrinæ hominum.

tantum instus, uacui fide, uexentur studio infelici bene uiuendi, sudentq; mul
tum & frustra laborent, ut cum sua generatione (Sap. v.) lassentur in uia per
ditionis & iniquitatis, & ambulent uias difficiles: Et (ut psal. xiij. dicetur) uiam
pacis non cognoscant, & sit contritio & infelicitas in uijs eorum: Et (ut supra
dixit) Parturiant uiæ eius. Iste est populus Amon, populus mœroris, qui natus
est ex abusu patris sui, id est, doctrina æbria & depravata legis, quæ cum testifi
cetur iusticiã dei, quę est ex fide Christi, ipsi eam humanis opinionibus aptant
ad iusticiam suam, & in liberum arbitrium reponunt.

Vide ergo quid sit docere populum est, supra psal. v. dixit: Quoniam non est in orè *Docere pœ*
Maledictione os eius plenum est, supra psal. v. dixit: Quoniam non est in orè *pulum sine*
eorum ueritas, seu rectum & bonum. Et quod hic, dolis, seu amaritudine, illic, *Christo.*
interiora eorum insidiæ, seu cor eorum uanum est. Et hic, auaritia, seu usura,
seu dolo, illic, Sepulchrum patens est guttur eorum. Hic sub lingua eius, labor
& dolor, illic, Linguam suam leuificãt, seu linguis suis dolose agebant. Nam
hic non frustra, sub lingua dicit, ostendens q̃ super linguam, seu in specie, ubi
sentitur, bonus uidetur sermo in oculis eorum, sic enim blanda & læuis est lin
gua, sed subtus & in re ipsa, labor & dolor. Adeo hic uersus cum illo uersu per
omnia conuenit, sed, & uehementia spiritus nõ impar est utrinq;, ut ostensum
est in pondere, & ui uerborum utriusq; psalmi.

Sedet in insidijs cũ diuitibus, in occultis, ut interficiat innocentem;

Oculi eius in pauperem respiciunt.

Hiero. sic: Sedet insidians iuxta uestibula, in occultis interficit innocẽtem;
oculi eius robustos circunspiciunt. Proinde mirum, quo spiritu, interpres no
ster, cum diuitibus dixerit, cum nec in hebræo sit præpositio, cum, neq;, iuxta,
neq;, ut. Et dictio חצרים hazerim simpliciter posita sit, quæ uillam, uel atrium
significat autore Reuchlin. Quod & Hiero. indicat, trãsferens uestibula. An
forte q̃ diuitũ atria seu uestibula solent frequentẽ populorum turba obsideri?
aut q̃ atria & uestibula ꝓprie diuitum sunt? Rursus, nec satis placet, q̃ Hiero.
robustos, ꝓ paupere trãstulit. Sepositis interim, quæ alij hoc loco tradiderunt,
afferam spiritum meum. Videtur mihi Propheta prosequi describendo, perdi
tum studium & mores impiorum, quos in docẽdo habent. Dixerat enim uer
su præcedente, quæ sit & cuius fructus, doctrina eorum, scilicet, maledictio,
auaritia, dolus, mœror & labor. Iam hoc uersu describit, quomodo se habeant
aduersus pios magistros, sibi cõtraria docentes. Oportet enim doctorem, non *Impij magi*
modo sua docere, sed etiam aliena confutare, quod impij strenue conantur & *stri quõ se ha*
implent. Verũ ubi id ratione & ueritate non possunt (sicut uere non possunt) *beant aduer*
ad ultimum suæ uirtutis cõuertuntur, scilicet, ad uim & astum, ut prohibeant, *sus pios.*
ne quis contra dicat, aut aliud doceat: Deinde, si quis contradixerit, interfici- *Colonienses,*
ant, nulla alia causa, nisi, q̃ contra prohibitum docuerit: Tandem adhibeant *Louanienses,*
ubiq; qui obseruẽt huiusmodi docẽtes, ut eos tradãt, ac sic per uim Euãgelium *magistri pala*
Christi extinguant, & solius hois regnet doctrina. Qz̃ pulchre possem huius *tij, Thomistæ*
exemplum præsentissimum adducere, nisi metuerem eos nõ nisi peiores ueri
tate fieri. Et certe (ut de Turco taceã interim) si nostri prauitatis inquisitores &
humanæ scripturæ interpretes, hũc uersum nõ iã diu impleuerũt, aut implent,
sortiter tamen Antichristo præludunt, & exemplo suo nobis sensum eius cla
rum reddunt, quod cum bona uenia eorum dixerim.

Habere nos illum Antichristũ ipsissimũ quis dubitat?

Primum Antichristus soli sibi ius interpretandæ scripturæ arrogabit, sicut Turca cœpit, & omnium aliorum sensum coget suo submitti, quin dubitat non uolet suam uocem esse Christi uocem, cui non liceat dicere: Cur ita facis? etiam si sexcentis Apostolis contra pugnes. Et hanc eius impietatem fouebunt plurimi, & præsertim ij qui aliquid sunt in hac uita: Nempe Magnates, Doctores, religiosi. Non enim aperte tollet Euangelium, sed subdola hac arte & occulte operãte ui. Vnde beatus Augustinus dicit in hoc loco, primam Ecclesiæ persecutionem fuisse uiolentam per mundi principes. Secundam fraudulentam, per hæreticos. Tertiam fore uiolentam & fraudulentam simul, ubi scilicet, temporalis & spiritualis potestas, in unum conuenient aduersus dñm & Christum eius. Hoc est, quod dicit: Sedet in insidijs, id est, doctor est insidiosus & pestilens. Sicut psalmo. j. In sessione illusorum non sedit. Non enim Christum docet, sed hoc insidiosissime & omnibus artibus agit, ut ipse solus sedeat, ipsum solum omnes audiant, magisterium omnium sibi soli uindicet, arbiter fiat omnium quæ in Ecclesia docẽtur, damnaturus & probaturus quæcunq; placuerint, maxime quæ contra, & pro tyrannide sua ualuerint, nam cætera non magnopere curabit.

Vis & potentia cum doctrina humana.

Hanc autem insidiosam autoritatem docendi, ui & potentia stabiliet, alioquin fraudulentia non diu persisteret, nisi uiolentia muniretur, si liberum relinqueretur bonis hominibus de eius autoritate & doctrina iudicare, disputare, dubitare. Quare ut uice articulorum fidei eius sententia (qualis, qualis sit) dominetur, hanc sessionem insidiosam in atrijs iuxta uestibula, seu (ut nostrum interpretem non infeliciter in uocabulo fecit errare spiritus sanctus) cum diuitibus, in propatulo, publico mundi theatro firmabit. Quid enim uoluit, non

Atria diuitũ.

atrium, sed atria pluraliter dicere, seu uestibula, nisi q̃ in omnibus Ecclesijs, scholis, uniuersitatibus, consistorijs & omnino in omnibus locis, ubi, uel res

Romæ artis.

diuinæ fiunt, aut uerbum ministratur, aut hominum causæ aguntur, huius sessio, autoritas, doctrina, mandatum, approbetur, roboretur & adoretur, non a rudi tantũ uulgo, sed a potentibus, diuitibus, sapientibus, sacerdotibus? Atria enim, seu uestibula in scripturis certe locum significant externum, in quo populi cõuenire possunt, ab adytis & altaribus, & sacerdotum choro, separatum, ut in Exodo & alijs locis patet.

Ego siquid auderem in lingua hebræa, sic transferrem hanc partem uersus: Sedet in insidijs atriorum. Cum Hazerim absolute sine titulo, aut ullo consignificatiuo ponat, ut sit sensus: Atria quæ sunt arte & insidijs occupata, seu ad insidias & fraudes eius explendas parata, erunt eius cathedra & in omnibus ipse solus magister erit. Siquidem, sedere, psal. j. diximus id esse, quod magistrum seu doctorem esse. Nam per hæc atria suam autoritatem insidiosissime

Argumentum a multitudie, magnitudine, longitudine, rebus fidei.

stabiliet. Quis enim audeat contradicere omnibus Ecclesijs, scholis, iudicijs: cum sit speciosissimum argumentum a multitudine, magnitudine hominum & lõgitudine temporum, quo uel solo satis insidiarũ habebit, ut secure sedeat & dominetur. Quod si quis per insidias atriorum intelligat insidias diuitum (ij enim atria habent & amplas possessiones) forte non inepte nostrum interpretem tuebitur, qui uideat loqui de Ecclesiarũ & põtificum diuitijs, pompa, quibus impius ille sedem insidiosam firmabit.

Deinde: In occultis interficiet innocentem (id est, suo iudicio hæreticum, schismaticum, rebellem, inobedientem, seditiosum, piarum aurium offensiuum quia

utem quia ueritatem Euangelij professus est, cum crimine lesæ maiestatis, & ir
reuerentia sedis Antichristi) interficiat autem in occultis: Nam nec uiolenter
stabilita fraus satis tuta est a luce Euangelicæ ueritatis, si passa fuerit eam cor/
dibus hominum insinuari. Ideo sic occidēdus est innocens, ut causæ suæ iusti/
cia non reueleur, nec conuincendus autoritate uerbi dei, sed autoritate sedis Ioannes Bap-
infidiosæ atriorum. Sicut Ioannes baptista in carcere, sua corporali morte præ/ tista in car-
figuratus, ita uox Euangelij in occultis, non cognita causa nec reddita ratione cere occisus.
obtruncatur, & prædicator eius interficiatur, aut etiam comburatur. Quid enim Et Ioannes
est aliud, in occultis occidere, sicut quidem Martyres occisi sunt: Nempe Ger/ Hus.
manius, & Prothasius, & sine causa, aut falsa causa occidere, dum timetur tumul
tus in populo, si rei ueritas prodatur? Sicut enim de occiso occulte dicitur: ne/
scitur ubi, & quo modo perierit, ita, & de inique occisis idem potest dici. Verū
spiritus in occultis dicit, quantū est in oculis piorum hominum, id est, illorū,
quibus causa ignota est in qua pereunt innocentes. Cæterum impius in sua ty
rannide obstinatus, satis apertam iactat esse causam, quod sibi contradictū est.
Ideo nemo audet dicere, in occultis aliquē esse occisum ab eo, sed in luce aper/
tæ ueritatis omnia ab illo gesta. Ex his occultis Germanice prouerbio dicitur;
Es geth vnder dem hüdlin zů/ ut intelligas occulta hoc loco nō corporum,
aut rerum, sed artis, causarum, iudiciorum, quibus nōn sensus carnis, sed intel
lectus fallitur. **Das man eynem eyn nasen macht**/ ubi causa externe prætexi
tur, & intus in occulto nulla causa est. Hæc portēta, an solus Turca hodie ope/
retur, prudenti lectori relinquo.

Tertio: Oculi eius in pauperem respiciūt. Adeo scilicet meticulosa est frau/
dulentia, ut etiam pauperē metuat, licet ipsa cum diuitibus sedeat, & omnibus
potentibus stabiliatur. Quod conscientia malæ fidei, ueritatis gratiam, & uim
non ignoret, quæ ēpprimum reuelata fuerit, omniū animos in se rapit, & frau/ Inquisitores
dem nudam, & ignominiosam relinquit. Ideo tyrannidi Antichristianæ nō Hæretici prę
satis est se potentia regum, principum, sapientum, doctorum, sancticulorum, uitatis exem-
diuitum, stabiliuisse: Non sufficit innocentes occidisse, sed statio Philistino/ plo sunt.
rum ponenda, & uigiliæ, excubiæ; passim locandæ, quæ sic obseruent paupe/
rem, ne quid mutiat, & denuo negotium faciat sedi insidiosorum atriorum.
Ac sic imitatur uniuersitatum ritus, in quibus iuratur, ne quis dogmatisset,
quod sit contra sacro sanctam Ecclesiam, & articulos quosdam hominum,
quos pro oculis Ecclesiæ haberi conuenit, & non pro auribus Christi, dum
ubique ad Euangelium surdi, tam acute obseruant, quid contra opiniones
statuta; hominum prodierit, ut Christus, qui ianuas clausas penetrauit,
tamen aciem oculorum istorum euadere non possit, quin in multis inuenia/ Hæreticus
tur Hæreticus, & aduersus Sedem sanctam locutus. Vnde uerbum respici/ Christus.
unt, non simplicem respectum significat, sed eum qui fit cum obseruatione,
& diligentia, quo modo speculatores obseruant, & respiciunt, ne quid
moliantur hostes. Inde speculator quem Græci Episcopum uocant, Ezech.
iij. Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel. Quæ uerbi Empha/
sis, impiæ tyrannidis meticulositatem hoc loco indicat. Nec minus no/
men, Oculi eius, & pauperem, quod tota cura, scilicet intentus sit, & oculis
(qui præ cæteris membris ualent) obseruet, ne aliunde periculum suum
erumpat.

Insidiatur in abscondito, sicut leo in spelunca sua: insidiatur ut ra-
piat pauperem: Rapere pauperem dum attrahit eum.

Hæc omnia unus uersus in hebræo, quæ apud nos tribus uersibus at-
stributa sunt. Soloecismus iste, Rapere pauperem, satis a multis taxatus est,
cum dicendum fuerit, Rapiet pauperem. Satis autem facilis est intellectus ex
præcedentibus tribus uirtutibus tyrannicis, uersu iam dicto expositis.

Exponit enim, quid faciant oculi eius, dum respiciunt pauperem. Nempe sicut leo auidus rapiendi & deuorandi in cubili suo obseruat occasionem,

Euãgelij præcones periclitantur.

si qua bestia imprudens occurrat, & sua securitate in manus eius ruat: Ita Antichristi tempore erunt, qui non modo prohibeant pauperem mutire Euangelium: Sed sic eum obseruabunt, ut si quid, uel imprudenter dixerit, aut fecerit, quod uel ui, uel astu queant torquere, & uiolenter interpretari in eum sensum, qui sit cõtra sanctam sedem bestiæ illius, mox, more nostrorum, clament ad ignem, quem is qui dixerit, aut nunc̃ cogitauit, aut nunc̃ uoluit proferre: immo si quid, uel cautissime dixerit, ut non possit timere periculum, tamẽ illorum officium erit, rectissime dicta calumniari, cum Iudæis Christum capere in sermone, & in syllabis innoxijs uenenum inuenire, Sicut Aranеus in rosa.

Hoc autem facient non stulto consilio, ut qui compertum habeant, & experientia doceantur, regnum tyrannidis, parum tutum felixq; cõsistere, si eos duntaxat perdant, qui, uel uera causa conuicti, uel simulata suspecti, traduci possunt. Sed oportet in exemplum & terrorem omnium aliorum, etiam eos uexari, qui simpliciter & quiete incesserunt, nihil minus timentes, q̃ in has aliquando simplegadas rapi, ut sic nullus sit, qui tyrannum non metuat, etiam optima conscientia fretus, & omnis consilij contra tyrannum ignarus.

Optima conscientia fretus nihilominus tyrannidẽ timeat.

Sic Micheæ .ij. Eos qui transibant simpliciter conuertistis in bellum. Eo consilio fiet, ut non modo nemo pauperum audeat mutire, aut uelle mutire, pro Euangelio, sed securitas parabitur tyrannidi, ut quicquid docere, statuere, mutare, remutareue uoluerint, pro suis tum opinionibus, tum affectibus, omnes necesse sit tanc̃ Christi uocem sub nomine Christi acceptare. Deinde etiam ea causa sic grassabũtur, ne ociosum sit officium eorum, & parum gloriæ apud homines obtineat: tum si ocio rubigineq; pereat, metuendum ne in futura uita priuetur aureola doctoribus, & tutoribus ueritatis merito condigni debita: Quod ne contingat, curandum, ut uel innocentissimos excarnificent pro sancta ueritate.

Ne frustra inquisitores.

Vide nunc quid sit insidiari illos in abscondito, sicut leo in spelunca, ut rapiant pauperem: Nempe animo perdendi occasionem obseruare ut rapiant pauperem, ut in eo uerbo aut opere eum capiant & damnẽt, quod sibi ignotum penitusq; occultum fuit, esse damnabile. Diximus enim occultum hoc loco esse, quod arte & ingenio occultatur, dum aliud prætexitur, quo accusetur pauper, & aliud intus reuera est, quo accusari non possit, immo quo laudari debuit, seu, ut Christus dicit: Qui odiunt lucem: & Apostolus, In hypocrisi loquentes mendacium. De quo plura in sequentibus psalmis. Sed furor leoninus ad tyrannidem roborandam paratus, *his ar-*

tibus rapi-

tibus rapiendi opus habet. Itaque tempore Antichristi nemo tutus erit in pu-
blico, nec audebit Christum profiteri, sicut nec hodie ante faciem Hæreticæ
prauitatis. Atque id forte est, quod toties prædictum est uisionibus & Prophe- Fugiẽdũ erit
tijs, fugituros esse Christianos in spelũcas petrarum, & deserta syluarũ. Quis ad spelũcas &
enim tutus erit, quãdo hi periclitabuntur, qui nec cogitãt aduersus Antichri- facie leonis.
stum loqui, & quod forte imprudẽter, & ignoranter effuderunt, cogunt, ne-
gato Christo, reuocare, & sedem sanctam insidiarũ in atrijs suis adorare. De-
inde satis indicat, Principes, Reges, Sacerdotes, Religiosos, & quicquid erit
alicuius nominis a parte Antichristi staturos, dum non nisi pauperem & op-
pressum memorat ista passurum. Nec esset magna, nec digna Antichristo de-
ceptio atque tyrannis, si non nobiliorem, & meliorẽ partẽ Ecclesiæ in sua stu-
dia seductam haberet. Regnabit enim in Babylone, ipsaq; Roma, & oĩa ua-
sa desyderabilia, regem, & reginam, & eunuchos, pueros regios, in suam capti Captiuitas
uitatem ducet: Sicut figurat captiuitas Babylonica Israelis. Babylonica.
Id quod sequitur: Rapiet pauperem dum attrahit eum in rhete suum, expli-
candi gratia dictum uidet, ne quis pauperem rapi intelligeret aliter q̃ dictum
est. Hoc est, captabunt eum in sermone, si non poterunt inuenire quo eũ ma-
nifeste contra sedem sanctam Antichristi dixisse probent. Non enim de cor-
porali captione hic loquitur, quam uersus sequens tractabit, sed de spirituali
(ut dixi) quam per insidias in abscondito parauerũt. Et has insidias, rhete, seu Satis exẽplo
laqueum, uocat. Exemplis ista probaremus pulchre, nisi nostro seculo per se rũ obuiũ est,
abundarent.

Humiliabit eum, inclinabit se, & cadet cum dominatus fuerit pauperum.

Et distinctionis & interpretationis confusio fecit, ut hunc uersum passim
de casu Antichristi intelligant. Verum Hieronymus sic reddit: Et confractum
subijciet, & irruet uiribus suis ualenter. Nec male reddidit interpres priorem
partem, si omittantur pronomina, eum, & se, quæ non sunt in hebræo, inter-
ponaturq; coniunctio, &, (licet propter idiotismum non sit in hebræo) inter
utrunque uerbum sic: Humiliabit, & inclinabit, scilicet pauperem. Significat
enim רבח prius uerbum conterere, confringere, conquassare: posterius רשח
inclinare, incuruare, humiliare, ut Reuchlin dicit. Altera pars hebraice sic: Et
cadẽt in fortitudinibus suis in pauperes. Quem sensum pene reddidit inter-
pres, q̃ cadere in fortitudinibus, seu irruere in uiribus, sit prævalere, & domi-
nari: nisi q̃ pro pauperibus, Ioannes Reuchlin putat, dictione composita dici
congregationem dolentiũ, & oppressorum. Vbi Hieronymus aduerbiũ, ua-
lenter posuit, Sicut supra in simili dictione pro pauperibus, robustos trãstulit.
Sed ad aliud forte respexit uocabulum.

Est itaq; sensus, ubi Antichristus & excubitores eius, pauperem traxerint in
rhete suũ, & in sermone ceperint, hic nulla misericordia, prius, leuiusq; sit pec
catũ, negasse deũ, & opa & uerba eius, q̃ hãc sedẽ insidiarũ lacessisse: Hic cõte
rit, & ad nihilũ redigit paup: Hic irruit oĩbus uiribus in pp̃m oppressum. Ad
hãc Antichristi insaniã, q̃cq̃d sit de Turca, iã diu puenerũt uirtualis, & repræ-

sentatiuæ Ecclesiæ satellites, & adulatores, siquidem peccata in deum perpetrata rident, & pro peccatis iam non habent, tãtum abest, ut in ea irruant, aut hic obseruent, ut hic uel millesimam officij sui, aut uirium suarum partem impendant. Cæterũ ubi dubites de statutis eius, & an sit mixtus deus & homo, an dominus terrenus mundi, hic si syllaba, uel imprudens, labaris, tractare, auxilium etiam brachij secularis, & totius mũdi uires inuocantur, tanti negocij est Sedem tyrannicam tueri, ut mihi propheta his uerbis: Irruet uiribus fulminibus latæ sententiæ cum tot maledictionibus, ut uix sufficias perlegere, in rhete contereris, & irruent in te omnibus uiribus, non contenti gladio & fuis, uideatur hanc nostrorum tyrannidem, uel pro Antichristo, uel in Antichristo expressisse. Contra quã, cum uideamus oẽs ea tantum quæ sua sunt perditissimis studijs quærere, & ea quæ dei sunt cõtemptissime negligere, nõ tamen audemus mutire.

Tyrannis põ tificum.

Igitur: Humiliabit, & inclinabit, non de persona Antichristi intelligitur, sed de opere eius tyrannico in pauperes. Sicut & illud: Cadet cum domi natus fuerit, æque uim eius significat. Nam ab hac uiolentia irruẽdi appellatur Gygantes, Genesis. vj. נפלים Niphlim, id est, cadentes, seu irruentes. Quia (inquit) erant uiri potentes in mundo, & famosi (hoc est, tyranni) qui irruerunt, & oppresserunt ui propria pauperes. Sicut & de Nimbroth Genesis. x. dicitur: Iste cœpit esse potens (id est, uiolentus) in terra, & robustus uenator coram domino.

Dixit enim in corde suo, oblitus est deus, auertit faciem suam, ne uideat in finem.

Iterum non hoc dicunt impij (ut aliqui putant) quod arbitrentur deum non esse uindicem malorum, aut res hominum non curare, cum sub nomine domini omnia perpetrent. Sicut Christus Matthei. xxiiij. prædixit: Multi uenient in nomine meo: sed quod tam securi sint, adeoq; sine timore dei, ut deũ arbitrentur oblitum esse pauperum, & pro se, contra pauperes stare, ut uersus sequens indicat, dicens: Ne obliuiscaris pauperum. Nec solum oblitum, sed etiam abscondisse, & auertisse ab eis faciem, ut nunquam in æternum sit respecturus ad eos. Quanquam sint reuera hodie quamplurimi, qui non credũt animam immortalem, & retributionem futuri iudicij. Hanc insignem obstinationem, & induratam præsumptionem impiorum hoc uersu arguit, Qua pios ad blasphemiæ spiritum prouocant. Sicut Christo in cruce dixerunt: Si filius dei est, liberet eum, si uult. Non enim satis habent pios perdidisse, insuper blasphemantes, & insultantes diuini auxilij desperationem obijciunt, aut saltem præsumũt. De quo psalmo. iij. latius. Atque hic finis & ultimum est, quod impij possunt, ideo nunc sequitur alia pars psalmi, in quo pro pijs contra impios orat, & prophetat, dicens:

Exurge domine deus & exaltetur manus tua, Ne obliuiscaris pauperum.

Dicunt impij te pauperum obliuisci: At tu exurge, & exalta potentiam tuam, qua

tuam, qua destruis ea quæ sunt, exaltas ea quæ non sunt & conuincantur im/
pietatis suæ. In qua re iam sæpe admonuimus nos doceri, ut uindicta posita, ac *Oratione no*
deo relicta, sola oratione quæramus iuuari, solius dei uirtute, de nostris uiri/ *bis bellandũ.*
bus desperantes. Tropum istum, leuare seu exaltare manum, notum arbitror
pro ostendere & exercere uirtutem. De quo psalmo. iiij. dictum est, quem de/
inceps sæpius habebimus, ut: Leua manus tuas in superbias eorum. Et Isaias
Ecce ego leuo manum meam ad gentes.

Credo autem, ut sicut psalmus præcedens fere simili materia tempora Mar/
tyrum, descripsit: Ita hunc psalmum describere tempora usq; ad finem mundi,
ut non modo Antichristum, sed & omnes impios in Ecclesia tyrannos post
tempora Martyrum & Doctorum in finem mundi grassantes tractet. Quales
Apostolus. ij. Timo. iij. prædixit homines habentes speciẽ pietatis & uirtutem
eius abnegantes, quos nemo sit correcturus aut reformaturus, nisi ille, qui ad
uenturus sit illustratione destructurus est impium. Interim proficiẽt impij in pe
ius semper usq; in finem. Proinde ergo uelut certus desperaui reformationem
generalem Ecclesiæ. Nam quantis quæso Conciliis, post tempora Martyrum,
& Doctorum, tentata est Ecclesiæ reformatio? Quid Constantiensi? Quid Ba *Mirabile di=*
silien si promotum est in hanc rem. Vt taceam istud nouissimi concilij ludibri/ *ctu.*
um? Quis est iste spiritus sanctus, qui legitima (ut iactant) Synodo coacta, ni/
hil curat Ecclesiæ suæ correctionem, sed tantum cerimoniis perdit omnes dies
Concilij? Ideo quod hic uersus inuocat dominum, ut exurgat & potentiam o/
stendat, ad diem extremi iudicij pertinere puto. Quod & sequentia iuuabunt:
ut non sit dubium nostro seculo, immo iam plusq; tribus seculis huius psalmi
rem pleno cursu geri & gestam esse.

Propter quod irritauit impius deum? Dixit enim in corde suo non requiret.

Scilicet blasphemia, seu insultatio maxime erit, ideo eamante omnia mouet
& accusat. Passiones enim, si in dei conscientia ferantur, non adeo graues
sunt, at ubi conscientia de deo auerso uexatur, iam importabiles sunt. Reddit
autem hoc uersu, ac refert illud, quod impius dixerat: Auertit faciem suam,
ne uideat unq̃: Sicut obliuionem dei præcedente uersu repulit. His enim uer/
sibus spiritualibus opus habemus exhortari, quando in tribulationibus con/
scientiam nostram blasphemia & desperatio uexant. Tunc enim consilio &
exemplo huius uersus, blasphemia regerenda & retorquẽda est in ipsum sug/
gerentem & in caput eius. Sicut & tradiderunt harum rerum usu edocti & pe/
riti. Nam reuera blasphemum est, dicere, deum obliuisci pauperum & auerte/
re faciem & non requirere, cum in se præceperit credi & sperari, in præcepto
primo, & inuocari nomen suum in secundo, & expectari opus suum in tertio.
Propter quid ergo irritat impius deum, tribuens ei obliuionem pauperum,
contra expressum eius uoluntatis præceptum?

Illud leuiculum, quod in heb. secunda persona dicitur: Non requires, nisi, q̃p
ardentior affectus eo commẽdatur & robustior exhortatio, aduersus spiritum
blasphemiæ, dum cũ fiducia ad deum sese cõuertit, accusans & detestãs diabo/
lum, iustificãs deum & mandata eius, beneuolentiã ita captans, & mouẽs inui
diam parti aduersæ, nõ q̃ deus his indigeat, ut moueatur, sed nos, ne in fide &
spe succumbamus, his artibus nos armemus & roboremus.

Vides,

Vides, quoniam tu laborem & dolorem consideras, ut tradas
in manus tuas. Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor.

Absolute dicit, Vides, pro erigenda fiducia aduersus impij blasphemias, si dicat: Tu es uidens & inspector omnium, non oblitus nostri nec auersus impius nobis intentat, ideo & consideras & attendis in laborem & dolorem adeo scilicet uides, ut etiam attente consideres, nedum auersus obliuiscaris. Laborem & dolorem plerique ad pauperes, Augustinus etiam ad deum refert. Meo spiritu, ad impium refero. Labor enī, hic Amal est, de quo supra: Sub lingua eius labor. Verum pro dolore hebræus furorem, habet. Sicut & Hieronymus reddidit. Et Augustinus, iram, in suo textu legit, id quod fecit eum dolore & ira dei cogitare. Igitur mea sententia, laborem uocat uanum & negotiosissimum insidiarum & doli studium, quo sua (ut diximus) parat: Dolorem autem, seu furorem, uim & impetum, quibus tyrannidem dolosam stabilit. Quasi dicat, spiritus: Tu attentissime consideras impij tam dolum q̄ uim, dolum in uerbis (ut Augustini uerbis utar) uim in imperio, quo in sanctos tumultuat & multo labore suas insidias tuetur. Est enim necessaria dolosis & insidiosis uiolentia, immo dolus tam impotens est, ut nō possit non furere & uim mouere si cœperit reuelari. Sic enim principes tenebrarum post q̄ mundum possideant diuturna idolatria per multam operationem erroris & dolum, uehementer succensi sunt & furere cœperunt in Apostolos & Martyres, qui dolum hunc detegere aggressi sunt. Sic facit omnis impius pro suo dolo tuendo, quemadmodum nostri quoque seculi exempla monstrant. Itaque ne pusillanimes nos reddat impiorum præsumptio, exhortatur nos spiritus, docens, q̄ non est abscōdita deo, impiorum tum fraus, tum uis, quacunq; arte in sanctos moliantur & furiant.

Necessaria dolosis uiolētia.

Ac sic considerat, non ut considerasse satis sit & inultus transeat impius: Sed ut tradas eos in manus tuas. Hieronymus aptius, ut detur in manu tua. Nam pronomen, eos, non esse in textu & de impio in singulari numero loquitur. Horrendum autem est incidere in manus dei uiuentis, ut Apostolus Heb. x. intonat, Quia hic non est qui eripiat, sicut psal. xlix. Intelligite hæc, qui obliuiscimini deum, ne quando rapiat & non sit, qui eripiat. Eodē tropo & psal. xx. dicitur: Inueniatur manus tua inimicis tuis. Et sumptū uidetur ex lege Mosi & alijs ueteris instrumenti libris, in quibus sæpissime legimus, hostes tradi in manus filiorum Israel, & rursus Israel in manus hostium, quoties uindictam sumptam, aut sumendam legimus. Quare & hoc tradi in manus dei, est deo uindicante puniri, qui punit æterna uindicta. Quo intelligimus id quod dixi, prophetam loqui hoc psalmo de his, qui extremo iudicio apprehendentur in fine mundi, post q̄ impietas eorum prævaluerit per orbem, indesperatam usq; emendationem. Nam corrigibiles non tradit in manus suas, sed (ut psal. lxxxviij. dicitur) uisitat in uirga iniquitates eorum, & in uerberibus hominum peccata eorum. De quibus nunc dicit.

Tradi in manus dei.

Tibi derelictus est pauper. Vbi iterum Hieronymus transfert, robustus. Inter multa uocabula, quibus lingua sancta pauperes appellat (adeo conuenit sanctitati & paupertati) tria hoc psalmo ponuntur אביון Aebion, quod simpliciter pauperem significat עני, Aeni quod magis dolentem, ac afflictum, & חלמה hælecha, quod oppressum & uim passum proprie significat. Præter

hæc sunt,

hæc sunt דך dach, quod psalmo præcedente ponitur: Et factus est dominus re
fugium dach, id est pauperi. Item דל dal & רש rasch, & מסכן mischen. Quo
rum omnium differentias dare, forte non est opus, nec huius loci. Hebræi au
tem pulchre id possunt, obseruata Etymologia, dach enim a cõtritione & con
fractione. Dal, ab attenuatione & exiccatione, Aeni, ab afflictione & mœrore
cordis, Aebion, a uolendo seu desiderando, ut cui desit, quod cupit, Mischen
ab apothecis & prõptarijs, quod sine eis sit, Rasch, a pereundo & ad miseriam
redigendo. Et isto psalmo peculiariter repetitum Helæchia, quod Hierony.
ab אל Hail, quod robur significat, robustum facit. Alij ab eodem hail, uel hel,
quod exercitum & cõgregationem, & בה Caph, quod mœrorem tristitiamq;
significat, compositum uolunt, uelut Ecclesiam tristantium & mœrentium
intelligentes: Quod mihi ualde placet, cum hic proprie loquatur de ijs, qui ab
impijs sub prætextu nominis domini uim & dolum patiũtur, ubi nomini do
mini resistere non licet, & tamen res proposita uehementer contristat, atq;
etiam occultis patiũtur. Quales fuerunt Apostoli in cœna domini, qui cum lu
dam non auderent reprehendere, eius tamen dolo per Christum indicato, cru
ciabãtur: Felicior enim erat Martyrũ & Doctorum cõditio, ubi contra Idola
& gẽtes & alienos pugnabant. Sed Antichristus nostris Episcopis & Eccle
siasticis rectoribus utetur, sicut in Hæreticis cœpit, quibus cũ in omnibus obe
diendum sit uice Christi, periculosissimum erit non obedisse, rursum idem pe
riculum obedisse, cum, & electi hic in errorem duci queant.

Antichristus grauior Eccle sia persecutor, q̃ Idolatræ.

Quare cum audimus pauperem soli deo relictum, sine dubio intelligere
debemus, contra eos staturos Magnates & utriusq; status rectores. Quæres
cũ sit popularis & in oculis uulgi magna, facile persuadebit, ut totus orbis ruat
in obsequium Antichristi, & argumentum ueritatis, non ex Euãgelio, sed ex
multitudine & opinione uulgi petant: Sicut & hodie aliqui faciunt.

Pauperũ illorum, unus est Lutherus.

Idem indicat, Orphano tu eris adiũtor. Nihil refert pupillo (sicut infra trans
fert) siue orphano dixerimus, eũ intelligit, q̃ sine patre est in terra, cuius pater
in cœlo est. Nemo itaq; Euangelistam tempore Antichristi tuebitur ex omni
bus hominibus, nisi solus deus. Horribilia hæc sunt ualde. Nam Episcopos &
Magnates Ecclesiarum non fore in numero pupillorum, quales hodie sunt in
curribus & equis & armis, facile quiuis intelligit, nisi redigerentur primum in
priscam sacerdotum & Episcoporum sortem, sed nec sic erit eos pro tempo
ralibus suis & patrimonijs Christi & sanctorum, secũm iura sua sacerrima, An
tichristo adhærere aduersus pauperem & orphanum.

Periculũ Euã gelistarum.

Contere brachium peccatoris & maligni: quæretur peccatum illi us, & non inuenietur.

Peccatorem & peccatum, pro impio & impietate dixit: ut Hieronymus re
ctius: Contere brachium impij & maligni, quæres & impietatem eius & non
inuenies. Hebræa distinctio talis esse uidetur: Contere brachium impij & ma
lignum quærens, impietatem eius non inuenies. Vt malignum in neutro ge
nere accipias pro malitia, & duo illa componas, brachium & malitiam impij,
non autem impium & malignum, illud conterendum, hanc requirendam, id
est, in iudicium uocandam, ut sit sensus: Vim & potẽtiam Antichristi destrue
& malitiam require, seu in iudicium uoca, ut dolus & nequitia eius reuele
tur & damnetur, quibus uelut instrumentis utitur sua impietas. Destructa
autem

Eximius hæ braice ueritatis antistes hic Lutherus.

Antichristi potentia de structur.

autem potentia & inquisita malitia eius, ac sic exuto eo, tam ui q̃ dolo, faciet, ut impietas eius penitus desinat, erit inermis impietas & ad nihilum reducta. Hoc est, quod dicit: Impietatem eius non inuenies, non, ut non sit, sed ut nihil possit: Eo tropo, quo Deutr. xxxij. dicitur: Et dixi, ubi nam sunt: cessare faciam ex omnibus memoriam. Et Isaiæ. xiiij. Quomodo cessauit exactor: quie uit tributum. Sic enim de perditis, & uulgo quæritur, & dicitur insultando: Vbi sunt: quo abierunt: Quare obseruanda sunt uerba aptissime posita. Brachium cõteritur, malignitas quæritur, & utrunq; tollitur, sed impietas manet, nisi quod ablatis his armis, ui & dolo, non inuenitur, hoc est, perditur cum impio. Hunc sensum mihi extorquet hebraica (ut dixi) distinctio, ad eundem tamen utrunq; duci potest & noster textus. Quæretur peccatum illius & non inuenietur, id est, insultabitur perdito impio, & quæretur a dicentibus: Vbi nam est, qui irruebat uiribus suis & ualebat dolis suis: Atq; hic quoq; uersus opus iudicij nouissimi, hoc psalmo cantari & inuocari demonstrat, q̃ in hoc tempore impij quidẽ conterentur & conuertuntur. At in illo, conteretur ipsa potentia & malignitas, cæterũ impius in impietate sua manet, nec inuenietur, quia tollet eum dominus.

Opus iudicij nouißimi.

Inquisitio malitiæ, eiusperditio est.

Et apte singula singulis tribuit, Contere brachium, Quære malitiam. Quia uis aperta est, iudicioq; inquisitionis non eget, iam iudicata est digna contritione. At fraus & dolus malignus, primum reuelãdus est, cuius ipsa inquisitio, perditio est: Dolus enim, q̃ primum cognitus fuerit, mox sine uiribus, ac iam non dolus est, sed sua ipsius ignominia: Potẽtia autem etiam si cognoscatur, non ideo desinit, immo cognita maxime ualet, ideo cõterẽda & frãgenda est. Et dolus in se ipso reuelato cõfundendus, tum dicetur ad nudum infirmatum confusumq; impium: Vbi nunc est, o impie misera tua impietas:

Dominus regnabit in æternum & in seculum seculi, peribitis gentes de terra illius.

Hieronymus & hebræus: Dominus rex seculi & æternitatis, perierunt gentes de terra eius. Est tñ inde sensus, quo exhortamur, ne dubitemus Christum esse regem inæternum, qui saluos nos faciat & impios perdat, quantumlibet impij contrarium, & sperent & opprobrent: Quod maxime circa finem mundi necessarium est nosse, qñ omnia per Antichristum, sic agentur, ut quicquid ipse contra pios tentauerit, autoritate, & nomine dei fieri uniuerso uulgo persuadebit (ut sat diximus). Proinde satis sumus præmoniti, abundeq; nobis est prædictum, ne statim amplectamur, quicquid sub autoritate Christi, Apostolorum eius Petri & Pauli, siue a sede Apostolica Romana, siue cuiuscunq; Episcopi prodierit promissum, uel comminatum, nec statim uerum, aut salutare credendum, quantumlibet multitudine, aut magnitudine sapientum & potentum accedente roboretur. Sed Euangelium Christi solum & unicum, pro iudice & duce spectemus. Iuxta illud Pauli: Omnia probate, quod bonum est tenete. Si enim discipuli Apostolorum, adhuc uiuentibus Apostolis, ausi, aut lapsi sunt, ut populum seducerent in suas opiniones, quid non timendum in eorum successoribus post mortem eorum, ac per tanta iam secula crescente pfidia & sapientia carnis: Recessit olim Edom sub rege Ioram, ne esset sub Iuda, quem tamen Isaac subiecerat Iacob longe ante. Quid mirum si figura impleatur in Ecclesia, ut mundus a Christo recedat: Verum si huc coneris,

Autoritati humanæ præferẽdũ est Christi Euangeliũ.

non diu

non diu Christianus Catholicusq; habeberis. Quare una interim consolatio Consolatio
tua erit, futuri iudicij dies & fides, qua credis dominum tuum regnare imper- Christiani.
petuum, & perituros esse tandem omnes impios: Nisi enim hac fide præstes
& huc spectes, præsentium rerum species, quæ est apud impios, cito te subuer
tet, falso scupulo & impietatis inani terriculamento, te læsæ maiestatis dei,
& hominum accusans.

De terra illius. Quæ nam illa, Nam cœlum cœli dño, terram autẽ dedit filijs Terra dei di
hominum? Vis & intentio in pronomine, Illius, forte spectãda est, ac si dicat: citur.
Vos impij sic agitis in terra, quasi essetis dij & domini eius soli, nec deum, nec
imperium eius respicitis, cum nõ uestra, sed illius sit terra & omnia, qui est rex
seculi & æternitatis: Quo regnante, scitote uos tandem perituros esse de hac
terra eius. Sic Iob. xij. Abundant tabernacula prædonum, audacter prouocant
deum, cũ ipse dederit omnia in manu eorum. Et Ezech. xxix. Ecce ego ad te
Pharao rex Aegypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum &
dicis: Meus est fluuius & ego feci me metipm &c. Ita & impij in terra sine dei
timore agunt, ac si ipsi sei ipsos fecissent & sua oĩa e Tent, cõtra quos ultimum
iudicium intẽtat, perituros esse de terra dei, quam sibi superbissima impietate
subiecerunt. Sic & Petrus. ij. Pe. ij. dicit cœlos & terram reposita igni reseruato
in diem perditionis impiorum hominũ, quasi cũ hoc uersu colludens.

Forte & gentes, Emphasim habet & quandam spiritus indignationem, aut Gentes in ter
Tapinosin, in hunc modum: Vos qui populus dei & electus Israel esse debui ra dei.
stis, nunc summo dedecore uestro in gentes degenerati, ac iam non populus,
sed hostes dei, peribitis. Hoc locutionis genere prædixit Moses Iudæis sæpis-
sime, q; essent cito perituri de terra, quam ingrederentur, si mandata dei non
custodirent. Quare & hic gentes in terra dei, oportet intelligi Christianos,
qui specie Christum confitentur, reuera autem gentes, factis enim negant,
terram eius indigne possidentes.

Desyderium pauperum exaudiuit dominus: præparationem cor-
dis eorum audiuit auris tua.

Hieronymus: Desyderium pauperum audisti domine, præparasti, ut cor eo-
rum audiat, seu attendat auris tua. Eadem dictio est desyderium, quæ in princi
pio psalmi posita est: Quoniam laudatur peccator in desyderijs animæ suæ:
ideo eodem modo exponẽda. Præparationem, nostra translatio tribuit cordi
pauperum: Hiero. & hebræus, deo. Vtrinq; autem significatur inæstimabilis Vtilißima
promptitudo dei ad exaudiendos pauperes, in hunc modum: Adeo paratus consolatio.
& promptus es exaudire, ut etiam anteq; clamẽt, sola desyderia cordis audias,
immo impatientior tu es moræ, ut audias, q; illi, ut clament, optasq; clamare,
ut locum habeas exaudiendi, adeo præuenit & parata est uoluntas tua exaudi
endi, desyderium eorum clamandi. Sic Isaiæ. lxv. Eritq; anteq; clament, ego ex
audiam, adhuc loquentibus illis (id est, nondum finito clamore, aut sermone)
audiam. Tunc inuocabis & dominus exaudiet, clamabis, & dicet: Ecce assum,
quia misericors sum dominus deus tuus.

Quibus uerbis, non modo sperare iubemur orantes, sed prouocamur etiam
ad orandum negligentes, dum nobis exauditorem tam paratum proponunt.
Et quanq; frigida sint hæc, dum extra locum & oportunitatem suam (id est, in
anima secura & satura) sonant, tamen animæ pauperum & afflictorum (ut hic

dicit) simul sunt summe necessaria & uehementissime consolatoria. Omnia enim tunc machinis impij blasphemicq; tyranni contraria simulantur & sentiuntur. Ideo longe ultra sensum & captum, in purissima fide rerum non apparentium, solumq; sperandarum, deinde præsentium contemnendarum, discuntur & intelliguntur. Sicut iam sæpe dixi, Psalterium esse gymnasium fidei & spiritus, ut qui sine fide legat, tenebras solum & gelu legat, sine luce, sine calore manens: Fides autem non nisi in passionibus uigeat, quanto acrioribus, tanto speciosior.

Vsus Psalterij cum fide.

Iudicare pupillo & humili, ut non apponat ultra magnificare se homo super terram.

Græcissantem interpretem, ubi iudicare, pro, ut iudices dixit, alij taxauere. Pupillum quoq; uocat, quem superius orphanum. Et humilis est, confractus ille Dach, quem superius psalmo. ix. pauperem, Hieronymus hic, oppressum uocat, ut intelligamus derelictum, & passionibus obrutum populum Christi. Hebræus sic distinguit: Ad iudicandum orphanum & pauperem, non addet ultra, seu in sempiternum, ad magnificandum homo de terra. Vbi uerbum addet uel apponat, absoluto statu mihi poni putatur, in hunc modū: Non addet, id est, non erit additio, non augebitur, sed hic sistet & finietur, nō erit hoc amplius, ut fortis & terribilis sit homo de terra. Habentq; uerba in hebræo, decorum & miram gratiam. Primum, homo dicitur אנוש Enosch, qui, ut psal. viij. diximus, miser, oblitus, & desperatus sua Etymologia dicitur: Cui componitur mira rerum Antithesi & repugnantia, Laarotz, id est, ad magnificandum: quasi rei indignitatem detestetur, q̄ Enos infelix tantum sibi arroget in hoc mundo, ut tyrannica uiolentia, magnus, fortis, terribilis & glorioſus aduersus pios haberi uelit. Deinde pulchra uocum allusio est, Magnificare, & de terra לערץ אנוש מן הארץ laarotz ænosch min haareth, magnam Antithesin includens, ut indignum sit hominem ultra hoc quod Enos est, de terra natus, & in terram reuersurus, in terra, & de terra sic superbire, quasi illud Ecclesiastici dicat: Quid superbis terra & cinis?

Est etiam uerbum Magnificare, æquiuocum hebræis, significans (ut Reuchlin ait) terreri, pauere, horrere: Sicut fortes & magni tyranni formidantur. Et ab eo tremore passiue significātur altera significatione terribiles illi & magni, superbi & fortes, ut non inepte queamus hunc uersum etiam sic uertere: Non erit ultra, ut formidet (scilicet pupillus & pauper) hominē de terra. Quo sensu Zach. Lucæ. j. loquitur: Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi: In sanctitate & iusticia coram illo, omnibus diebus nostris. Et utrunq; sensum & significatum in unum cogamus, sic intelligentes totum uersum: Ad hoc exaudisti domine cor eorum, ut iudices causam orphanorum & afflictorum: Et tandem finis sit tyrannis ipsis infelicibus hominibus superbiendi & magnificandi aduersus pauperes: Rursum pauperes aliquando liberati, te exauditore & iudice, deinceps non metuant, neq; terreantur, neq; opprimātur ab homine de terra. Ita uides psalmum hūc finem suum, in finem mundi & iudicij diem constituere.

Psalmus

PSALMVS DECIMVS,
hebræis undecimus, ad uictoriam Dauid.

IN DOMINO confido, quomodo dicitis animæ meæ, transmigra in montem sicut passer.

HVNC psalmum de Hæreticis sancti patres intellexerunt, & recte, modo hæreticos intelligamus omnes qui alienam a iusticia dei docẽt iusticiam, quales Iudæi & omnes operarij seu iusticiarij, quorum hodie Ecclesia referta est, ñ maxime qui hæreticos persequuntur. Nam primo uerbo, quo psalmum inchoat (In domino confido) satis euidenter indicat scopum psalmi, nempe se locuturum pro iusticia fidei, quæ est in deum, aduersus subdolos operum magistros, & blandam humanæ iusticiæ speciem. Itaq; nihil hoc psalmo de persecutionibus, sed omnia de fallacijs dicuntur. Quas Paulus Col. iij. copiose persequitur, inter alia dicens: Videte, ne quis uos seducat per Philosophiam & inanem fallaciam, secũdm traditionem hominum, secũdm elementa mundi, & non secũdm Christum &c. Sic autem tractat hos fallaces Magistros, ut eos incorrigibiles astruat, solius dei iudicio reseruatos, nec alia re cõsolari pios posse in hac causa, nisi iudicio iusto dei, interim exemplo Christi sinendos esse, ut cæci cæcos ducant, & iuxta Paulum, Proficiãt semper in peius, seducti & seducentes. Referẽdus tamen maxime est psalmus ad initium Ecclesiæ, quo spectant fere omnium Prophetarum oracula, in quo maximus (propter Christum) mundi tumultus excitatus est. Dicit itaq;.

In domino confido, Hoc est, hæc mea est iusticia, credidisse & sperasse in domino. Sicut Ro. j. Iustus ex fide sua uiuet. Hæc est enim petra, supra quam ædificauit domum meam. Vos autẽ, qui aliud docere præsumitis animam meam, dum hoc & illud opus iactatis, in quo me saluum fieri cõfidam, sic accipio, ac si me iubeatis profugum & incertum uolare, ut nunsq; mihi sit fixa & firma conscientia, sicut auis, quæ dimisso nido in montes uolat, & huc, illucq; mouetur, nusq; certa mansione cõsistens. Sic Prouer. xxvij. Sicut auis transmigrans de nido suo, sic homo, qui reliquit locum suũ. Non autem putãdum est, operarios illos fallaces sic dicere, cum cõtra, sua potius studia pro firmissimis certissimisq; salutis haberi uelint fundamentis, longe etiam amplius præ, ueræ fidei & solidæ iusticiæ, petra. Nihil enim certius sibi persuadent, neq; firmius, q̃ sua opera. Sicut eos Abdias taxat: Si inter sydera posueris nidum tuum, inde detraham te, dicit dñs. Ibidẽ: Superbia cordis tui exaltauit te, habitantẽ in scissuris petrarum &c. Immo nihil aliud iactãt se docere, q̃ fidem, spem, & charitatem, uoluntq; soli esse qui cõfidunt in dño, ac pro hoc pugnãt. Sed q̃ reuera ita sit, si quis eis obtemperet, ut pro solida petra, uagos montes, & pro securo nido, instabiles fluctus cordis inueniat. Nam hæc est origo litis incomponibilis, & assidue inter ueraces & fallaces, q̃ utriq; sua studia asserunt solida esse, donec dñs ipse iudicet. Sicut inter Esau & Iacob in utero Rebeccæ. Et inter mulieres meretrices, de filio mortuo & uiuo, Salomon. Neq; enĩ hic determinatio Ecclesiæ satis est. Sicut ꝓbauit Arriana & omnium hæresum factio, donec suo tempore dñs finem faciat, ut hoc psalmo consolamur.

Igitur quicunq; omisso Christo, in Ecclesia docent suas operatiunculas, a se repertos uiuendi modos, ut hodie sunt magni harum perditionum gurgites (sicut & Ioannes Taulerus sæpius & egregie monet) non aliud faciunt, nisi Ioannes Taulerus.

Quid humanarum traditiũcularũ magistri faciãt.

niſi quod conſcientias excarnificant, ſemper diſcentes & ad ſcientiam ueritatis nunq̃ perueníentes, tantum ſpeciem pietatis habentes & uirtutem eius abnegantes, captiuas ducentes, mulierculas oneratas peccatis: Reuera enim grauatis magis onerãt & inquietant, q̃ exonerent & conſolentur. Hue pertinent Doctores ſatisfactionum, indulgentiarum, modorum confitendi, & infinitarum eiuſmodi inſaniarum. Vos ergo (ait Dauid) me docebitis ueſtra, quorũ libet quar, ero amiſſa fiducia in domino, ſicut profuga auis amiſſo nido: Abſit, non ſequar. Vnde dictio, trãſmigra, בורי in hebræo electionẽ, profugam, uagam motionem ſignificat, ut Geñ. iiij. Vagus & profugus eris in terra. Et infra: Habitabat in terra Naid (id eſt, profugus) Vnde & ſignum quod dominus in Cain poſuit, ne interficeretur, tremor ſcilicet, his ipſis conuenit phrenaticis, id eſt, mentium deceptoribus, quod nunq̃ nõ habeant trepidam & pauidam conſcientiam, quantumlibet operentur ſua bona, quin imagine ſui patris, metuunt a quouis occidi, quodlibet ad fulmen pallent & ſonitu folij uolantis terrentur. Nõ enim eſt pax impijs, ait dominus Iſaiæ. xlviij. Sed ſicut mare feruet impius, & redundant fluctus eius.

Hebræum ergo ſic redderem: In dño ſperaui, quomodo dicitis animæ meæ: Moue montis auis? id eſt, eſto in montibus profuga quædã auis. Aduerbium, ſicut, non eſt in textu, uult enim dicere: Eſto uaga auis montis. Eſt enim Allegoria. Et mons, hoc loco, pprie ſignificat multitudinem mõtium, quales ſunt in deſerto & ſyluis a cultu & frequẽtia hominum remoti, ut indicet, pprie animam profugam & a fiduciæ ſuæ nido, in deſerto electam. Eadẽ enim dictio hic ponitur, quæ Iſaiæ. xl. Aſpera (id eſt mõtoſa) in uias planas. Cum talia mõtoſa ſint & inuia & impedita. Vbi ſatis indicat p. Chriſtũ reduci animas a mõtibus iſtis, id eſt, montuoſis & inuijs iuſticijs, ad facilem & planã in fide iuſticiam. Deinde cũ ſint eæ iuſticiæ difficiles & amfructuoſæ & diſpendioſæ, ſicut montium taliũ uia, nihilominus tamen inflantur & ſuperbiæ ſunt, ut eas altitudine montium neceſſe fuerit ſignificari. Ac ſic Propheta eodem uerbo ſimul & miſeriam & ſuperbiam expreſſit eorum, ut qui de ea re gloriẽtur, in qua laborant miſerrime, cum lamẽtari potius debuerint. Hãc iuſticiæ infelicitatem ſuperius audiuimus dici, Auen & Amal, id eſt, dolorem & laborem.

Hoc parum refert, q̃ hebræus Auen generali nomine, non paſſerem ſpecialiter habet צפור zipor.

Qm̃ ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt ſagittas ſuas in pharetra, ut ſagittent in obſcuro rectos corde.

Hieronymus ſic: Quia ecce impij intenderunt arcum, poſuerunt ſagittam ſuam ſuper neruum, ut ſagittent in abſcondito rectos corde. Mediam particulam uerſus, ego libens, ſic uerterem: Direxerunt ſagittam ſuam ad ſignum. Mihi enim hebræus uidetur dicere de ijs, qui ſagittas emiſſuri dirigunt ad metam propoſitam. Quod ex uerbo direxerunt apparet: Nam, nec pharetram, nec neruum proprie inuenio.

Patet autẽ pſalmum loqui de impijs & hypocritis, quos iam ſæpius diximus noiari Raſa, in iuſticia propria incedẽtes, inimicos iuſticiæ dei propter deum & zelum ueritatis. Reddit autẽ rationem iam dicti, dicens: Dixi impios uelle, ut fiam auis montiũ, pfuga, dimiſſo nidulo fiduciæ meæ in Chriſto, uere dixi, quia ecce dũ optime docẽt, ſeducũt recticordes & deſtruũt ea quæ tu perfeciſti, quo quid aliud faciunt q̃ inquietas & trepidas animas?

Celeberrima

Celeberrima est Allegoria ista, arcus & sagittarũ, non modo in sacris literis, sed & quotidianis uulgi, puerbijs. Arcum scilicet esse linguam, seu oratorem, seu ꝛádi artificium: sagittas, uerba, suggestiones & similia. Itaq; impij linguã suam eo instituunt, & uerba impij dogmatis eo dirigunt, tãtum ut noceant & perdant. Sicut Ioan. x. de furibus eisdem dicit: Quotquot uenerunt, fures & latrones fuerunt. Fur nõ uenit, nisi, ut mactet & perdat; Ego autẽ ueni, ut uitã habeant, & abũdantius habeãt. Putas cur Euãgelista, cũ hæc dixisse Christum sciberet, adderet de suo: Illi non cognouerunt, qd loqueretur eis, nisi q̃ impij nõ possunt intelligere se esse lupos rapaces sub uestimẽtis ouium? Ideo enim secure docent, atq; adeo pugnaciter instant, q̃ sese rectissima docere arbitrentur, ita ut nisi dominus solus hic iudicet, nullus hominũ iudicari possit. Vnde psal. iij. non alium iudicem nisi deum eis imprecatur, dicens: Iudica illos deus. Quanq̃ hodie sunt qui determinationibus Ecclesiæ (id est, unius hominis) tribuant omnia, quasi impossibile sit ipsum errare.

Arcus & sagittæ.

Papa non errat.

Vt sagittẽt in obscuro rectos corde: id est, ut mactent oues. Impiorum enim doctrina, quia in populo dei uersatur, nõ nisi pias animas perdere quærit, quæ alioqui recta & simplici fide in deum uiuunt. Sicut in Galathis exemplũ Apostolus posuit. Cibus enim eius electus est, ait Abacuk. j. Quid enim sit rectum cor, abunde dictum est psalmis præcedẽtibus, præsertim. vij. &. ix. In obscuro aliud uocabulum est, q̃ psalmo præcedente positum est: In occultis interficit innocentem. Hic enim significat caliginem, quæ arte, aut ingenio non fit, sed natura & usu uenit. Sicut si quis in nocte, & per tenebras imprudens uulnere tur: ubi non fecit obscurũ, sed usus est obscuro malignus aduersarius q̃ modo & lupus nocte utitur ad oues inuadendas. Quare obscurum hoc loco, est ipsa ignorãtia & simplicitas populi, exposita ad ludibriũ pestiferis magistris. Sicut Apostolus, Ro. ul. Qui p̃ dulces sermones, & bonas dictiones corda seducũt innocentum, qui cũ sine iudicio sint prompti pro sua simplicitate credere oĩa, quodlibet pro q̃libet admittunt. Atq; hoc est, qd facit montiũ aues & inquetas conscientias, dũ multa audiunt, & (ut Aplus hebræos præmonuit) doctrinis uarijs & peregrinis abducũtur, & alibi, Omni uẽto doctrinæ circũferunt. Hi enĩ omni spiritui (id est, uento) credunt contra sapientis consilium.

Doctrina quid quærat.

In doctores malignos.

Odiose autem appellat arcum & sagittas, quæ mortifera sunt instrumenta, ad terrendos nos, & præmonẽdos aduersus blãditias & speciem dogmatum. Non enim impij se arcum & sagittas habere putant: Sed plumas, puluillos, & ceruicalia (ut est apud Ezechielem, xiij) loquuntur enim placentia & blandia. Quibus erudimur, ut mortiferum esse sciamus, quicquid docetur, quod nobis blanditur. Apparet enim blandum sensui & opinioni nostræ, sed reuera mortiferæ sagittæ sunt. Sicut Prouer. v. Fauus distillãs labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius, nouissima autẽ illius amara quasi absynthium, & acuta, quasi gladius biceps. Sicut econtra, Christi sagittæ sunt acutæ ad sensum, sed in nouissimo quouis fauo dulciores, mortificant enim, ut uiuificent, illæ autem uiuificant, ut mortificent. Vt in Ezechiele. xiij. dicitur: Violabant me ad populum meum, propter pugillum ordei & fragmen panis, ut interficerẽt animas quæ non moriuntur, & uiuificarent animas quæ non uiuunt, mentientes populo meo, credenti mendacijs. Quid est populum credere mendacijs, q̃ obscurum esse & simplicem populum ludibrio superstitionum expositum? Quare ut supra dictum est, Allegoriam uerborum, intelligamus & Allegoriam rerum nobis indicare, q̃ aliud geritur, aliud uidetur, Plumæ & fauus uidentur dogmata

Mortifera doctria quæ blãditur.

fallacia, cum sint reuera arcus & sagittæ mortis: econtra sagittæ Christi, mortis esse putantur instrumenta, cum sint uitæ.

Studiū & zelus magistro rū pestilētiū.

Quod autē dicit eos arcū intendisse & sagittam posuisse super neruum, & direxisse ad signum, studium eorū signat & impium zelum. Quia sicut laudant cum cohorte uigilantior fuit contra Christum in obscuro noctis, q̄ Apostoli pro Christo, qui etiā dormierunt: Ita pestilētes Doctores diligentissimi sunt, ut abutantur simplicitate populi ad eius perniciem, dum ueri pastores uix inuenirant, ac uiuunt ꝓ populo, quin fere stertūt omnes, & dū dormiunt homines, super seminat zizania inimicus homo. Quando enim tanta cura (nisi Apostolos exceperis & paucos successores) pro populo & salutari doctrina uigilatum est, quanta impī pro sua impietate uigilarunt: Nempe gloria & quæstus præsentis uitæ fortius hos mouet, q̄ illos gloria & honor uitæ futuræ. Dicit enim Paulus, etiam pro suo tempore: Omnes quærunt quæ sua sunt. Quanto magis hoc pro sequenti tempore dixisse, intelligendus est: Et hodie, quis est qui tāpe q̄ in Christi doctrina sit, præsens ægestas, crux, ignominia: In hominum filiacijs, gloria, opes, & uita. Siue ergo sagittas eorum in pharetra paratas, siue super neruum positas, siue ad signum directas dixeris, idem studium intelligas, quo nō frustra docere parant, sed, ut tāgant & ad certum iactant, & plurimos in suam sententiam uulneratos trahant, adornant enim uerba sua, & itacolorant, magnificant, dilatant, instruunt, dirigūt, ut impossibile sit simplicem animam ijs nō capi. Exempla sunt manifesta, quæ taceo. Sat est uerbo intēdendi & parandi & dirigēdi, significari impiorum magistrorum nimiam diligētiam, qua cupiunt, q̄ minime frustra loqui simplicibus, quin si unus est qui elabat, insaniunt. Sicut multos audiuimus nostra ætate.

Quoniam quæ perfeciſti deſtruxrerunt: Iuſtus autem quid fecit

Semper in populo dei sunt dogmata impiorum.

Hieronymus: Quoniā leges dissipatæ sunt. Quo uidemus uere psalmū per sagittas intelligere dogmata impiorum magistrorū, qui nunc̄ nō sunt in populo dei. Sicut Petrus. j. dicit: Fuerūt uero & pseudoprophetæ in populo, sicut & in uobis erunt magistri mēdaces &c. Et Paulus Act. xx. Ego scio, q̄m intrabunt post discessionem meam, lupi rapaces in uos, non parcentes gregi. Et ex uobis ipsis surgent uiri loquētes peruersa, ut adducāt discipulos post se. Hæc & multa alia terribilia nobis tanta cura prædicta, ridemus hodie securi, & q̄dlibet docere miserum uulgum summa temeritate audemus. Intrant, & inter nos surgunt mendaces magistri. Quis obsecro tutus esse potest?

Hebræus proprie sic habet: Quoniam positiones euerterunt. Significat autem id uerbi, statuta, instituta, constructa, posita. Vnde noster interpres non inepte molitus uidetur Antithesin. Quoniam quæ tu construxisti, illi destruxerunt. Quo modo Malach. j. Quod si dixerit Idumea, destructi sumus, sed reuertentes ædificabimus, quæ destructa sunt. Hæc dicit dominus exercituum: Isti ædificabunt, & ego destruam. Et Isa. ix. Et sciet omnis populus Ephraim, & habitantes Samariam in superbia & magnitudine cordis, dicentes: Lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus ædificabimus: Sycomoros succiderunt, sed cedros immutabimus.

Diximus autē supra psalmo. v: per structuram istam intelligi doctrinarum structuram. Sicut in turre Babylonis figuratum est, ubi semper dominus contra homines destruens quæ illi ædificant, & hi rursum destruentes quæ ille ædificat.

ficæ. Vnde recte hic dicit: Destruxerunt quæ a te posita & instituta sunt, id est (ut Hieremiæ) peruertunt uerba dei uiuentis. Et Micheæ. iij. Audite principes domus Iacob, & iudices domus Israel, qui abominamini iudicium & omnia recta peruertitis, qui ædificatis Zion in sanguinibus, & Hierusalem in iniquitate. Hoc enim fit dum sacra dei uerba cogimus seruire nostris affectibus & opinionibus. Hoc est ex inauribus filiarum Israel, & auro domini, conflare uitulum & Idola, ut frequentissime in Prophetis arguuntur. Quos, si hodie arguas hæreticus eris, cum soli hij sint Ecclesia dei hodie, qui talia faciunt, sicut & tempore Prophetarum erant.

Hebræus autem absolute & impersonaliter dicit: Qm̃ quæ posita sunt, seu, qm̃ posita cuerterunt, nō quæ tu posuisti. Quod nescio qd maioris Emphasis habeat: Quasi ea sola uelit esse posita & statuta, quæ deus posuit & statuit, & nephas sit alia uel cogitari, ut differentia nulla sit opus. Quo modo & Apostolus dicit: Placuit in Christo omnia instaurare. Quasi aliud placitum nō sit nisi diuinum. Sicut de sole, cum sit unus, sine differentiæ nota loquimur.

Iustus quid fecit? Augustinus ad Christum trahit pugnās cum suis Donatistis. Idem Hiero, si tn̄ eius est Commētarius. Mea diuinatione generaliter iustum accipio, pro oībus qui cū impijs magistris negotium habēt, quocunq; seculo. Et quæstionem hāc pro eis fieri, primū dolentis affectu in hūc modum. Quando contradictio impiorū potentior est (ut Abacuk dicit) & prævalet aduersus iustum, sicut fere fit, nō est inter homines qui pro eo iudicet, aut uindicet, sed damnatur tanq; reus & malus. Hic dicit: Quid faciat iustus, ubi resistere non potest, ueritas eius nō auditur, cogitur ergo causam tradere ei q iuste iudicat. Sicut de Christo Petrus dicit. j. Pet. iij. Quid enim prodesset si etiam insaniret? Quare cum gemitu & patiētia diuinum iudicium expectabit, sinens interim impios furere & proficere in peius, ut qui sordent, sordescant adhuc? *Iustus quid fecit?*

Secundo, potest quæstio ista fieri, uelut disputātis & expostulantis affectu, qui est multo uæhementior. Quo Paulus. j. Corint. xv. aduersus negantes resurrectionem loquitur. Quid faciūt, qui baptisantur pro mortuis? Si omnino non resurgūt mortui, ut quid periclitamur omni hora? Si scd'm hominem ad bestias pugnaui Ephesi, quid mihi ꝓdest si mortui non resurgunt? Et psal. xiij. cum uidisset peccatores florere, dixit: Ecce ipsi impij abundātes in hoc seculo obtinuerunt diuitias: Et dixi, ergo sine causa iustificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas?

Ita & hic: Si sic prævalent impij, si non est iudex alius q̄ ipsi, Quid operatus est iustus? cur frustra laborauit? cur non quieuit & sine periculis uixit? Adeone frustra omnia gessit? Absit: Non frustra operatus est: Est iudex qui iudicet iuste, ut sequitur. Hic sensus mihi placet, quia uerbum, fecit, præteriti temporis est פעל paal, quod operatur, significat, ut includat omnem piorum uitam. Ac si dicat: Cur frustra iustus tam operosus fuit? Deinde & sequentibus aptissime quadrat, & afflictum illum affectum iustorum, quo in oppressa iusticia & ueritate laborant, & disputāt, pulcherrime exprimit, qui cum certissimi sint iustum nō derelinqui, tamen præ multitudine opprimentiū & prævalentium ueritati, simul indignantes, simulq; dolentes incipiunt contradictionis quæstionem, & Apostrophen ardentissimam ad impios faciūt. Et, quod ultimum habent, ad iudicium recurrunt, dicentes.

Dñs in templo sancto suo, dñs in cœlo sedes eius. Oculi eius in

pauperem respiciunt: Palpebræ eius interrogant filios hominum.

Hic uersus apud nos in duos diuisus est. Hebraismum istum: Dominus in cœlo sedes eius, potuit interpres omisso pronomine, eius, & nonatiuo in genitiuum uerso, sic mutasse: Dñi in cœlo sedes. Nõ enim latine dicitur: Mons in quo beneplacitum est deo habitare in eo. psal. lxvij. Ita nec dñs in cœlo sedes eius. Posset & talis distinctio esse: Dñi in cœlo, sedes sua, subaudi est. Nec est in hebræo, in pauperẽ, sed absolute. Et longe significãtius: Oculi eius uident. Vt sit sensus huius uersus: Non frustra operatur iustus, q̃ si impĩj prætulerint in terra, & uisibili imperio, solatur tamen me, dominũ esse in templo suo sancto ubi impĩj non uident, & in cœlo thronum eius, quem illi ignorãt: Nec solum ibi est, sed uident oculi eius, aperti sunt super omnia, quia omnia nuda oculis eius, non enim stertit, nec dormitat qui custodit Israel, illinc iudicium meum expecto. Ita docemur superbire & præsumere in domino, aduersus eos, qui superbiunt & præsumunt in homine.

Templum dei quod sit.

Quæritur quod est templum domini: Quod enim non uoluerit Salomonis corporale templum intelligere, ex eo colligitur, quia id nõdum erat tempore Dauid. Deinde adiunxit, In cœlo sedes eius. Vt aliud templũ intelligeremus, quod sanctum, id est, separatum, est ab omni prophano usu, hoc enĩ sanctum uocatur. Non displicet etiam hoc loco dici, quod psalmo. v. dictum est. Templum domini appellari quemuis locum, in quo populus dei conuenit ad uerbum, qui cum sint uere templum dei, locum a se non inepte denominant. Sic Ecclesia & populum & domũ significat. Tunc sensus erit: Sine eos, cæci sunt, & duces cæcorum, dominum non cognoscunt, sunt alĩj qui eum cognoscunt, si non est in prophanis illis, est tamẽ in templo suo, id est, in suis & in loco ubi sui sunt congregati: Vbi enim duo fuerint in nomine meo congregati, in medio eorum sum, dicit dominus. Quam Emphasim adiecto nomine, sancto, uoluit illustrare. Quid enim si quidam non credunt: an incredulitas illorum euacuabit fidem dei: Absit: Non ideo nulli erunt, qui in dño confidunt, quia impĩj multos sagittant in obscuro isto, & subuertunt quorumdam fidem, manet sanctum dñi & ipse in illo. Quasi illud. iiij. Timot. ij. dicat: Fundamentum dei firmum stat, habens signaculum hoc: Nouit dominus qui sint eius, & discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen domini. Idem est q̃d repetit: Dñs in cœlo sedes eius. Quia dum populus eius templum sanctum (id est, separatum) est, in cœlis cõuersatio eius, ubi Christus est. Et si ipse in terris esset, tñ dicebat: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit filius hominis, qui est in cœlo. Audi, filius hominis in terra, est in cœlis. Et quæ est sedes dei, etiã in cœlis alia q̃m spiritualis & sancta creatura: At anima pia, sancta, & cœlestis est. Atq; sic in spiritu, cœlum & terra conueniunt in unum, & nihil differunt, nisi fide & specie. Excellẽtius autem angeli in cœlo (quorum sancti sunt in enygmate socĩj) sunt sanctum templum & sedes dei.

Est autem Emphasis sentẽtiæ potissimum in eo q̃d dicit: Oculi eius uident. Et idem sensus cum illo psal. liij. De cœlo respexit dominus, uidit omnes filios hominum, de præparato habitaculo suo respexit super omnes qui habitant terram. Et psal. cj. Quoniam prospexit dominus de excelso sancto suo, dominus de cœlo in tertã aspexit, ut audiret gemitus &c. Fidei enim sunt hæc uerba & spiritus. Non enim impĩj negant, si dixeris: Oculi eius uident, immo id præ oĩbus iactant & prædicant, sed contra se dici, nõ credunt, cum arbitrentur

obsequium

obſequium ſe preſtare deo, dum deſtruunt leges dei & ſeducunt in occulto re
ctos corde, uidẽturq; ſibi leges ſtatuere & errãtes recta docere, perpetuo hanc
Allegoriam ludentes contrariam piorum Allegoriæ: Cum ergo omnia præte/
reant ſurda aure, ad oculos domini referenda eſt uniuerſa cauſa. Sicut Hier. xj.
Tu autẽ domine Zabaoth qui iudicas iuſte & probas renes & corda, uideam
ultionem tuam ex eis: Tibi enim reuelaui cauſam meam.

Palpebræ eius interrogant ſeu probãt filios hominũ, applicat particulariter,
quod dixerat generaliter: Oculi eius uidẽt, id eſt ſunt aperti & omnia uident,
tum præcipue filios hominum non modo uident, ſed etiam examinant, pro/
bant & diſcernunt. Palpebras has dei Aug. ad ſcripturas ſanctas refert, quæ in Palpebræ dei
alio loco aperte, in alio clauſæ ſunt, pulchra tropologia. Alij aliud. Mihi p ſim
plicitate literæ Allegoria placet, ex hominib⁹ ſumpta, præſertim Magnatibus,
quorum eſt, potiſſimum oculorum nutu agere, quos enim fauore dignantur,
clementer apertis oculis intuentur, quos uero abominantur, clauſis oculis, &
preſſis palpebris, aut truculenter in altum ſurrectis auerſantur. Itaq; palpebræ
dei ſuper pios clementer apertæ ſunt, ſed ſuper impios, aut clauſæ aut truces
ſurrectæ. Quæ duo pſal. xxxiij. ſic dicuntur: Oculi domini ſuper iuſtos, & au/
res eius in preces eorum: Vultus autem domini ſuper faciẽtes mala, ut perdat
de terra memoriam eorum. Aliter ergo ſe habent palpebræ dei ſuper iuſtos, &
impios, ut mox ipſe ſe exponet, quia examinat & uidet omnes filios hominũ,
ſed iuſtos approbat, impios damnat. Quod tñ iterum in ſpiritu dictum, donec
impleatur, ſola fide capitur, cum impij longe contraria de ſe opinentur.

Dominus interrogat iuſtum & impium, qui autem diligit iniqui tatem, odit animam ſuam.

Aliter habet diſtinctio in hebræo, ſcilicet: Dominus iuſtum probat & im/
pium: & diligentem iniquitatem, odit anima ſua. Et nomen iuſtum, ante uer/
bum, interrogat, ponitur, ut incertum ſit, an dominus iuſtus, iuſti, iuſtum,
transferre debeamus. Nam & Hieronymus priorem partem, ſic abſoluit: Do/
minus iuſtum probat, deinde impium copulat cum diligente iniquitatem, ad
uerbum odit, non ad uerbum, probat, ut mihi prope ſuſpitio fiat, hanc partem
(Dominus iuſtum probat) abſoluta ſententia id ualere: Dominus iuſtus pro/
bat (id eſt, probator eſt) hoc eſt, ille qui probat omnes & examinat, non eſt ho
mo qui mentitur, ſed ipſe dominus, qui iuſte iudicat, quem nemo fallit, nemo
corrumpit, nihil latet. Quomodo pſal. vij. dictum eſt in uerſu: Conſummetur
nequitia peccatorum & diriges iuſtum, ſcrutans corda & renes deus iuſtus.
Vt idem ſit: Scrutans corda & renes deus iuſtus, quod hic dominus iuſtus
probat. Verbum enim בחן probat & interrogat, a uerbo ſcrutans nihil differt
in ſignificato, cum eam ſignificet probationem, qua aurum in igne probatur,
exploratur, interrogatur, quod utique eſt ſcrutari. Ita deus, quia non ſcd'm fa/
ciem iudicat, ſed ſpirituum ponderator eſt, palpebras ſuas aperit, aut claudit,
ſcd'm quod probus, uel reprobus fuerit inuentus ſpiritus filiorum hominum,
ideo merito iuſtus probator uocatur. Quare mea temeritate uerſum per cola,
& comata ſua, ſic diſtinguo: Dominus iuſtus, probat, & impium & diligen/
tem iniuriæ odit anima ſua. Vt ſit ſenſus: Dominus eſt iuſtus, & ipſe probat,
ideo anima eius odit & impium, & eum qui amat lædere aut Iniuriari: Qui e/
nim iuſtus eſt, non poteſt interprobandum non odiſſe impium & iniquitatis
amatorem

amatorem. Quo sensu hic uersus per auxesin præcedentem explicat: Qui
domini uidēt, & palpebræ eius ꝓbant filios hominum, sed sic ut iuste ꝓbet.
Ac si quis præ nimia fiducia sese consolatus aduersus impij potentiam, di
Age, faciat, quod facit: Scio ꝙ omnia dominus uidet & probat, nec solum ꝓ
bat, sed iuste probat & cum iustus sit, impium meum & amantem iniuria
poterit diligere, me uero patientem nō poterit odisse. Sicut Hiere. audie
ad me, ubi est uerbum domini? ueniat. Hunc acutum & securum affectu
illa quæstio, Iustus quid fecit? supra indicauit.

Iniquitas, hoc loco nomen est, quod, psal. vij. diximus significare iniuriam,
offensam, læsionem, Vt in uerticem ipsius iniquitas descendet, qd dicitur ꝓ
hamas. Loquitur enim de iniuria, quam impij faciunt pijs, sagittando recto
corde, & destruendo leges dei. Cui hoc pessimum accedit, ꝙ non solū lædere,
sed amant lædere. Sicut psal. iiij. Diligunt uanitatem & quærunt mendacium.
Impius enim ꝓ suo sensu in id maxime incumbit, ut noceat pietati, quod ubi
poterit, gaudet sese fecisse & facere. Sicut Prouerb. j. dicit: Lætātur, cum male
cerint. Sic enim deo obsequium præstitisse sibi uidentur.

Amant lædere impij.

Anima sua odit, id est, toto affectu.

Et illud Emphaticum est, ꝙ non simpliciter dicit, odit, sed anima sua odit,
ut exprimat, q̄ꝫ magno & toto affectu deus illos odiat, uidelicet, totz uita & sen
su suo. Non ꝙ deus animā habeat, sicut nec oculos, sed ꝙ allegorice loquatur.
Iuxta illud Numeri. xxj. Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. Vi
demus enim q̄ꝫ toto motu & gestu, atq; adeo omnibus sensibus auersetur, qui
nauseat, rursum, q̄ꝫ cōuertatur, si diligat & appetat. Appetitus enim, ut nausea
proprie tribuuntur animæ in scripturis. Sic. leui. xxvj. Abominabitur uos ani
ma mea. Ita hic, cum impij sese tales arbitrentur, quos deus etiam magno æstu
desyderet, uere sunt quos abominetur potius & odiat anima eius.

Nostra translatio, animam suā, refert ad impium & diligētem iniquitatem.
Quæ sententia uera est, sed uiolenta, nec usitata in scripturis sanctis, sapitq; hu
manum diem, qua argute magis q̄ꝫ apte dicitur, odisse bonū, qui diligit (id est,
faciendo diligere uidetur) malum, nemo enim sponte amat malum, ut malum.
Quod si quis totum uersum nostri interptis uelit sequi, sensus erit: Dns qui ui
det omnia, & cuius palpebræ interrogāt filios hominum generaliter oēs, sine
dubio & quēlibet iustum & impium seorsum interrogat: Iustum, ut eruditum
coronet, impium, ut reprobatum damnet, nec hoc sua culpa, quia tua est perdi
tio Israel (Oseæ. xiij.) Qui enim diligit iniquitatē, ipse odit & perdit animam
suam, faciens hoc animæ suæ, quod nulli suo hosti, q̄uis acerrimo faceret.

Pluet super peccatores laqueos, ignis & sulphur & spiritus procellarum pars calicis eorum.

Frequens in scripturis, pluuiæ & calicis mentio. Atque de pluuia satis con
stat, significari per eam, sermonem doctrinæ. ut Deutronomij. xxxij. Concre
scat ut pluuia, doctrina mea, fluat ut ros eloquium meum. Inde illud Isaiæ usi
tatum: Rorate cœli, & nubes pluant iustum. A quo Doctores Ecclesiæ, Nu
bes & cœli uocantur passim in scripturis. Nec est obscurum, hunc uersum
esse sumptum ex historia Genesis. xix. de Zodomis, igne & sulphure de cœ
lo consumptis, cuius rei Allegoriam hoc loco tractat. Et uerba singula, sunt
multæ intentionis.

Pluet,

Pluit, quo significat abundātiam mali, mitius erat, si stillaret, aut rigaret, ut multitudinem magistrorū impietatis intelligamus, immo nihil aliud, q̄ impie rantes magistros (irascente deo) audituros esse peccatores, id est, impios רשעים reichoim. Quod imprimis contingit Iudæis, sicut dixit psal. viij. Et populus meus uocem meam, & Israel non intendit mihi: Et dimisi eos sec̄m desyderia cordis eorū, ibunt in adinuētionibus suis. Quid enī Iudæorū infelix populꝰ hodie habet, nisi nubes & pluuias impietatis? Tales hæretici, tales oēs humanarum legum tyrāni, & quicunq; ueritati nō acquiescunt, hi sunt immissiones & angeli mali, qui percusserunt Aegyptum: Quæ figura fuit pereuntis synagogæ. Sed & Zodoma eiusdem figura fuit. *Nubes & pluuiæ impietatis.*

Laqueos, scilicet plurali numero, ut diuersi generis errores accipiamus, qui licet tamen sic capitur, ut nihil minus, q̄ laquei eis uideantur, ita fulgente specie ueritatis & pietatis. Sic Paulus quoq; prædixit, fore in nouissimis diebus, ut deus mittat operationem erroris. Sic psal. lxviij. Fiat mensa coram eis in laqueum & in retributionem, & in scādalum. Quid enim aliud est, uerbum dei peruertere & opinionibus hominum contaminare, q̄ laqueos animabus ponere, ubi ueritatis dei intuitu errorem sequitur. *Laqueos animabus ponere.*

Ignis, melius in accusatiuo ignem & sulphur, ut ad uerbū pluet cōstruatur. Sicut super Zodomam pluisse scribitur ignem & sulphur. Zelum & furorem indicat impiorum pro suis doctrinis insanientium. Expedit enim occurrere ursæ raptis catulis, q̄ stulto cōfidenti in stultitia sua, id est, sapientia sua, in laqueis suis, in erroribus suis. Hæc enim sunt signa iræ dei & palpebrarum eius. Quod impios nō solum non agnoscit, nec illuminat oculis suis, sed palpebris clausis, sinit ire in errores toto affectu & ardēte furia, si quis aut resistat, aut nō sequatur. Hinc iræ, inuidiæ, rixæ, & (ut Apost. uidet̄ hunc uersum. j. Timot. vj. pulchre interpretatus dicit) languētes circa quæstiones & pugnas uerborum, quibus oriūtur, inuidiæ, cōtentiones, blasphemiæ, suspitiones malæ, conflictationes hominum mēte corruptorum, & qui ueritate priuati sunt &c.

Sulphur, ppter grauem fœtorē, non male patres, malā famam esse arbitrati sunt. Hoc enī constat, odorem figurato sermone, famam significare, ij. Cor. ij. Nos bonus odor Christi sumus, alijs odor uitæ in uitam, alijs odor mortis in mortem. Vnde & usu dicimus & iubemus odorari, aut olfacere, dū explorare aut ingrere, famam, aut rumorem alicuius iubemus. Ita impiorū Doctores, & discipuli, nō sunt odor bonus Christi, sed fœtor satanæ & sulphur graueolentissimum, quod, pluēte in ira sua dño, in eis abundat. Sic obtinuit in Ecclesia, ut non sit peior infamia & pestilentius nomen, q̄ hæresis & perfidiæ, ut etiam commertium, aut quæuis cōuersatio, suspitioni grauissimæ obnoxia sint, & ei cum sulphure multum conueniat, quātum est in ui odoris. *Sulphur mala fama.*

Sed hebræū uideamus q sic distinguit: Pluet super impios, laqueos, ignem, & sulphur, & uentus tempestatum, fors calicis eorum. Vbi Ioānes Reuchlin arbitratur pro laqueis, carbones dicendum, quod si uerum est, augurari licet, laqueos ignem esse id quod carbones ignis, id est, prunas. Sicut psalmo. xvij. grando & carbones ignis, pro carbones igniti. Videtur autem fulgura, tonitrua & omnem illam tempestatis uim, allegorice tractare. Sicut in Aegypto & Zodoma factum legimus, in tempestatibus enim fremūt ignis fulminum & uentus procellosus. Deinde fulmina & fulgura odorem sulphuris habent, & lux ipsa eorum sulphurea est, ait Plynius lib. xxxv. cap. xv. ut non absurde, uersum sic reddere possim: Pluet super impios, carbones ignis & sulphuris, id est,

id est, ignitos & sulphuratos: ut qs fulmina igne suo sulphureo succenderit. Signat enim eam uim & effectum fulminū & tonitruorum, quibus quicquid apprehēditur in prunas, fauillas & cineres resoluitur. Sic enim Exo. ix. plaga septima scribitur discurrisse, grandinem, tonitrua, fulgura & ignem, miram super terram, ut psal. lxxvij. latius uidebimus. Et Exo. ix. Tollite manu plenas cineris de camino. Vbi dictio consanguinea huius loci ponitur, quam cinerem transtulit, scilicet qualis est, prunis & fauillis mixtus.

Doctrina dei & hominum.

His omnibus ego non aliud intelligo qꝫ impiorum, & iustorum doctrinam Allegorica comparatione conferri, ut super pios plui accipias, imbrem temporaneum, matutinum & serotinum, quo terra feliciter perfusa fœcūdatur ad germinandum fructum suum. De quo imbre frequētissimus sermo in prophetis. Hoc est, uerbum dei salutare, quod germinare facit iusticiam & iudicium, & qua benignitate psal. lxxxiiij. dicitur: Dñs dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Quod uerbum, quia impij auersantur, immo persequuntur cū fructibus suis, deus uersa benignitate in iram, mittit in eos iram & indignationem & immissiones per angelos malos, ut psal. lxxvij. dicitur de Aegyptijs, scilicet, p salutari pluuia, fulmina, uentū tempestatis, grandinem, quibus non modo nō fœcundatur terra, sed succenditur & uastatur. Hoc est, uerbum impietatis mortiferum, quo reddūtur uaniloqui & mentium deceptores & ad omne bonū opus reprobi, ut ad Titum Apostolus ait: Contritio enim & infelicitas in uijs eorum, & uiam pacis nō cognouerunt, psal. xiij. Neqꝫ enim aliud potest uerbū hominis qꝫ scrupulosam, pauidam, inquietam, erroneam, deinde inutilem, uastam & sterilem conscientiam facere, eoqꝫ magis, quo diutius sub eo magisterio agit, ubi cum Aemorrhoissa, consumptis substantijs, in hos homicidas medicos, non emit, nisi peius habere.

Scolastici theologastri audiant.

Allegoria humanæ doctrinæ aptissima.

Nec est præsentior allegoria impiæ & humanæ doctrinæ, qꝫ tempestas fulminum, fulgurum, uētorum, grādinis, & id genus iræ supernæ. Sic tamen, ut non solum desursum mugiat cœlum & minetur. Sed ad terram ferantur & feriant, uastent, succedātqꝫ omnia, reddantqꝫ terram inutilem uisui humano. Quod ut indicaret, carbones ignis & sulphuris, non ignem simpliciter dicere uoluit, qꝫ fulmen, si solum luceat, nihil succendit, nec ignem, nec carbones facit, nec odorem sulphuris excitat, sed solum comminatur talia. Quare, ppter Emphasim per carbones, ignem & sulphur, exprimere uoluit fulminū & tempestatis uim, effectu & re ipsa, nocētem, seu fulmen succendens, comburens, & carbones, cineres, fauillas faciēs, sulphureo odore graueolens, omnia uastans & in nihilum redigens, sicut Aegyptiaca plaga monstrat.

Triste spectrum uastandæ Ecclesiæ.

De istis doctrinis, Apoc. xvj. capitulum plenum est, ubi septem Angeli (id est, pontifices, seu Doctores) tuba canunt, & uaria deinde monstra in Ecclesia sequi scribūtur. Vide ergo, qꝫ malum omen sit mistiqꝫ spectrum, quoties tempestate cœlesti, urbes, regiones, agri, & quicquid in eis est, incenditur & uastatur, qꝫ saxuus quoqꝫ sit is ignis, præusitato nostro: Deinde sulphure graueolens: feriatqꝫ frequentius, & ipsa delubra nostra, magno certe prodigio, impiam hominum in Ecclesia doctrinā detestante. Contra qꝫ iucundum est, ubi uerno tempore, datis oportunis pluuijs, renascentis testatur gratia mundi, omnia cum domino dona redijsse suo, omnia uirent, florent, crescunt, & dulci odore tota terra perfusa, recreat omne animantum genus, magno sine dubio sacramento, Euāgelicæ doctrinæ gratiā commendāte. Est enim huius utriusqꝫ rei scriptura passim refertissima Allegorijs.

Templa, fulmine feriūtur

Verum

Verum hæc omnia sic geruntur in spiritu, ut sola fide percipiãtur. Nõ enim impij specio-
quales sunt impij coram hominibus, hoc psalmo scribuntur, sed quales coram si corã homi-
deo in spiritu & ipsis. Nam quid speciosius in terra, hoc Saule & Absolom: nibus, sed nõ
Nonne regio Zodomorum est sicut paradisus dñi: Gen. xiij. Hi enim sunt, deo.
quæ mundo omnium utilissimi, fructuosissimi, integerrimi, & adoratissimi, ni-
hil hic carbonum, ignium, sulphuris, tempestatis: Sed omnia floribus, fructib⁹
ad oribus uernãtissima. Vidit psal. xxxvj. impium eleuatum, & exaltatum, si-
cut cedrum libani: Et transiuit, & ecce non erat, & quesiuit, & non est inuen-
tus locus eius, Itaq; transeuntibus a conspectu hominum, ad conspectum dei,
apparet quid sint, & non sint impij. Coram deo sunt omnia eorum, in carbo-
nes, cineres, fauillas, ignem, sulphur redacta. Quem conspectum Abraham
Gen. xix. figurauit, Vbi dicitur: Abraham consurgens mane, ubi prius stete-
rat cũm domino (ecce conspectus domini) intuitus est Zodomam & Gomor
ram & uniuersam terram regionis illius, uiditq; ascendentem fauillam, quasi
fornacis fumum. Talis scilicet est, impiorum conditio, in oculis piorum, & in
ueritate, cum tñ in mundo glorioſissime fulgeãt. Vnde dr, quæ ad mare mortu- Mare mortũ
um crescunt in insolitã speciẽ, atra & inania uelut in cinerẽ uanescũt. Quo por- um profert
tento naturæ, quid nisi id quod hoc uersu de impijs dicit monstratur? inania.

Contra pij, quia uerbo crucis, sc̃m carnem omnibus malis subiecti sunt,
super ipsos potius uidetur deus pluere laqueos, prunas, sulphur, & quicquid
est tempestatis, & turbinis. Sic enim psal. ij. Vincula & iugum appellant uer-
bum Christi, a quo plus metuunt, q̃ a fulmine & tempestate. Quibus tamen,
uice illius, reuera obruuntur, & uastantur, per impios suos magistros. Ad eun
dem spiritum procellarum, Oseæ. viij. Qui a uentũ seminabunt, & turbinem
metent. Et iterum. xij. Ephraim pascit uentos, & sequitur æstum tota die, men
dacium & uastitatem multiplicat. Quibus uerbis prophetæ: Impiorum uani-
tatem, deinde inquietam conscientiam, & ineptitudinem ad bonum depin-
gunt, quisq; suo tropo.

Calix signat uasa doctrinæ

Calix ulitatissimo scripturæ tropo, uasa doctrine, id est, uerba, seu eloquen-
tiam significat. Quibus sensus in animam, sicut uase in corpus uinum fundi-
tur. Sic beatus Aug. de fausto Manichæo, & eloquentia eius Confes. v. Quid
mihi & ad meam sitim præciosissimorum poculorum decentissimus ministra-
tor? Et infra: Sapientia, & stultitia perinde sunt, sicut sunt cibi utiles, & inuti-
les, uerbis autem ornatis, & inornatis, sicut urbanis, & rusticanis, utriq; cibi
possunt ministrari. Hinc apud patres passim celebratus aureus calix Babylo-
nis inebrians omnem terram. Hiere. lj. Et poculum aureum in manu mere-
tricis magnæ, plenum abominatione & uino pstitutionis. Apoc. xvij. Deinde
& uasa tabernaculi & templi, omnia figurant, siue libros, siue sermones doctri
narum. Et in lege potissimus erat usus phialarum ad excipiendum, fundendũ,
spargendum sanguinem, quia legis doctrina, peccatum tractat, & reuelat.
De quibus misterijs iam non est locus dicendi. sic infra psal. xv. Dominus
pars hæreditatis meæ, & calicis mei.

Verum non sic calix tãtum est intelligendus, ut uocale, aut scriptile uerbum
tantum significet, sed etiam id quod significatur. Sic enim Christus orauit pro
calice aufferendo, quem omnes intelligimus passionem eius esse. Et Hieremi
as. xv. Sumit calicem uini furoris domini, de manu domini, & propinat omni
bus gentibus & regibus ex eo. Et Isaias. lj. dicit: Hierusalem bibisse calicẽ iræ
domini usq; ad fundum & feces. Ex his & alijs scripturæ locis, in unum signi-

Calix prædi-
ctio est pœna-
rum iræ dei.

ficatum coacta utraq; significatione, Calix aliud nō esse uidebit, q̄ prædicto & denūciatio pœnarum & iræ dei. Ira & calix Christi, est ira dei, & passio eius in lege & prophetis præfinita. Miche. j. Irā dñi portabo, quia peccaui ei. Sicut &. j. Pe. j. dicit prophetas prænūciasse priores in Christo passiones, & posteriores glorias. Quare is dicendus est calicē ꝓpinare, qui seu dicēdo, seu scribēdo pœnas denūciat. Sicut ꝓphetæ passim & Apli faciūt. Vnicuiq; enim suus calix ebibēdus est. i. crux & passio super eū definita, in scripturis seu apd' deū, ferēda

Calix piorū.

Hinc iam duo genera calicis nascuntur. Alterū piorū, alterū impiorū. Calix piorū, est passio definita sup eos carnalis, & temporanea usq; ad peccati defectionem, quo hausto, aīa magis seruat̄, & renouat̄: Licet is qui exterior est hō corrumpat̄ de die in diem ista prævalida purgatiōe calicis, donec tādē aīam a corpore libereť. Contra calix impiorū, est passio interna & spūalis usq; ad destructionem iustitiæ & pietatis, q̄ hausto, aīæ eorum, perdūt̄ de die in diē: Licet hoīe exteriore floreāt, & uigeāt, multa specie & abūdātia, donec ī aīa & corpore simul pereāt, fecē calicis in sempiternū bibituri. ut psal. lxxiij. Calix in manu dñi uini meri, plenus mixto, inclinauit ex hoc in hoc, uerūtn fex eius, nō est exinanita, bibēt oēs peccatores terræ. Id est, si iudiciū (ut. j. Pe. iiij.) dei primum a nobis inchoat, quis finis erit eorū, qui nō credūt euāgelio? Itaq; calix, uerbū est, sed uerbum passiones præfiniēs & crucē, seu passio uerbo præfinita. Sic psal. c. xv. Calicem salutaris accipiam (id est, passiones salutares, quas Paulus appellat passiones Christi, libenter feram) & nomen dñi inuocabo.

Impiorum calix.

Hūc sensum si sequmur, calix impiorū, hoc uersu nō ipsa eorū doctrina erit, ut supra diximus, sed uerbū dei prænūciās eorū uastitatē, ignem, sulphur, spiritum ꝓcellarum. Et ne longe discordēt oīa: Calix eorū est, impietatis doctrina, & omne malū, quod ipsa facit, cōburēdo, uastando, inquietādo animas eorū, certa dei definitione & uerbo scripturæ, pronūciata, denūciata, parata.

Pars usu scripturæ.

Pars, more scripturæ, non Philosophice significat particulā, ut cōtra totum distinguat̄, sed idem est, quod sors, hæreditas, portio: quod olim hæreditates in tribus duodecim distributæ sunt. Sic illud: Dñs pars hæreditatis meæ, & calicis mei. Et portio mea dñe in terra uiuentiū. Et Hiere. in Treñ. Pars mea dñs, dixit aīa mea. Atq; huic calicis & partis significationi assuescī oportet, ꝓpter scripturæ sanctæ usum. Est ergo sensus: Impij hæreditabūt, id quod eis præfinitum est a deo, nempe pluuiam carbonū ignitorum & sulphureorū, & spiritū procellarū, hoc est, impietatē, & mercedem impietatis, uastitatē & contritionē spiritus, & inquietudinē sempiternam.

Quoniam iustus dñs iustícias dilexit, æquitatem uídit uultus eius.

Hieronym⁹: Rectū uidebit facies eius (si caret mēdo codex) De rectitudine & æqtate abūde dictū est psal. vij. &. ix. Et hic incertū est, an masculino gñe rectum ꝓ rectos Synecdochice, & iustos ꝓ iustícias, dicēdū sit. Verū parū habet hoc momēti, q̄ respicit iusticiā & æquitatē, etiā iustos & æquos respicit.

Cōcludit ergo Propheta psalmū, aduersus præsumptionē impiorū, dicens: Homo iudicat inique, & impios laudat, uerū dñs est, qui non fallit̄ specie, nec mouet̄ magnitudine, aut multitudine iniquorū, tenax & amās est iusticiæ, & facies eius ad rectos corde respicit: Ideo nihil est, q̄ sibi impij coram eo præsumant, & pios ab eo contēni sperēt: Aliud uultus eius uidet, & aliud uultus hominū, diuersissimi immo aduersissimi sunt cōspectus dei & cōspectus hominū: Quod in hoc altū est, in illo abominabile est, ut Christus ait:

Psalmus

IN PSALMVM XI.

PSALMVS VNDECIMVS, HEB. DVODECIMVS.

Ad uictoriam super octauam psalmus Dauid.

De octaua seu ogdochorda cithara, psalmo. vj. abunde dictum.

SALVVM me fac domine, quoniam defecit sanctus, quoniam diminutæ sunt ueritates a filijs hominum.

IRATA charitas hoc psalmo loquitur, quã zelum dei dicimus. Sicut Apõ Irata charitas hoc psalmo loquitur.
solus. ij. Cor. x. eodẽ affectu loquitur: Aemulor uos æmulatione dei. Loquitur autem in eos qui in populo dei, ministerio uerbi, præsunt, & sua cũ magna per nicie animarum, p dei uerbis, docẽt, abusi potestate docẽdi, deprauãtes ẽp pu ram & syncerã legis diuinæ doctrinam. Quales Dauid suo tempore & passus est, & tẽpore aduenientis Christi futuros præuidit. In quos Christus Mat. xxiij. inuehitur, dicẽs: Væ uobis scribæ & Pharisæi, hypocritæ, qui clauditis regnum cœlorum ante homines: Vos enim nõ intratis, nec introeuntes sinitis intrare. Et Lucæ. xj. Væ uobis legisperitis, qui tulistis clauẽ scientiæ (id est potestatem docendi) uos non intratis, & eos qui intrabant, prohibuistis.

Quo patet, non de hæreticis agi, nec de persecutoribus hoc psalmo. Nisi hæ reticos censeri oportet eos, qui cerimonijs, & a se repertis opusculis bonis, ho minum capiunt animas, fide dei (quæ una docẽda est) neglecta: quales hodie sunt, magisq futuri sunt, si mũdus durabit, Iurisperiti, Theologi, religiosi, pon tifices, humanis scietijs & traditionibus, id est, tã speculabilibus, ẽp moralibus suis perditis & perdẽtes. Nec hoc solum indignatur Propheta, q sint tales ma gistri uilissimi, sed q tã multi sunt & soli, ut nullus ferme sit reliquus, qui recta doceat: quo indicat psalmũ ipsum, ad perditissimum aliq d seculũ pertinere, quale fuit tempore Christi, & nũc est nostro. Ideo tãto æstu exorditur, dicens, Saluũ me fac dñe, qm defecit sanctus. Ac si dicat illud Michææ. vij. Væ mihi, quia factus sum sicut qui collegit in Autumno racemos uindemiæ, non est bo trus ad comedendum, præcoquas ficus desyderauit anima mea: Perijt sanctus de terra, & rectus in hominibus nõ est, omnes in sanguine insidiantur, uir fra trem suum ad mortem uenatur: Malum manuum suarum dicũt bonum, prin ceps postulat, & iudex in reddendo est, & magnus locutus est desyderium ani mæ suæ: Et cõturbauerũt eum q optimus in eis est quasi paliurus, & q rectus, quasi spina de sepe &c. Quibus uerbis non modo idem quod hic psal. sentit, sed & speciem simul taxat eorũ, qua hæc mala uestiunt & bona uideri uolunt, in spiritu enim loquitur, quẽ fide sola intelligi oportet. Agitur enim hic illud Prouer. xx. Sicut aqua p funda, sic cõsilium in corde uiri, sed homo sapiens ex hauriet illud. Multi homines misericordes (id est sancti, seu homines gratiæ & uiri misericordiæ, quales tñ non sunt) uocantur: Fidelem autẽ uirũ (id est, fide, ac reuera iustum, seu misericordẽ) quis inueniet? Adeo scilicet species regnat, & p funda est aqua ista consilij & affectus eorũ, quã non nisi sapiens exhaurit (id est, quos nõ nisi uere iusti queãt discernere) cæteris oĩbus per speciẽ & mul titudinẽ magnitudinẽq falsis. Et hæc p ditio multitudinis discrutiat Prophetæ huius spiritum, ut sic exclamet, & sine ulla præfatione, aut captatione beneuo lentiæ inchoet, & deum imploret pro salute populorum.

Querela zee losi. Species tẽ gnat.

Hebræus absolute habet הושיעה Osia, id est salua, seu da salutẽ, nõ salua me fac. Vehementius autem sonat: Salua, seu da salutem, q̃ saluum me fac. Sicut & uernacula nostra affectu pereuntis, ac iam morientis, dicitur: hilff herr durch barmhertziger got. Vbi omissa præfatione in præsentiam periculi intentus lidissime clamãt & inuocant. Sic & Propheta pereuntis populi affectu ardens, sine præfatione erumpit, ualida oratione dei auxilium, implorans.

Sanctus hoc loco חסיד hasid est, quem psal. iiij. Hieronymus misericordem transtulit. Mirificauit dominus sanctum suum, id est, misericordiam consecutum, seu gratia dei iustificatum, qui in fide seruatur, nõ in operibus & uiribus suis, nec hominum ullorum.

Veritates diminutæ sunt a filijs hominum, id est non sunt inter homines ueritates, id est fidelitas. Hebræa lingua potest dicere plurali numero, nõ sunt in hominibus fides, sicut & deus salutariũ nostrorũ, ubi nos deus salutis nostræ, & inter homines nõ est amplius fides, dicimus, sicut dicitur: Nusq̃ tuta fides. Neq̃ ueritas plurali numero in usu est. Quod dico, ne quis diminutas ueritates intelligat a filijs hominũ, quasi filij hominũ diminuerint ueritates, quanq̃ hoc uerum sit, sed q̃ præpositio, a, debet exponi per, inter, uel de, uel ex, ut sit sensus ille Isa. lvij. Iustus perit, & non est qui recogitet in corde suo, & uiri misericordiæ colliguntur, & nõ est qui intelligat: A facie enim malitiæ collectus est iustus. Et quod ex Michea retulimus: Periit sanctus de terra &c. Vult enim dicere non esse amplius fidem in hominibus (quæ hebræis cum uocabulo ueritatis consonat) & uiros qui gratia iustificantur desisse, abundare uero iusticia rios hypocritas, qui suis uiribus, suis operibus, suis legibus, suis meritis sese & omnes alios perdant, magno titulo & nomine salutis.

Abundant hypocritæ.

Hyperbolen facit uehementia affectus, nõ enim aliquando non sunt sancti & fideles Christi in terra, & tamen dicit: Defecit sanctus, finiti sunt iusti, consummati sunt deo grati. Qua figura & uulgo hodie oẽs querũtur: Non esse in hominibus ullam fidem, & oĩa fraudulẽta geri. Quæ infidelitas, testimonium est & argumẽtum interioris fidelitatis extinctæ, sic ex fructibus arbor cognoscitur. Qui enĩ fidelis deo est, & hominibus fidelis est, sine fide enim & gratia dei, impossibile est hominem nõ quærere, quæ sua sunt, id est, infidelem etiam hominibus esse. Vnde Micheas. vij. cum dixisset, non esse rectum in hoibus, mox & fructus malæ arboris p̃secutus dicit: Nolite credere amico, nolite cõfidere in duce: ab ea quæ dormit in sinu tuo (Ecce periphrasin uxoris) custodi clausura oris tui, quia filius cõtumeliã facit patri, & filia cõsurgit aduersus matrem suam, nurus aduersus socrum suã, & inimici hominis domestici eius. Et impij cum tales sint, nihil minus tamen esse & uideri uolunt.

Quererequæ sua sunt.

Vana locuti sunt, unusquisq̃ ad proximum suum labia dolosa: in corde & corde locuti sunt.

Distinctio uersus hebræi est post, dolosa. Quæritur ergo, q̃ pertineant grammatica Syntaxi, labia dolosa: Non enim, labia dolosa locuti sunt, sed locuta sunt, dicendum erat, si nostri textus distinctio seruanda fuit: Nisi dixeris, q̃ locuti sunt labia dolosa, in accusatiuo figuratiue, pro eo quod est, locuti sunt uerba dolosa, quæ labijs proferuntur. Poterat sic reddi: Locuti sunt labijs dolosis. Puto ambiguitatem hic libertatem quoq̃ parere, ut possimus uersum in tria membra partiri, hoc modo hebræum reddendo: Vanum locuti sunt, uiri cuiusq̃ proximo suo labium blanditiarum, corde & corde locuti sunt, hoc est, quilibet

quilibet Doctor uana docet, & est unicuiq; uiro, ad proximum suum labium blandum, & duplici corde loquuntur.

Vana prædicantes.

Primum, uana loquuntur, id est, fruſtranea, ut quæ nō prosunt ad salutem, quæ tñ ipsis (ut sæpe diximus) utilissima sola & saluberrima uidentur, q̄p enim hic non de uaniloquio priuato & confabulationibus, sed de ministerio uerbi loquatur exsequentibus patebit, ubi eloquia domini opponit his uaniloquis mentium deceptoribus. Et illud: Vnusquisq; ad ꝓximum suum labia dolosa, hebræo tropo usitato dicitur. Sicut illud Canticorum. iij. lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiūt, uir, gladius eius super femur suum, Ita hic: Vana locuti sunt, uir ad proximum suum labium blāditiarum, quod nobis dicendum est, Et uniuscuiusq; ad proximum suum labium blandum, hoc est, quilibet blāditur proximo suo, dum non dicit uerbum crucis uere, alioquin uana non persuaderent, nisi blanda & placentia loquerentur. Nam q̄d hic dolosa ponitur, & psalmo. v. dolose agebant. Hieronymus illic reddidit: Et linguam suā læuificant, in est, mollem blandam, adulatricem faciūt. Hi sunt, qui homines pruriunt auribus, quos ex emplo huius psalmi Paulus non aliquot, sed aceruandos esse, prædixit, id est, multiplicādos, ut deficiant sancti. De quibus abunde dictum psalmo. v. & ix. Nec tñ satis dici potest, adeo profunde malus est affectus naturæ, præsertim in rebus his spiritualibus & quæ ad deum pertinent, non eni est subiecta prudentia carnis deo, sed nec potest, ait Apostolus Ro. viij.

Vir tropo hebraico est unusquisq;

Corde & cor de.

Corde & corde potest referri ad eādem personam, ut his dicatur duplici corde loqui, q̄ aliud sentit & aliud fingit, quo modo hic accipi permitto. Verum ego ad diuersas ꝑsonas refero, quia sicut uerbo dei syncero facit Christus habitare unius cordis in domo, psal. vij. Et habitare fratres in unum, psal. cxxxij. Et credētium cor est unum, & anima una in dño. Act. iiij. Est enim una fides, unus dñs. Ephes. iiij. Ita ecōtra apud impios, q̄bus uera & unica fides deest, impossibile est, ut uno corde sint, sed necesse est partium studia, factionesq; inter eos abūdare. Nunq̄ enim orta est secta, ex qua nō mox aliæ sint natæ. Sic syna goga tēpore Christi habuit Pharisæos, Zaducæos, Essæos. Arriani peperērunt, Ennomianos & Macedonios. Donatistæ, Maximianistas. Et hodie Aristoteles, Scotistas, Thomistas, Occanistas. Sic Apostolus heb. xij. Varijs & peregrinis doctrinis nolite abduci. Qui alibi eos omni uēto doctrinæ circumferri, & semper discētes, nunq̄ ad ueritatē peruenientes, scribit. In his oībus nunq̄ est unum cor, & si in hoc cōueniant, ut omnes uana loquant̄, & quisq; suæ factioni blandiāt̄, suas opiniones, dogmataq; corroboret. Quare diuisionem istam sectarum per diuisionē cordis intelligēdam puto. Sicut Daniel. xj. Cor duorum regum ad unam mensam mendacium loquentium describit.

Sectæ sæcundæ sunt.

Ideo & plurali numero loquitur, ne de una aliqua solum secta loqui intelligatur, cum psal. ix. Antichristum ferme singulari numero expresserit. Et Epitasis est, In corde & corde, quia sēm faciem aliquando conueniunt, scilicet, contra ueritatem. Sic psal. ij. Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in unum aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Qui tamen inter se diuersissimi Pharisæi, Zaducæi, Romani, Gētiles & alij fuerūt. Hoc Sampson in uulpibus ostendit, quarum caudas coniunxit faciebus in diuersa uersis. Vulpium enim facies, est impiorum cōditio apud deum & spiritu cognita, ubi sunt factiosissimi, Cauda est extremitas, & qua ꝑsona sunt in oculis hominū, ubi conueniunt in unum in igne persecutionis ad perdendas segetes terræ,

Sectæ plures cōueniūt contra ueritatē.

id est, doctrinæ & operum fidei, seu spiritus uastationem. De his & Oseæ: uisum est cor eorum, nunc interibunt. Cum præmisisset, sc̃d'm multitudinem fructus multiplicauit altaria uitis Israel, id est in sectas diuisa est. Hoc est quod Prophetam exclamare coegit sanctum deficere. Quod multæ essent sectæ & tamen omnes cõtra ueritatem fidei deuorãtes uniuersum populum dei. Quis omnibus resistet, quando uni uix resisti potest? Sic Ecclesia & hodie hãc sectis quotidie nouis repertis, ueteribusq; auctis, in minutissimas partes conscissa, interim charitatis unitate prorsus neglecta.

Hodiernæ Ecclesiæ status.

Disperdat dñs uniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam.

Scilicet, nisi deus dissisperdat, locustas, erucas, bruchos istos, ut Ioan. j. uocat, frustra pugnat sanctorum industria. Et aptius dixisset interpres (quandoquidem per uerbum hebræum, licuit) Excidat dominus. Solent enim linguæ & labia excidi. Alioquin (ut Iacobus ait) nullus hominum linguã domare potest. Sed spiritualem excisionem imprecatur, quæ est, ut mutatis impijs, aut ab officio motis, aliud doceant, ueram scilicet, crucis sapientiam.

Cur non fuit satis dicere: Labia dolosa (id est, leuia & blanda) sed addit uniuersa? Nisi q̃ ad multitudinem factionum respexit, non unius tm̃, sed uniuersarum labia & blanditias petens disperdi, cum uniuersæ uanæ loquãtur. Recte interpres coniunctionem, &, adiecit, quæ in hebræo non est. Et linguã magniloquam, quod hebraice duobus uocabulis dicitur: Locutricem magnorum, quod non tantum de rebus magnis (ut iactare solent impij) intelligitur, sed, & de superbia, qua piam doctrinam cõtemptim opprimunt, & suam cum gloria statuunt. Velut caudam uulpis interpreteris, quæ magna est & pilosa, minime tamen corpulenta & carnosa, plusq; toti corpori, præsertim capiti cõgruat: Ita impietas maior in specie & pompa, q̃ re ipsa. Quæ bestia, dolis & astutia insignis, nõ frustra in scripturis assumitur, in argumentum prudẽtiæ carnis astutissimæ & dolosissimæ, quæ in rebus sacris & ministerio uerbi omnia monstra perpetrat in scripturis prædicta.

Cauda uulpis. Es ist eyn fuchs schwantz.

Qui dixerunt, linguam nostram magnificabimus, labia nostra a nobis sunt, Quis noster dominus est?

Explicat, quæ sit, & quid dicat lingua magniloqua, scilicet, quæ superbissime & contemptissime in piorum doctrinam loquitur. Primo, magnificemus, id est roboremus, stabiliamus, confortemus nostra dogmata, econtra: Dirumpamus uincula eorum, & proijciamus a nobis iugum illorũ, destruamus, quæ pij ædificãt, linguam eorum infirmemus & compescamus, nobis attrahamus populos, populiq; principes. Non q̃ cõtra pios sese agere putent, sed obsequium deo præstare sibi uidentur, si linguam suam magniloquam & dolosam roborent, inq; multos propagent, tanq̃ sincerã & humilem. Ita, ut solum deum hic iudicem habere oporteat.

Deinde: Labia nostra a nobis sunt, quod Hieronymus, Nobiscũ sunt. Aug. Apud nos sunt. Ego uellẽ dicere: Labia nostra, nostra sunt, ut Emphasis sit in posteriore pronomine, Nostra, quo intelligatur iactantia potestatis, & clauis sciẽtiæ. Ac si dicant: Nemo audiat alios præter nos, nos sumus magistri populorum, nostra audire oportet, & (ut in Ecclesia turgent inflati põtifices, pontificumq; Bullæ) nostrum est interpretari scripturas, nostrum condere leges, nostrum

In magistros nostros.

strum probare & damnare, cuiuscunq; dicta & scripta, uel sola potētia clauis.
Vr sic per pronomen, Nostra, significētur impij, omnibus adimere facultatem
docendi, iudicādi, dicēdi, & sibi solis rapere ac uendicare, etiā si sint iuxta indo
ctissimi & impijssimi oium. Quod ego tribuerem & nostri seculi hominibus,
nisi illis deesset species & cauda uulpis. Nā inscitia & impietas eorū est oībus *In pontifices.*
manifesta, nec apparet uel pilus huius caudæ, id est sciētiæ & sanctitatis, præter
nomen & opinionem uulgi, qua tamen fortius confidunt, q̄ ulli fecerunt, qui
speciosissima, tum scientia, tum sanctitate fulserunt. Vnde non parū peius no
stro seculo habet Ecclesia, q̄ hoc uersu dicitur, ubi mera ui, & tyrannide nulla
adhibita specie negātur labia esse piorum. Sic ad Christum docētem Mat. xxj.
dixerunt: In qua potestate hæc facis? quasi dicerent: Nō tua, sed nostra sunt la
bia, nostra potestas docendi. Et Act. v. Præcipiendo præcipimus uobis, ne in
nomine isto doceritis. Sic sacerdotes Anatot Hieremiæ, sic Achas Esaiæ, sic Amos
Amasias, & oībus prophetis, fecerūt, prohibētes loqui, tanq̄ quorū nō essent
labia & potestas docendi. Cōtra quos ueri Prophetæ, cum nō negarēt eorum
esse potestatem, dicerent aūt eos errare & male docere: Oppossuerūt argumen
tum præscriptionis & potestatis simul, dicentes (Hiere. xviij.) Non peribit lex
a sacerdote nec consiliū a sapiēte, nec sermo a Propheta. Eadē prorsus forma, *Argumētum*
qua hodie arguunt, ex multitudine Doctorum, ex magnitudine auditorum, *modernorum*
ex longitudine temporum, ex indefectibilitate fidei Petri, ex ritu uniuersalis
Ecclesiæ, id est, eorū qui sua audiunt. His omnibus inflati dicunt: Nostra sunt
labia & prævalent, cum his speciosissimis plausibilissimis q̄ rationibus popu
larem sensum facile capiāt, sicut olim populum capiebant, hæc tria, lex in sacer
dote, consilium in sapiente, & sermo in Propheta.

Quis noster dñs est? Non hoc dicunt impij, q̄ negent se habere dñm deum,
quem unice iactant aduersus pios, cuius titulo & sua colorant & piorum bla
sphemant: Sed, q̄ pios nolint sibi præferri & audiri, potestate docendi sibi tan
tum arrogata. Habet q̄ista oratio interrogatiua insignem inflatissimam q̄ con
tentionem, qua sibi & suis fortiter persuadent, sese recte agere, & pios accu
sant magnæ temeritatis, hoc modo: Ecce nos diuinitus positi pastores populi *Verba magi*
& pro eis rōnem reddituri, soli potestatē habemus docēdi, & ea quæ dicta sunt *strorū nostro*
a quocunq; iudicādi, quos oportet ab oībus audiri, & nos nullos audire, quia *rum.*
ubi est (ut dicunt) maioritas, ibi est mandādi autoritas, certos uero manet obe
diendi necessitas: Hic uero nouus propheta, in cœlū ponens os suū, nosq̄ do
cere paratus, detrahit potestati, estq̄ irreuerētialis suis maioribus (sicut hodie
loquimur) nō habet satis nec audisse, nec obedisse, nec cōtētus alios nobis sub
trahere, etiam super caput nostrum uult ascēdere, nosq̄ discipulos suos facere
& plane nr̄i dominari: Nos ergo ista ferimus? hūc patiemur nobis dominari?
ille nobis leges statuet & modum præfiget? Et sicut Iudæi Ioan. viij. ad cæcum
natum dixerunt: Tu doces nos? Et psal. iij. Quis ostēdit nobis bona? Et Geñ.
xxxvij. fratres Ioseph ad deum: Nunquid rex noster eris, & subijciemur ditio
ni tuæ? Hac inq̄ turgētissima & immanissima superbia Moab iste, superbiæ &
temeritatis accusat piorū humilima, pro uerbo dei, studia, interpretans id fieri,
dominandi & potestatis minuēdæ aut opprimendæ gratia. Aut enim nihil ue *Nūciū ueritā*
ritatis est dicendum magnatibus, & offendetur diuina maiestas, aut si dicetur, *tis necesse est*
nō ueritatis dictæ gratia, sed læsæ maiestatis & imminutæ potestatis crimen ob *offendere.*
tinebitur. Adeo necesse est, ueritatis nuncium semper offendere, uel deum uel
magnates homines. Idē ergo est dicere: Quis nr̄ dñs est. Ac si dicāt, desine tu

uelle nos docere, & noſtra non audire, aut damnare, ne uidearis nō tam magiſter q̄ dñs noſter uelle fieri. Sic Amaſias (Amos. vij.) miſit ad regē Iſrael, dicēs: Rebellauit contra te Amos in medio domus Iſrael, nō poterit ſuſtinere terra uniuerſos ſermones eius, hæc enī dicit Amos: In gladio morietur Hieroboam &c. Ecce rebellionis reus & uſurpati dñij ob ſolā ueritatem prædicatā. Quid hodie fieret ſi ueritatem Theologi (ſicut debent) palam profiterētur?

Impij recuſāt deo ſubijci.

Simul tamen uerum eſt, impios recuſare ſimpliciter etiam dei dominium, & ſi cōtrarium fortiter ſimulant. Primum, q̄ omnis ſuperbus & prudens ſua dentia carnis deo ſubijci non poteſt. Deinde cum nuncios uerbi dei reiiciunt, & confundunt, ſimul deum reiiciunt, qui miſit eos. Sicut Chriſtus ait Matt. x. Qui uos recipit, me recipit, qui me recipit, recipit eum qui me miſit. Et. j. Reg. viij. Non te, ſed me abiecerūt, ne regnem ſuper eos. Hoc modo Hiere. v. dicit: Negauerūt dominum, & dixerunt, nō eſt ipſe, neq̄ ueniet ſuper nos malum, gladium & famam nō uidebimus. Ita fit, ut ſimul pertinaciſſime iactent ſe habere deum pro domino, ſimul immaniſſima ſuperbia eum abijciant in ſeruis ſuis & uerbo ſuo. Atq̄ ita ſpecies humilitatis apud eos, ſuperbiæ apud pios ſot titer patens, mouet ſtultum uulgum ad odium pietatis. Quare in ſpiritu Propheta nos iubet impios inſpicere, ibi enim, quia ſuperbi uerbum crucis cōtemnunt, dicunt: Quis noſter dominus eſt? quātumlibet foris ſonent ad laudem dei: Soli deo gloria, &, In nomine domini &c.

Propter miſeriam inopum & gemitum pauperum, nunc exurgam dicit dominus, Ponam in ſalutari, fiducialiter agam in eo.

Ex iſto uerſu duos fecimus. Pro miſeriam aptius fuiſſet interpretatus, uaſtitatem, ut ad uerſum primum referatur, ubi ſanctos defeciſſe, & ueritates diminutas, ſeu finitas, hoc eſt, uaſtatas eſſe dixit, uſq̄ ad reliquias iſtas, ꝓpter quarum gemitum dicit ſe ſurrecturum, atq̄ ideo non omnes ſanctos defeciſſe certum eſt, & hyperbole manifeſta in uerſu primo, apparet.

Conſolatur itaq̄ ſeipſum Propheta, promiſſione dei, in fide, certus q̄ ſuperbiam contemptricem uerbi dei & uaſtitatem ſanctorum & ueritatis, ſit uiſitaturus & populum ſuum ſeruaturus, ut ſequentia oſtendent. Sæpe iam dictum eſt ſanctos dei עניים אביונים Aenym & æbionim, id eſt, pauperes & inopes dici in ſcripturis, ob quam perſonam maxime contempti ſunt ſuperbis, & ſpecti de affectata poteſtate & magiſterio ſuper eos, & odibiles ob rebellionē, irreuerentiam & inobedientiam, ut dicunt. Exurgere dominum. pſalmo. iij. dictum eſt quid ſignificet, ſcilicet effectum ſalutis oſtendere. Exurge domine, ſaluum me fac deus meus. Sic & hic: Exurgam, & ponam in ſalutem. Nec ſine pondere adiectum eſt, dicit dominus, quo promiſſio diuina commēdatur ad excitādam fidem & ſpem noſtram in afflictione eiuſmodi. Nihil enim præ cioſius in tota ſcriptura, q̄ promiſſio dei, quæ niſi eſſet, nec operationi, nec fidei, immo nec uitæ, nec ulli rei locus eſſet. Promiſſio enim dei ſuſtentat, & ſolatur nos in omni anguſtia carnis & ſpiritus.

Promiſſio dei pꝛecioſiſſimū in ſcriptura.

Hiero. ſic dicit: Ponam in ſalutari auxilium eorum. Quo miror, quid uelit, cum auxilium eorum, mihi hebræus non uideatur habere, & ipſe idem uocabulum pſalmo. ix. uerterit: Deſpicit. Ego non habeo quod tradam, ludam interim pro meo ingenio. Vbi nobis: Fiducialiter agam, hebræis eſt eadē prorſus dictio, quæ pſal. ix. dominabitur, uerſa eſt, ibi: Omnium inimicorum ſuorum

dominabitur,

dominabitur, ut eo loco diximus. Quare nõ potest hoc loco in prima persona dici: Agã fiducialiter. Demus ergo huic medio uersui sua duo membra. Prius hoc: Ponam in salute. Posterius illud: Loqtur ei, seu ad eum. Prioris sit iste sen sus: Ad hoc exurgã, ut ponam, seu erigam, seu statuam, salutẽ, hoc est firmam, stabilem, & quã nec portæ inferi queant cõuellere, parabo salutem, & sic salua bo, ut nemo mihi damnare, uastare, cõsummare sanctos meos ultra possit. Sic enim absoluta est oratio in hebræo: Ponã, id est firmiter statuam, firmum fun damentum iaciam, ero fundator. In salute, id est, ut fundatio ista nõ sit diuitia rum, aut rerum mũdi, sed salutis, ut qui in ea ponẽtur, salui sint in perpetuum, & nemo rapiat eos de manu mea. Quæ sentẽtia uera, fere similis est illi Isa. xx viij. Ecce ego mittam in fundamẽtis Zion lapidem angularem, q̃ crediderit, non festinabit: nisi q̃ breuior & obscurior est. Ac sine dubio de Christo loqui tur, qui fundamẽtum salutis est firmum, petraq̃ inuicta omnibus qui credunt in eum, cuius nomẽ etiam a salute uenit, qd' hic dicitur, אשוה בישע Aschith beicsa, ponam in Iesu. Cui per Antithesin opponi subaudiũtur impij, non po nendi, sed propellẽdi sicut uẽtus, nec in salute, sed in perditionem & ruinam, sicut domus super arenã fundata. Promissionis enim uerbum est hæc pars uer sus, consolans inopes & terrens impios, ut dixi. *Christus fundamẽtum credenti.*

Posterioris membri sensus erit iste, quem altera pars Isaici uerbi habet. Qui crediderit, nõ confundetur. Ita hic, loquitur ei, id est, despicit illos, & cum fidu cia loquitur uerbum crucis & fidei. Sicut psal. cxv. Apostolus Cor. iiij. inducit: Credidi propter quod locutus sum, & nos credidimus propter quod, & loqui mur. Fide enim saluati, & in petra Christo fundati animantur ad prædicãdum uerbum dei cum fiducia omni uolẽti credere, nihil metuẽtes, q̃tumlibet mul tas, ac potẽtes sectas hypocritarum, quod referente Luca Act. iiij. in Apostolis completum est. Qua fide qui carent, nec hiscere audent.

Quare hanc partem uersus obscurissimam breuissimamq̃ oportet tanq̃ spi ritus susurrium accipere, in aures Dauid acceptum, cui cũ gemeret pro uastatio ne populi & fidei, responsum est breui oraculo, quid nã deus in remedium eius mali cogitasset, scilicet hoc: Ponam in salute, loquitur ei. Hoc est, scito me ad uersus uastationẽ sanctorum id moliri, ut fidei ponã fundamentum Christum in quo ædificabo & saluabo Ecclesiam meam, contra quam illi nihil prœuale bunt, neq̃ aliquẽ credentem uastabunt, nec hoc contentus sum, erit enim ubi sic saluati fuerint, ut audeãt prodire in publicum, & loqui uerbum cũ fidutia, quo nõ modo sese tuebũtur, sed etiã suos uastatores, uastabũt, multosq̃ cõuer tent, qui se auerterãt. Et sic cõcordari iam omnia facile poterunt. Fiducialiter agam in eo, id est faciã eos fiducialiter agere in uerbo fidei. Quo modo Lucas in Actibus dedita opera usus uidetur hoc uersu, dicens. Act. ix. Paulum in Da masco fiducialiter egisse in noïe Iesu. Et. xiiij. Multo tempore demorati sunt, fiducialiter agentes in dño. Et. xviij. de Apollo. Hic cœpit fiducialiter agere in synagoga. Est eidem Lucæ propriũ, fiduciam prædicãdi uerbum dei commen dare: ut appareat eum, hũc uersum sibi hausisse assiduo uelut prouerbio. Quo autore pene moueor, ut credã uerbũ hebræum ירוח (qd' psal. ix. exposuimus significare, id qd' proferre, apparere, dominari, despicere, & hoc loco p Hiero. Auxilium esse, secũ meditari & loqui) oium proprijssime significare, fiduciali ter agere, qd' noster interpres posuit, cũ Lucas per fiducialiter agere, nõ aliud intelligat, q̃ uerbum cũ fiducia prædicare. Hoc est iuxta psal. cxv. credere & p pter hoc loqui. Atq̃ id idẽ est (licet obscurius & breuius) despicere, dominari, apparere, *Fiducialiter prædicare.* *Credere, & propter hoc loqui.*

apparere, meditari, loqui, auxilium nostrũ esse. Qua enim alia ui despicit dominamur, apparemus, meditamur, loquimur, auxilium habemus, q̃ uer fidei cum fiduciæ euãgelizato. Proinde sicut impius inimicorum suorum minatur, & cum fiducia cõtra eos loquitur uerbum suum: Ita pius fauorem minatur, & cum fiducia contra eos loquitur uerbum dei.

Virtus Eccle. est uerbũ dei.

Quibus iterum docemur, uirtutem Ecclesiæ, non esse aliam, q̃ uerbum quod uirtus dei est in salutẽ omni credenti. Ro. j. Et uirga uirtutis dei, sceptrum Sic Oseæ. j. Saluabo eos in dño deo suo (scilicet prædicato per uerbum) & non saluabo eos in arcu & gladio & bello, & in equis & in curribus. Quare iste sermo huius uersus sensus est, pijs aduersus impios dari duplex auxilium, scilicet

Pij aduersus impios habẽt, fidem, & uerbum.

fidem & uerbum. Fidem, qua saluantur ipsi. Verbum, q̃ uastãt impios, & multiplicant sanctos & ueritates in hominibus, quos illi uastarunt. Fides ãgit cum dicit: Ponam in salute, seu salutari, Verbum, cũ dicitur: Fiducialiter agam. in eum, seu loquitur ad eum (ut heb. habet) In quem & quis loquitur: nulla hic persona significaꝫ, adeo absoluta & generalis est sententia, ac si dicat: Ponam in salute, seu fide firmabo: Et ecce hoc ipso est, qui loquitur. Quamprimum enim aliquis credit, mox & loquitur Act. iiij. Repleti sunt spiritu sancto, & cœperunt loqui. Nec illũ cui fit locutio designat, propter eandem generalitatem. Loquitur ei, seu in eũ, scilicet impiũ, seu impios uastatores. Atq; ita posita fide, est qui loquitur & qui audit, sequiturq; fidei donum, tã locutio, q̃ auditio, qui bus duobus multiplicantur misericordia & ueritas. Obserua aũt & illud, q̃ pone re in salutem, est operatio solius dei, loqui aũt impio, cooperatio nostra est: Ideo, illud sibi, hoc homini tribuit, quod tñ ipsum nostra trãslatio deo tribuit, dum psona prima dicit: Fiducialiter agã. Vide ergo q̃ breue, obscurũ, plenũq; uerbũ sit, hic medius uersus. Cõueniebat aũt, ut cõiũctio, &, interponeret sic: Ponam in salutari, & loquitur ei, pro utitando hebraismo.

Similem sententiam psal. cix. tractat: Quid detur tibi? aut quid apponetur tibi ad linguam dolosam, scilicet quæ facit, ut deficiat sanctus, & ueritas in hominibus? Respondet: Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus iuniperorum, id est uerba Euangelicæ gratiæ, cum exemplis antiquorum patrum, qui Euangelio consonant. Scriba enim doctus in regno cœlorum, profert noua & uetera. Et Christus cibat turbas, quinq; panibus legis Mosi expositæ in spiritu, & duobus piscibus, id est, patrum exemplis eadem spirituali lege mortificatis & geminæ charitatis igne assatis. Verum nemo ordinis obliuiscatur, q̃ prius est credere, & ardere, q̃ docere & lucere, si modo cum fructu & fiducia uelis docere. Sine fide enim salutis uerbum non docebitur. Tempore persecutionis credidi, inquit, propter quod locutus sum.

Prius est ardere, q̃ lucere.

Eloquia domini casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum.

Per Antithesin & contentionem hæc accipienda sunt, qua uerba hominum & uerba dei componit: illorum uana, blanda & uaria, quibus tamen non casti ficantur, sed magis polluuntur in spiritu, per quæ deficiunt misericordia & ueritas in hominibus. Dei autem, casta, pura seu munda, tum aspera, sed proba, si delia & solida, quibus mundantur homines, & rursum multiplicantur misericordia & ueritas, uastanturq; uanitas, dolus & discordia.

Verba hoim & uerba dei qualia

Aperit

Aperit autē hic uersus Allegoriā argenti, qua & utitur in paradigma, uo/
cans eloquia domini, argentū examinatum, probatū, purgatū septuplum, Cū
reuera in oculis impiorū, uix scoria peripsima & purgamenta mūdi sint, qui/
bus se inquinari & dehonestari arbitrantē. Sic contra, uerba eorum, uana, blan
da & uaria esse pronūciauit, quibus perdunt misericordiam & ueritatem, quæ
illis lōge aliud uidentē: utrobicp in spiritu loquutus. Nō aūt eloquia dñi tantū
ea quæ in libris scripta sunt intelligit, sed multo maxime quæ uoce proferun/ Eloquia dei
tur. Sicut de impiorū uerbis, dixit: Vana locuti sunt, & labium blandum uni/ quæ sint.
cuicp ad proximum suum, & diuiso corde locuti sunt. Ita non scripturam dei,
sed eloquia dei, potissimum casta uocat. Non enim tantum nocet, aut prodest
scriptura quantū eloquium, cum uox sit anima uerbi: nec est necesse, eloquia
domini tantū ea intelligi quæ de scripturis in uocem assumuntē, sed quæcunc
deus per hominem loquitur, siue idiotam, siue eruditum etiam citra scripturæ
usum: Sicut in Apostolis locutus est, & adhuc loquiē in suis. Quare eloquia
domini sunt, quando dominus loquitur in nobis, non autem quando scriptu/
ram quilibet adducit, quod etiam dæmones & impij possunt, in quibus tamē
deus non loquitur, nec iam sunt eloquia dei, sed spuma eloquiorum dei, sicut Spuma elo
scoria argenti. quiorū dei.

Igitur remedium salutis, aduersus uastatores inopum, & consumptores san
ctorum in terra, est uerbū dei, cōtra uerbū hominum suscitatū. Quod cum sit
purissimum, sicut argentū defecatum, probatum, & septies purificatū, purifi/
cat, consolidatcp, ac probat cor hominis, faciens sibi simile, ut nihil sapiat quæ
sua sunt, & super terram, sed quæ dei sunt, & in cœlis.

Verbum aūt hominū scoria & argenti huius spuma, specie aliqua argentū Verbū homi
mentitur, sed uanū, deinde nō solum non mundū, sed ipsa immundicia est, cū num.
sit purgamentum argēti: hoc est, eloquia dei simulāt se docere, cū omisso eius
puro, uero, germanocp sensu potius spumam, seu scoriam, reliquamcp fecem
doceant: Quæ ut est ipsa immundicies, ita nihil mundat, nec probatum fidele
ue facit. Sic Isa. j. Argentum tuum uersum est in scoriam, & uinū tuum mixtū
est aqua. Exemplo aliquo id mōstremus. Non occides, nō mœchaberis, & si/ Nō occides.
milia eloquia dei (ut taceā cerimonias humanas) si sic doceas, ut nō occidisse,
nec adulteratū fuisse quencp dicas, nisi patrato opere ipso occiderit, aut adul/
teratus fuerit, scoriam impuram, uanam, uagam pro solido, probo, purocp ar/
gento docuisti, cum spiritu & uoluntate opus homicidij & adulterij interim
affecta et, & ab alijs factum, nō doleat, nec arguat, sed rideat, uel cantet potius:
Sicut est mos, immo mors cōmunis hominū, quo omnes sunt uiri sanguinū.
Ecōtra, si orantē, ieiunantē, aut quodlibet opus bonū secundū facti substātiā Deū colere.
(ut nūc loquuntē) operantē, doceas dei cultorē esse & sabbatū seruasse: Iterum
doloso labio, scoriā pro argēto docuisti, cū hæc omnia uel inuito corde, uel sui
cōmodi affectu, hoc est, sine spiritu fecerit, ac per hoc non fecerit, sed uir dolo/
sus inueniat, sicut & hic mos siue mors est hominum cōmunis, quo sunt uiri
dolosi, nō solum nō arguētes ista, sed pro uirtutibus iactantes, cantātes, glori/
antes. Ac per hæc iam deficit sanctus, finiturcp ueritas in hominibus. Lex enī
spiritualis est, ideo his uanis labijs & dolosis non docetur, sed extinguiē poti/
us. Similia de omnibus alijs quilibet obseruet in tota scriptura.

Apte aūt hic uersus sequitur præcedentem (ubi dixerat: Et loquitur ei) de/
monstraturus quis, & quæ loquatur, nempe deus sua eloquia mūda. Et, ut ad
grāmatica ueniamus, non est in heb. casta ꝓprie, sed mūda, licet Metaphorice,

castum

caſtum, pro mundo ſæpius accipiatur. Nec de munditia grammatica loqua-
tandus, quanꝯ & hæc nō deſit eloquijs diuinis: nec de ſenſuali, aut morali
ſæpius de rebus fœdis, ac pudendis (ut uidetur) tractet. Sed de Theologica
affectuali, qua hominē ſimilem ſibi factura, ab impuris affectibus ſola purga-
quibus nemo fœdius polluit hominem, qꝫ humani doloſi doctores, iuſticiā
am docentes, & immūdos affectus etiam augentes inſuper & inflantes, ut de
ſordibus ſuis glorientur, nedum purgentur. Nō enim mundatur ullius cor, ni
ſi uerbo dei, fide ſuſcepto. Actuum. xv. Fide purificans corda eorum. Et pſal-
mus. xviij. Lex domini immaculata cōuertēs animas. pſalmo. l. Aſpergis me
domine yſopo & mundabor.

Igne examinatum. Noſter adiecit, igne. In hebræo tantūmodo eſt: Argentū
ſubl matum, ſeu liquatū, ſeu probatum: quod quia per ignem fit, adiecit interp
pres lucis gratia. Probatum terræ, omnes fere uolunt græce dictum, dicentes
probum ſyncerumqꝫ terra, ſeu a terra: ſicut dicitur mūdus a ſanguine. Et Hie-
ro. trāsfert: ſeparatū a terra. Vbi terram uaria tropologia tractant. Verum ego
proꝛſus hic cæcutio, certum eſt, terræ in hebræo eſſe datiui caſus, qui transfert
poſſit ad terram, melius, qꝫ a terra. Deinde Reuchlin dicit עלי ælil (quod no
ſtri probatum tranſtulerunt) eſſe uaſculi nomē, in quo liquantur metalla, cui
additur præpoſitio, in, quaſi ſic uertas hāc partem. Argentū liquatum in liqua
torio terræ, ſiue ad terrā, quod ſonat in rem, & ad uſum terræ, hoc eſt, quo utan
tur, qui in terra ſunt, ſcilicet homines. Quæ ſi uera eſſent, opinari liceret pro-
phetam a re argentariorum ſumpſiſſe Allegoriam (ſicut fere fit in prophetis
omnibus) & myſterium eius in eloquijs dei luſiſſe.

Argentum enī nullius eſt uſus in terra, niſi liquetur, & ꝓbetur, primum, ut
argentum terræ, diſtinguas ab argēto fouearū, uenarum, & minerarū. Liquari
autem ad hunc uſum nō poteſt, niſi per ignem, nec per ignē, niſi in uaſe.

Argentū in uenis. Harum rerum nunc reuelemus Allegoriam. Eloquia dei in craſſa littera
& ſenſu carnis circa crucis ſenſum dicta, aut ſcripta, argentum eſt in uenis. Si-
cut Iob. xxviij. ludit: Habet argentū, uenarum ſuarum principia, aut repoſitū
in maſſa rudi. Sicut Dauid figurauit, quādo Salomoni omnes præparabat im-
penſas ad templū ſtruendū. Sed nihil utilitatis eſt hominibus terrenis in iſto
thezauro abſcondito, ut Eccleſiaſt. ait. xx. Sapientia abſcondita, & thezaurus
inuiſus, quæ utilitas in utriſqꝫ? donec proferantur in medium, & impugnanti
bus impijs, hæreticis, dæmonibus probentur. Credētes autem ſunt uaſculum
iſtud fictile liquatoriū, in quo portat thezaurus iſte, ꝓbaturqꝫ, quia certamē
forte dedit ei, ut uinceret, & ſciret qm̄ omnium fortior eſt ſapientia. Sap. xvj.
Sic autem probato per ignem uerbo dei, & fideli inuēto, multis prodeſt homi
nibus per prædicationem eorum qui probati ſunt. Hoc Apoſtolus. j. Cor. xj.
tetigit, ubi dixit: Oportet hæreſes in uobis eſſe, id eſt, ignes liquatores, ut qui
ꝓbati ſunt (id eſt, uaſcula in quibus argētum eloquiorū dei exerceā) manifeſti
fiant inter uos, facti ſal terræ, & lux mūdi, id eſt, terræ luceāt hominibus ad lau
dem dei ꝓuocatis, & ſic eiuſdē argēti uſu adiutis, ac locupletatis. Hoc eſt cer-
te quod dicit hic terræ, ſeu in rem terræ. Hanc liquationē & probationem uer-
borum dei, quia impij in ſeipſis exhorrent, & ſcādalū crucis nō ſuſtinent, quæ
runt hominibus placere, facti uaniloqui, doloſi, deceptores, incōſtantes. Sicut

Eloquiū dei quādo fructi ficet. Apſtus ad Gal. diſputat, & hic pſalmus dicit. Nō ergo intelligit, nec fructificat
eloquiū dei, niſi mortificatis, & tribulatis nobis, hoc eſt, niſi ꝓpter uerbū for-
titer impugnatis, & tētatis, nō enim tam nos, qꝫ uerbū patit in nobis.

Ad hunc

Ad hunc sensum nostra translatio potest duci, præteritis aliorũ glossis. Ita, probatum terræ, id est, fidele, gratum, placitum inuentum hominibus in terra, qui experimẽto, fidelitatem, uirtutem, puritatem eius cognoscentes, confidũt in eo, & amissa fœda illa omnium rerum fiducia, quam illi docẽt impij, solius uerbi purissimi, purissima fide purificantur. Et sic terræ manet proprissime da nus calus, sicut est tam in græco, q̃ hebræo.

Purgatum septuplum. Hic de septenario donorum spiritus profundius tractant, q̃ mea tenuitas, ac negotium literæ ferat. Ego septuplũ simpliciter pro perfectissime accipio. Septem enim numerus uniuersitatis est. Et nescio, an eã hic argenti purgationẽ tangat, qua non in uase liquatorio, sed in cinere ossiũ, appolito plumbo purgatur ad plenũ & purissimum. Et q̃ mirabiliter ludit sapientia dei in orbe terrarum, ut plumbũ argẽti purgatio sit? Nempe, q̃ hypocritarum eloquia, cum sicut plumbum argenti, ita & ipsa diuinorum eloquiorum similia sint, tamẽ in igne persecutionis, sic exercent, & exercentur simul, ut sicut plumbum euanescit, & argentũ purgatur, ita in fine tandem eluceſcat uera sapientia, & nihil fiat insipientia eorum (ut Apostolus ad Timoth. ait) Sic enim proficit speciosissima impiorũ doctrina, dum resistit pietati, ad gloriam ueræ doctrinæ, & suam ignominiam. Quare non fuit absonum priorem purgationẽ liquatorij, persecutoribus tyrãnis, posteriorem plumbi, hæreticis & falsis fratribus dari, qui nobiscum, ut plumbum cum argento in eodem cinere & uase, ita in eadem Ecclesia, & mortuorum patrum, martyrumq̃ uestigijs exercentur. Tyrãni aũt foris, sicut folles liquatorium, exercent.

Septuplum.

Purgatio argenti purissima.

Ita uidemus, q̃ propheta operibus detrahat & omnia fidei tribuat, dum eloquia dei munda asserit, simul argutissime reprehendens eos, qui operibus mũ dari uolunt. Quid enim prodest multa operari, si non munderis? At nusq̃ est mundicia, nisi in eloquijs dei, & eloquijs dei nemo mundatur, nisi credens, ne operã. mo autem credit, nisi patiatur magis, q̃ operetur. Quibus efficitur, q̃ uita purissima & sine peccato, nõ stet in operibus, sed in fide uerbi & passionibus.

Fides purgat & passio, nõ

Sed cur argentum magis q̃ aurum eloquijs dei comparat? Aurum proprie charitati in scripturis comparatur, cuius natura in igne alia est, q̃ argenti, de quo dicemus infra.

Tu domine seruabis nos, & custodies nos a generatione hac in æternum.

Poterat melius per optatiuum dicere: Serues, custodias, cum reuera sit oratio prophetæ aduersus generationem iusticiariorum. Et quanq̃ non differant adeo, seruare & custodire, tamen hebræus, seruabis in posteriore, & custodies in priore parte ponit, sicut & Hieronymus facit. Petit enim, seruari a generatione, prohibendi modo sic, ut nos prohibeamur ne cõsentiamus eis, & custodiri eloquia sua protegendi modo, ne illi ea polluant. Pro seruabis nos, seruabis ea, in hebræo est, & ad eloquia dei pertinet, ut Hiero. transfert. Sed potest forte, ad sanctos etiã referri, cũ sit generis masculini, seruabis eos. Nec hoc reiecerim, si quis seruabis eos, de impijs accipiat, ut deus eos seruet, & prohibeat, ne deinceps uana loquantur, & perdant sanctos a filijs hominum.

Videmus autem non nostræ uirtutis esse, ut eloquia domini casta maneant, & sancti non deficiant a terra, sed diuinæ. Tu domine, non nos homines seruabimus. Sicut docuit Christus, Messis multa, operarij autem pauci, rogate do

Panē nostrum quotidianū.

minum messis, ut mittat operarios in messem suam. Idem nos in oratione do-
minica iussit orare, dum panem nostrum quotidianum, id est, eloquia dei, pe-
cuit petere. Nos uero posita oratione, fidentes literis, ingenio & studio, fac-
re agimus, donec ipsi facti simus qui uana loquimur & generatio impia a qua
hic custodiri petit propheta. Vnde colligitur, psalmum istum, & si ad tempora
Christi proprijssime sicut omnia referatur, tamen, quia generatio ista nō pre-
teribit, donec omnia fiant, etiam ad nostra & omnium secula pertinet. Nos-
stro sane seculo Turcæ, Iudæi, Cerimonistæ hanc generationem strenue ag-
gent, & fere omnem fidem & uniuersum uerbum fidei supplantauerunt: no-
tra quos non est quod agamus, nisi, ut oremus dominum messis, ut erigat
positurus salutem, & locuturus ad eos.

**In circuitu impij ambulant: secundum altitudinem tuam mul-
plicasti filios hominum.**

Verbum multiplicasti, in hebræo nō est. Hieronymus sic: In circuitu impij
ambulant, cum exaltati fuerint uilissimi filiorum hominū. Ego hunc uersum
arbitror nondum esse de tenebris ab ullo erutū, sicut nec illud quod superius
dictum est, probatū terræ. Vtriusq; huius loci ignorantiā cōfiteor, & omnibus
alijs tribuere eandē nihil uereor, qui hucusq; scripserunt.

Pro altera parte, noster dixit, secundum altitudinem, sed pronomen, Tuā,
superfluit, & Hiero. ait: cum exaltati fuerint. Omnino ergo altitudinis voca-
bulum hic esse oportet. Mihi uidetur esse uerbū primitiuū actiuum רם Rom,
id est, exaltauit, seu eleuauit, inde me iudice uertitur sic: Sicut exaltauit uilissi-
mos filijs hominum. Nam ubi nos multiplicasti habemus, heb. זלות Zylloth
fœminino genere dicitur, quod significat, uiles, abiectos, leues homines, qua-
les sunt epulones & ganeones, nam hebræis & ij qui conuiuijs & luxu ua-
cant, זוללים Zollelim dicunt masculino genere, ut sit sensus: Generatio ista
circumdedit impios magistros & ambulant simul, sicut ipsa eleuauit & uoluit
eos qui uilissimi sunt etiam filijs hominum, seu inter filios hominum, hoc est,
impios discipulos congregat, & uilissimos magistros exaltat, quales discipu-
los, tales magistros, ut cæci cæcos ducant, & ambo in foueam cadant. Quæ uer
sus sententia, si ullo tempore impleta est, nonne hodie impletissima est? Quis
enim hodie Ecclesiasticis gubernaculis, præficitur nisi fex mundi: Scilicet qui
bus mundus uel uti, uel frui non potest. Atq; id merebatur impia ingratitu-
do nostra.

Magistri impij uentrem curant.

Iterum hic uidemus impijs magistris tribui, uentris curam, sicut psal. v. Se-
pulchrum patens guttur eorum, dixit. Et Apostolus: Ventrem deum eorum
signauit, dum Zylloth, id est, Epulones odiosissimo nomine eos appellat,
qui non nisi uictum quærant. Nec frustra uidetur unum lamed deficere, in uo
cabulo Zylloth, & litera uaf, in uerbo ברם Crym, quasi utrinq; speciem esse,
reipsa deficiente, cū reuera nō sint exaltati, & ipsi longe aliud q̄ epulones ha
beri uelint, sed hæc cabalistis, seu potius curiosis & otiosis.

Nostra trās-latio.

Nostra translatio potest huic sententiæ sic aptari: In circuitu impij ambu-
lant, id est, multi undiq; circundantes & circundati, tam discipuli, q̄ magistri
impij, ambulant & persęuerant in uijs suis, quia tu multiplicasti filios homi-
num secundū

rium secundum altitudinem tuam, id est, in locum potestatis tuæ constituisti non filios dei, sed filios hominum, eosq; non qui rari & boni sunt, sed multos & qui ualidissimi inter eos sunt. Sancti patres, filios hominum, ad filios dei refe rūt. Et altitudinem, alij secretum consilij, alij gratiam & misericordiam dei si ne merito hominum datam putant. Quorum sententiam non damno, sed li eralem esse non credo.

PSALMVS DVODECIMVS,

hebræis tertiusdecimus.

Ad uictoriam psalmus Dauid.

VSquequo domine obliuiſceris me in finem?
Vſquequo auertis faciem tuam a me?
Vſquequo ponam conſilia in anima mea, dolorem in corde meo
per dieme?
Vſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me?

Vſquequo domine obliuiſceris me in finem? Vſquequo auertis faciem tuā a me? Vſquequo ponam consilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem? Vſquequo exaltabitur inimicus meus super me? Respice, responde mihi domine deus meus, illumina oculos meos nequando obdormiam morte, nequando dicat inimicus meus, preualui aduersus eum, tribulantes me exultabunt quum lapsus fuero, Ego autem in misericordia tua speraui, exultabit cor meum in salute tua, cantabo domino quoniam retribuit mihi.

Simplicitas iſta hebræa magis placet, & nō nihil ad affectum facit, qua repetit quater idem uocabulum, uſquequo, pro quo uarietatis amans interpres, in tertio loco, q̄diu poſuit, nec ſine affectus iniuria. Generalis ſententia pſalmi eſſe uidetur, in perſona eorum dicti, qui ſimilia Dauid patiuntur, hoc eſt mortem & infernū, qui affectus pſalmo ſexto ſimilis eſt: nam & hic mortem allegat, & pugnat cum deſperatione, miſericordiā dei prædicans. Quod & indicat uehementiſſimū exordiū, quod quatuor quæſtionibus cōtentioſis & acribus proruit, cū enim in omni tribulatione mora ſit grauis, in hac ſpirituali eſt grauiſſima. Adeo ut pſal. vj. dicat: Inueteraui inter oēs inimicos meos. Et pſal. xxxj. Quoniam tacui, inueterauerunt oſſa mea, dum clamarem tota die. Ita & hic quater expoſtulans nimiam dilationem diuini auxilij, queritur ſeſe in finem derelictum, immo obliuioni datum, hoc eſt, deſperatū & nunc̄q; recipiendum, ſic enim apparet in hac preſſura æternæ mortis cōſtitutis. Emphaſis itaq; eſt in ſingulis uerbis, quibus iratum deum exprimit, quantum eſt in ſenſu & affectu ſpiritus: Non ſolū me derelinquis tanc̄q; pbaturus & obſeruaturus, ſed etiā obliuiſceris tanc̄q; extinctum, deletum de libro uitæ & memoria tua, reprobatum penitus nunc̄q; uiſurus, nec hoc ad tempus, ſed in finē & æternaliter, ut nihil reliquum ſit ſpei, quin ſim cum damnatis perdēdus inæternū: Q; ſi etiam hic clamem ualidiſſima uoce & inuocem te, ecce non modo non exaudis, ſed etiā, ne audias, auertis faciē tuā a me, factus inexorabilis.

Pro patientia bus mortē & infernum.

Nonne apertis uerbis hunc aſperrimum & amariſſimum affectum pingit, qui deum undiq; auerſum, aduerſarium, implacabilem, inexorabilem, æternaliter iratū ſentit? Hic enim ſpes deſperat & deſperatio ſimul ſperat, uiuitq; ſolus ille gemitus inenarrabilis, quo ſpiritus interpellat, incubās ſuper aquas tenebris optas, ut Geñ. j. dicit̄. Nemo hæc intelligit, qui non guſtarit, nō agunt̄ hæc obiectis & phāraſmatibus, ſicut ſpeculatores ludere poſſunt quieti, ſed intimo immortalis uitæ, id eſt, animæ ſenſu: Immortalis eſt quæ patit̄, immorta-

Gemitus inenarrabilis ſolus reſtat.

lia ſunt quæ præmunt, ſcilicet peccata, immortalis finis, ꝓpter quem ſitiꝫ cet deus reprobãs, & immortales qui urgẽt, nempe dæmones accuſantes deo, ut Apo. xij. dicit. Atq; ita ex oĩbus cauſis (ut uocant) materiali, finali, ciente, formali, æterna & ineuitabilis eſt iſta tribulatio. Mitius enĩ pars

Anima mortalis.

ma ex ea parte, qua tẽporalis & mortalis eſt, id eſt, per carnẽ & ſenſum ex parte qua immortalis eſt, incõſolabiliter cruciatur. Voco mortalem & immortalem animam pro exprimẽda rei natura, ne quis me captet in uerbo: Mortalis enim anima huic uitæ, quæ tamẽ uiuit immortaliter futuræ uitæ. Ita mittitur ab hominibus, mũdo, carne, ꝙ a dæmonibus, qui peccatis, morte, & inferno intentatis præmũt. Mitius in paſſionibus ſenſualibus, ꝙ cõſcientiæ pauoribus & confuſionibus. Mitius propter ſatisfactionem pro peccatis & reconciliationem dei ſperatam, ꝙ propter æternã & immobilẽ præſcientiã dei reprobatem. Quare nemo putet eſſe uulgaris tribulatiõis uerba iſta, obliuiſcens, autis in finem, nõ exaudis, nec exaudiri ſtatuis, deles me de memoria tua nunq; reſpecturus, atq; etiam (ut Iob. ix. ait) & cum inuocantem me exaudierit, non credo ꝙ audierit uocẽ meam. Ac ſi dicat, adeo mihi inexorabilis apparet, ut ſi etiam quis præſumere poſſit me eſſe exauditum, adeo id non credo, ut nec auditam nedum exauditam uocem meam ſperem.

Sibi relictus ꝙ æſtuet.

Talem itaq; ſibi deum ſentiens, ſibi relictus miſer facit quod ſequit, id eſt, æſtuat uariis cõſiliis undiq; tentans quo liberetur, multa conſilia molitus, ſem per tñ manens ignarus cõſilij. Sicut Ezechias apud Iſa. xxxviij. Quid dicam? aut quid reſpondebit mihi, cum ipſe fecerit? Deprehẽſus enim inter anguſtias neſcit quo ſe uertat, ſi ad deũ uelit fugere, audit hoc, Auertis faciẽ tuã. Et, quid reſpondebit mihi, cũ ipſe fecerit. Si ad alium: nullus alius eſt, qui poſſit eruere, quin omnia cum deo cõtra eum ſtant, atq; ita anguſtiæ undiq; cogunt multa conſilia quærere, nec tñ ſinũt inuenire. Hoc eſt, quod dicit: Quãdiu ponã conſilia in anima mea? Eſt enim ea dictio עֵצוֹת quæ pſal. j. cõſilium impiorum dicitur, ſcilicet, ſtudia cordis, quibus ſeſe gerere, & regere debeat.

ir lape

עֵצוֹת

Ezech

Non hoc ſora bona docet.

Quæ autem ſint iſta conſilia afflictæ huius animæ, nemo nouit, niſi, qui patitur. Exemplum tamen nobis egregium præbet Iob. ix. per totũ, ubi recenſet opera dei magnifica & mirabilia, oſtẽdens, quomodo anima, in hac hora conſtituta uaria cogitet, nunc aſſurgit uidere quæ in impijs fecit deus, ſe cõſolatura: Rurſum, dum ſua ſperat præterita bona conſiderari, iterum decidit, dicens: Si innocentem oſtẽdero, prauum me comprobabit, immo & hoc aſſerit, ſi etiam innocẽs coram eo quis ſit, poterit eum cõſumere (ſic enim ſentitur) Vnde dicit: Iuſtum & impiũ ipſe cõſumit. Quaſi diceret, nihil refert, iuſtus ſiue iniuſtus hic ſis, poteſt quemcq; abijcere, nec poteſt hic inuenire, quid ponat inter pium & impium diſcriminis, cum omnia ĩtelligat eſſe dei libere data. Sed nec locus, nec uirtus ſinunt, idem capitulnm digne tractare. Chriſtus eandem in cruce tulit tribulationem, quando ſe nõ habere dicit, ubi caput reclinet: Et perijt fuga a me, & nõ eſt qui requirat animam meam. In quietudo enim, pauor, fuga, confuſio, hic regnant.

Dolorem in corde meo per diem, id eſt, triſtitiam, afflictionem, abiectionẽ (ſic enim hebræus ſonat) per totum diem. Pauet enim, omni momento metuens abijci in æternum, dolorem facit ipſa anguſtia, quæ tribulatum non ſinit fugere. Vnde Paulus, hæc omnia his uerbis exprimit Ro. j. ijs qui ſunt ex contentione, ira, & indignatio, tribulatio & anguſtia in omnem animam operantis malum, Iudæi primo & Græci.

Ponam

Ponam consilia in anima mea. Hebraice dictum est, sicut: Posui in ore tuo uerba mea: Et, pone hoc in corde tuo: Posui animã meã in manu mea. Quod latine diceremus: Capiam consilia. Et in anima mea (id est, cum meipso) quia non erat, a quo consilium acciperem, cum nullus hominũ, hunc gemitũ no/ scat, nedum cõsulere possit. Solus ergo, ut patitur, ita solus secum uaria anxie cõsultat, nõ est hic cõmunicare cõsilia, sicut nec dolorem cordis, atq; idipsum uehementissime discrutiat: In cæteris enim usitatis tribulationibus inuenire est, qui similia passi sciant consulere & consolari.

Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me. Prius hoc tribuit deo obli uiscenti & auertenti, non exaudienti, nunc tribuit inimico. Atq; hic iam inci/ pit uictoria inclinare ad tentatum, & finis fieri tẽtationis, pars enim uictoriæ, est sensisse inimicum in hac tẽtatione, ac illo superiorẽ iam fieri. Etsi enim or/ dinante deo inimicus exaltatur, tamen in media tentatione nõ apparet inimi/ cus, sed solus deus omnia facere. Atq; id etiam satagit inimicus, ut tẽtatus non sibi, sed deo tribuat soli. Sicut in Christo crucifixo ostensum est, quẽ blasphe/ mijs eo pulsabãt, ut deo odibilis esse uideret. Sic psal. iij. Multi dicũt aĩæ meæ, non est salus ipsi in deo eius. Inimicũ aũt nõ nominat, sed generaliter loquit, diabolum tamen intelligit, & eius studia, ipse enim in hac tentatione proprie regnat. Vnde sunt qui & Christum arbitrent sæpe passum esse hãc tẽtationẽ, præsertim in horto, & Ioh. xij. ubi dixit: Et nunc aĩa mea turbata est, & quid dicã? Pater saluifica me ex hac hora, sed ꝓpterea ueni in hãc horam, pater cla/ rifica nomen tuũ. Mira uerba, & certe angustiæ plena. Vide, ut & hic ponit cõ silia in anima sua turbata. Primo, quid dicam? Deinde orat, saluifica me, rur/ sus negat: Propterea ueni in hanc horam, donec diceret, pater clarifica nomẽ tuum. Hic tandẽ finita est pugna, quæ a diabolo facta esse nulli debet esse mi/ rum. Nam Lucas. iiij. scribit, diabolum, cum eum in deserto tentasset, ab eo re cessisse ad tempus. Ex quo eliciunt illi, nec inepte, fuisse eum deinceps sæpius tentatum, nec enim audiendi sunt qui nobis ipsum, quasi insensibilem trun/ cum fingunt, quẽ oportet omnibus tentationibus, sicut purũ & uerum homi nẽ, credere, subiectum fuisse, sicut & ad discipulos dicit: Vos estis qui permã/ sistis mecum in tentationibus meis.

Pars est uicto/ riæ sensisse inimicum.

Christi free quẽs tẽtatio.

Iraq; cognito inimico ista operãte, incipit mox diuinæ misericordiæ radius micare, & animã cõfortare ad accusandum inimicum, & bene sperandum de deo, quod in turbine procellæ medio non potuit. Ideo & hæc ultima pars est querelæ inimicum exaltari super eum.

Respice, & exaudi me domine deus meus, illumina oculos meos, ne unq; obdormiam in morte.

Distinctionẽ uersuũ (quæ apud nos cõfusa est) hebræã seq;r, q; lõge ecce alĩ affectus, q prius querebat sese frustra orasse, deũ oblitũ & auersum nõ exau/ disse, nũc pseuerãs obtinuit fiduciã exaudiẽdæ oronis suæ. Sicut Christus Lu cæ. xj. de pseuerãtia oronis docuit, inter amicũ recusantẽ, & aliũ pseuerantẽ. Sic enĩ & deus aliquantulũ recusat, nisi enĩ fideret se exauditũ iri, non oraret. Quare iam pene uictor emergẽs, finẽ orat tẽtationi & sese respici, cum iam re/ uera respectus sit & exauditus. Neq; enĩ nos ante respici oramus, q; ille respi/ ciat, sed, ut respicientẽ sentire per cordis pacẽ & fiduciã ualeamus, qui nos per gratiã præuenientẽ respiciẽs fecit, ut respici & exaudiri peteremus. Vt sit nõ so lum gratia dei miserẽtis, sed & pax misericordiã intelligentis hominis.

Alius affectus.

Obliuiſceris. Reſpice.

Reddit autem ſingula ſingulis, quatuor queſtus eſt mala, ita quatuor poſtulat bona. Reſpice, pertinet ad illud: Vſquequo obliuiſceris. q.d. nō modo nō uidebas me, ſed nec memor eras, at nunc nō ſolū memento mei, ſed etiā propius accede, & reſpice, ut tanto ſit amplius redditum bonū, quāto fuit atrocius malum. Reſpice autē tropo ſcripturæ, affectum dei miſerentis ſignificat, ſicut de uerbo, Exurgere, dictum eſt pſalmo præcedente, & præſentiorē gratioroq; effectum reſpicere, q̄ meminiſſe ſignificat, ſicut aſperiorem nō meminiſſe, q̄ nō reſpexiſſe, tam pulchra & propria Antitheſi cōponit mala tolerata bonis accipiēdis. Exaudi me dñe deus meus, pertinet ad illud, Vſq; quo auertis faciē tuam a me? Ac ſi dicat: Auerſus eras ac inexorabilis, tanq̄ ſtrictus ſæuerus iudex nihil aliud facturus, q̄ damnaturus me, nō modo nō audiebas, ſed ne auditres auertebas faciem: At nunc factus dominus deus meus, eſto non tantum cōuerſus, ut audias, ſed etiā exaudias, nihil aliud facturus, q̄ me ſeruaturus, ut ſic pro irato iudice clementiſſimum deum habeam.

Auertis faciē Exaudi me.

Caligo mētis. Illuminatio conſiliorū.

Illumina oculos meos, ne unq̄ obdormiā in morte, pertinet ad illud: Quādiu ponā conſilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem? Auerſa enim facie dei a nobis, ſtatim ſequitur, turbatio, cōfuſio, caligo mentis & cōſilij ignorantia, qua uelut in tenebris palpamus, & undiq; quærimus, quo effugiamus: Ita ſi leuet lumen uultus ſui ſuper nos, & conuerterit faciem ſuā ad nos exauditurus, rurſus illuminantur oculi noſtri, & plena ſunt oīa cōſilijs uberrimis: Ambulās enim in die nō offendit, quia uidet lucem huius mūdi. Accedimus ſic ad eum & illuminamur, & facies noſtræ non confunduntur.

Exaltabitur inimicus. Ne moriar.

Ad illud, Vſquequo exaltabit inimicus meus ſuper me? pertinet quod ſequitur: Nequādo dicat inimicus meus, prævalui ei. Hic uero addit: Nequando obdormiā in morte, periculum commemorans. Dormiam enim, ea dictio eſt, quæ pſalmo .iiij. requieſcam, & per Hieronymum, dormiam, reddita eſt ibi: In pace ſimul requieſcam, & dormiam, id eſt, iacebo mortuus in pace cum patribus meis. Ita enim, quia in ſpiritu loquitur, & uſus ſcripturæ ſic habet, dormiendi uerbo, nō ad corporalem ſomnum, ſed ad mortem ſignificandā utit. Et, ut dixi, hoc uerſu tangitur uis huius tentationis, quæ eſt intentatio mortis & inferni præſentiſſima & intolerabili amaritudine urgēs, & (ut Ezechias dicit Iſa. xxxviij.) Portæ inferi iamiam abſorpturæ in puteum æternū. Sicut alio loco dicit: Neq; urgeat ſup me puteus os ſuū. Quare petit, ne dormiat in morte, id eſt, ne moriatur, & iaceat mortuus, æterna morte. Quod latius pſal. vj. ſic dicit: Quoniam non eſt in morte, qui memor ſit tui, in inferno autem, quis cōfitebitur tibi? Cuius contraria ſententia eſt illa pſal. iiij. In pace in idipſum dormiam & requieſcam: dum enim lumen uultus dei ſuper eum eſt, lætus eſt, & in pace moritur, at ubi auerſa facie ſinit eum conſilijs in anima ſua æſtuari, dolens metuit ne in morte moriatur, id eſt, inquietiſſima & æterna confuſione, ſicut puluis turbine raptus, agitetur. Proinde hic uerſus, lux eſt huius pſalmi, clare oſtendens hanc tentationem eſſe in rebus ſublimibus, fidei, ſpei, charitatis, ubi diffidentia, deſperatio, odium, blaſphemia, & ſimilia inferni damnatorumq; portenta acerbiſſima certant cōtentione, cum fide, ſpe, & charitate. Nihil eſt libidinis, iræ, ſuperbiæ, auaritiæ, cum caſtitate, mititate, humilitate, largitate, negotium, immo rabies perſecutionis corporalis, ſiue ſit ignis, fames, gladius, ignominia, ad hoc malum comparata. Vnde & hic intelligi oportet, ideo ſe timere mortem, q̄ non ſit in ea laus & memoria dei, ſed odium & blaſphemia, id quod unice exhorret.

Mala peßima cōſcientiæ.

Nequando

Nequando dicat inimicus meus prævalui aduersus eum: Qui tri/
bulant me, exultabunt si motus fuero.

Cum hic sit unus uersus in hebræo, sententia clarior erit, si in medio ponat coniũctio, Et, pro Tautologia elucidãda, hoc modo: Ne forte dicat inimicus meus, potui ei, & tribulatores mei exultẽt, cꝫ motus fuerim. Nam uerbum, po/tui ei, seu prævalui aduersus eum, psalmo. cxxviĳ. sic reddidit: Etenim non po/tuerunt mihi. Sic enim hebræis dicitur, id quod prævalere aduersus quempiã, nos dicimus. Idem ergo est inimicos iactare se prævaluisse, & tribulatores ex/ultare illum esse uictum. Quod uticꝫ fieret, si in morte obdormiret. Eandẽ sen/tentiã & psal. vĳ. in eosdem dicit: Discedite a me omnes, qui operamini iniqui/tatem (id est, Auen, seu dolorem) quoniam exaudiuit dominus deprecationẽ/meam. Et. xxxviĳ. Nequando super gaudeant mihi inimici mei, & dum com/mouentur pedes mei super me magna loquantur. Vbi eisdem pene uerbis ea/dem sententia dicitur, ut patet.

Insultatio inimici grauißima.

Ista est iactantia & insultatio dæmonum, quales in Christo crucifixo per Iu/dæos euomebant. Si filius dei es, descende nũc de cruce, saluũ fac temetipsum, liberet eum, si uult. Vbi exaltat inimicus, ut uersu quarto quæstus fuit: Quod ne fiat, aut nõ imperpetuum irrecuperabiliter fiat, hoc deprecatur. Quod cum ab hominibus fieri molestissimum sit in uictorijs his nugacibus rerum tempo/ralium, incomparabiliter atrocior est confusio, si fiat a dæmonibus in his uicto/rijs rerum æternarum. Quod & ultimum est malorum, quod dicit, Væ uictis, ubi malis & afflictionibus additur ignominia, insultatio, & iactantia, quæ acri/us solet urere, cꝫ ipsa pugna, immo, cꝫ ipsa cædes & casus: quo symbolo doce/mur quid faciat æterna confusio uictis. Quomodo autem dæmones exultent, quos credimus damnationem suã ubique secum ferre, alijs relinquo explican/dum. Satis abundant exempla, fuisse eos ad lapsum sanctorum gauisos, & si exempla non essent, tamen huius scripturæ autoritas sufficit ad rei ueritatem astruendam fidelibus.

Dæmones exultant.

Ego autem in misericordia tua speraui, exultauit cor meum in sa/lutari tuo, cantabo domino, qui bona tribuit mihi, & psallam nomini domini altissimi.

Hæc unus uersus in hebræo sunt, & particula ultima, Et psallam nomini do/mini altissimi, assuta est ex psal. vĳ. hebræus enim, alterã partem uersus, sic fi/nit: Qui bona tribuit mihi, seu, ut ad uerbum reddam, Quoniam reddidit su/per me. Itaqꝫ tria membra habet prior pars: Speraui in misericordia tua, exulta/uit cor meum in salutari tuo, cantabo domino. De quibus affectibus psalmo quinto abunde dictum est. Opponere autem uidetur hæc inimicorum suorũ iactantiæ, ac si dicat: illi iactant se prævaluisse, exultant me succubuisse, at ego non de mea uirtute, sed tua misericordia me iacto, & exulto non in mea uicto/ria, sed in tuo salutari, id est, salute, qua me indignum longeqꝫ alia meritum saluum fecisti per misericordiam tuam. Vt Emphasis sit fortis in dictionibus, misericordia tua, & salutari tuo. Quibus iterum inculcatur, quod sæpius in/culcandum est, propter ignaros dei, & superbos hypocritas, neminem scili/cet, non inueniri peccatorem damnabilem coram deo, nec posse subsistere ante faciem Aquilonis huius dæmonum, quantumlibet sanctus & plenus

Oẽs damnabiles pctõres coram deo.

Nō nobis, sed domino cantā dum.

Nō nobis, sed bonis operibus sit, quæ illi subito faciunt sordere suis accusationibus potentissimis, nisi syncera fide & spe, de suis meritis & dignitate desperans, purissimam gratuitamq; misericordiā dei apprehendat, & firmiter teneat, eaq; sola sese confidat salutem consecututum, ut sic stet occasio cantandi soli domino, nō nobis, qui indignos mera misericordia saluos fecit, in qua salute exultare cor possit. Nā si aliud ꝓdesset ad salutem, q̄ misericordia dei, idipsum sine dubio & hic posuisset: immo questus fuit, uniuersa consilia animæ suæ, inter quæ & de meritis suis tractauit, nō nisi dolorē ei præbuisse. Adeo misericordia sola necessaria, & nihil secum patit, in quo simul speret homo. Hoc enim esset diuaricari pedes & claudicare in duas partes, & more Samaritanorum simul deum & idolum colere, quē nemo colit, nisi fides syncera & unica in unicā misericordiā eiꝰ. Alioquin non soli dño cantabitur, gratiæq; agentur, sed & ldolo nostro, quod cooperatum fuerit: quod absit.

Contra meritorios sctōs.

Quoniam reddidit. Non hic merita digni, condigni, congrui oportet somniare, Sicut hoc uerbum retribuere, seu reddere accipimus, quod enim misericordiam solam redditur, indignis & gratuito redditur, cui debetur cantus, laus & gratiarumactio. Quod uero meritis redditur, sine misericordia, immo exigente iusticia, ubi laus debetur & cantus operanti nō reddenti. Qui impij doctores his pestibus doctrinæ suæ extinguūt, exultationē cordis & suauitatem dei in hominibus, & auferunt laudem eius. Sicut Mich. ij. dicit: Mulieres populi mei eiecistis de domo delitiarū suarum, id est, de cōscientia exultāte in salutari dulcis misericordiæ dei, & laudem meam tulistis a paruulis earum imperpetuum. Stat sententia, omnium hominū more quoque firmata, eos in benefactore lætari, cantare, benedicere, qui se gratis adiutos intellexerint, quod quāto magis in deo præstandū est, ut intelligamus, & faciamus. Sciendum ꝙ ea quæ in tētationibus amiserat, siue amississe uidebatur, post cumulatius, reddente deo, receperit. Proinde retribuere potius amissionem meritorum, q̄ acquisitionem respicit, si scripturæ usum obserues, seu mutationem potius rerū, dum deus occidit, & uiuificat, peccatores facit, & iustificat, & omnino aufert omnia, ut omnia reddat. Quā crucis scientiā, qui non habent, coguntur istis somnijs agitari de congregandis meritis, quæ præmijs congruis, condignis, dignis compensentur, etiam apud deum. Nam, & illud Apostoli. Repolita est mihi corona iustitiæ, quā reddet mihi in illum diem iustus iudex, potius referam ad aduersarios pertinere, q̄ ad sua merita, hoc modo: Deus cum sit iustus iudex, reddet mihi in illo die coronam pro stercore, quo me in hoc die confundit mundus: Huic uero pro sua gloria, qua in hoc die superbit iniquus, reddet & mutabit ignominiam in illo die. Vt omnino significet aliud auferendū & aliud reponendum, utrūq; gratuita misericordia: Sicut Iesus sacerdos apud Zacchariam. iij. exuitur uestibus sordidis, in quibus aduersabatur ei Satanas, & induitur mutatorijs, ut ibidem dicit.

Id quod, mihi & heb. alai, super me, dicitur, eadem dictio est quæ supra: Vt que quo exaltabitur inimicus meus super me. Et psalmo. vij. secundū innocētiam meam super me. Vbi rectius dixissemus: secundū innocentiā meā mihi, q̄ ea quæ ex Hieronymo docuimus & præsumpsimus, cum eadem dictio motum ad locum duntaxat significet. ut & psalmo. xxxvij. Dum commouent pedes mei, super me magnificauerunt. Ita & ibi: Iudica secundū innocentiā meā super me, seu iudica ad me, seu mihi, ut super me ad uerbum iudica, nō ad innocentiam copuletur.

Psalmus

PSALMVS TERTIVS DE/
cimus, Hebræis quartus decimus.

285 Dixit insipiens in corde suo, non est deus: Corrupti sunt et abominabiles facti sunt in studijs suis, non est qui faciat bonum. Dominus de cœlo aspexit super filios hominum, vt uideat an sit intelligens requirens deum.

Ad uictoriam Dauid.

DIXIT insipiens in corde suo, non est deus: Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studijs suis, non est qui faciat bonum, non est usq; ad unum.

Hi duo uersus sunt unus hebræis, & particula, nō est usq; ad unum, superfluit hoc loco, quæ tertio uersu semel ponit̃. Hebræus sic: Dixit stultus in corde suo, non est deus: corrupta & abominabilia fecerunt studia, non est faciens bonum. Vbi stultus singulari numero per Synecdochen ponitur pro toto populo, quia sequitur, fecerunt pluraliter. Est autem hic psalmus ex Genesi. vj. sumptus, ubi similibus uerbis dicitur, corruptam esse terram a filijs hominum, & dñm respexisse super filios hominum, & iniquitatem, seu maliciam, quæ חמס hamas hebraice dicit̃, id est, iniuriã, uim, oppressionē prævaluisse, quod hic dicit plebem deuorari. Quare eiusdem historiæ series hũc psalmũ pulchre illuminabit, quia generationē impiorũ simili corruptela, siue describit in præsenti, siue prophetat in futurum, prævalere: Semper enim talis generatio durat licet aliquãdo atrocius sæuiat. Nihil ergo hoc psalmo de persecutione piorum nec de falsis magistris loquitur, sed scopus eius est, mores & uitã peccatorum, siue generationis pravæ, describere, & ostendere omnes homines esse peccato Scopus huius psalmi. res & malos, qui extra gratiam agunt, ut qui nō nisi in superbia, libidine, rapina, fraude, cæde, & similibus peccatis uiuunt, licet hæc omnia nitãtur colora re aut negligãt obseruare. Et in hunc scopum adducit eum Paulus Ro. iij.

Primum malum, fons scilicet omnium malorũ, est ignorantia dei, qui enim Ignorantia dei, primum malorum. in primum præceptum peccat, nullum aliorum non prævaricatur. At cum in primo præcepto omnia præcepta pẽdeant, indeq; regulentur, & agãtur, dein de nullum aliud pluribus modis nec pluribus hominibus uioletur, ex eo ipso facile est intelligere, q̃ pauci sint boni, & inter filios hominũ nō esse unum qui faciat bonum. Nam, ut non omnes, adulterentur, aut libidinentur in ope re, aut occidant, omnes tamen eadem cõmuni incredulitate in primum præIncredulitas cõis oibus. ceptum peccant, & data occasione libidinantur, occidunt, omneq; malum faciunt, ltaq; omnis filius Adam, est נבל Nabal iste, id est, stultus & idolatra, ignarus dei, ut hic dicitur. Non autem hoc intelligendum est, quasi prorsus nihil de deo sciant, cum Ro. j. doceat, Nomẽ dei esse manifestum omnibus: nisi Deus omnibus notus. enim esset notitia diuinitatis inextinguibiliter omnibus hominibus indita, nunq; fuisset idolatria inuenta. Cur enim idola coluerunt, nisi, q̃ diuinitatem aliquam esse omnes persuasum hubuerunt? Quo eam tribuerent hominibus dæmonibus, & sic ueritatẽ dei in mendacia uerterẽt, si eam nō esse putassent? Aut quo eos honorare præsumpsissent, gbus nihil, id est, diuinitatẽ nusq; existẽtẽ, tribuissent? Cognouerũt ergo, sed in hoc errauerũt, q̃ ueritatẽ dei cõmutauerũt i mẽdaciũ, & ecõtra mẽdaciũ in ueritatẽ dei, hoc est, id qđ uere deꝰ est tribuerũt hoĩ, aut creaturæ, & ediuerso quod nō est deꝰ, sed mẽdaciũ, tribuerũt deo: quod fecerũt, & ad huc faciũt, qui opus & uerbũ dei nō intelligẽtes, blasphemãt & dæmonibꝰ tribuũt, rursum placita sua, siue uerbũ, siue opus, etiã ex dæmone suggestum, deo tribuunt, frequentissimum omniũ malorum.

Nam neq

Nam nec illi Gen. vj. scribunt deū sic ignorasse, quod nihil de eo scirent cum iustitiæ præco Noe illis deum prædicaret, sed Spūs meus, inquit, non permanebit in hoibus istis inæternū, quia carnes sunt, seu, ut hebræus, Spūs meus non iudicabit in nem carnis respuūt, ideo spūs mei iudiciū nō sustinēt. Quibus uerbis, sive per Noe, sive (quod magis credo) per alios quoq; dictis, idē uoluit quod hic ipse ptos, nō facientes bonū usq; ad unum. Ita hic in spíritu loquēs, facie cōtempta & renes scrutans ac corda, dicit Nabal istum negare deum, nō in ore & gestu & pompa, externis, ubi deum etiā præueris dei amatoribus iactat se nosse, sed scilicet publice arguēs eos esse carnes, & sine spū, id est, abominabiles & corde in corde, id est, intimo affectu, cuius cæcitatē mox sequitur cæcitas quoq; mētis, ut nec recte de deo cogitet, nec loquat, nec operetur. sicut psal. x. dictum est.

Soli habent deum.

Et Paulus Tit. j. Dicunt se nosse deum, factis autem negant. Hi ergo soli habent deum, qui in deum credunt fide nō ficta: Cæteri omnes sunt stulti, & dicunt in corde suo, non est deus.

Studia hoim mala omnia.

Alterū malum (scilicet riuus immo gurges malorū, qui ex hoc incredulitatis fonte proruit) est oia eorū studia (id est, quicqd, cogitant, sapiunt, dicunt, faciunt, statuunt, aut quouis modo agūt) esse praua & abominabilia. Quasi iuxta Paulum Tit. j. dicas. Immundis nihil est mundū, sed inquinata est eorū mens & conscientia. Atq; ita uno uerbo breuiter pronūciat uniuersam uitam incredulorum, ut Ro. xiiij. Omne quod non est ex fide, peccatum est. Dictio enim עלילת ælila (quæ hic pro studijs est reddita. Sicut & psal. ix. Annunciate inter gentes studia eius) generale nomē est, ut oia significet, quæ quis gerere possit, consilia, conatus, uerba opera, ut omnia, aut p fidē, pbata & grata, aut p incredulitatē praua & abominata esse intelligamus, quæcūq; homo pōt, aut facit. Nam & Apls Tit. j. cum rationē redderet, quare nihil esset mūdum inmundis & inquinatæ essent eorū mēs & cōscientia, nō aliā dedit, q̄ p essent increduli & per hoc abominati, & ad omne opus reprobi.

Contra opera moraliter bona & neutralia.

Quid ergo hic dicturi sunt, qui opera moraliter bona, & neutralia cōmenti sunt? Profecto aliud nihil, q̄ p corrupta studia & abominata & immunda & inquinata & infidelia fingent sibi idem esse quod nō meritoria, nec demerito ria, nec peccata, nec tamen merita, sic enim miseri loquuntur deceptores, timorem dei extinguentes, hominibus palpantes, & gratiam fidei minorantes. Sed resistit eis etiam ipsorummet sensu Apli Ro. xiiij. ubi omne quod nō est ex fide, peccatum uocat. Hic enim ipsi fidē cōscientiā intelligūt, optime loquentes, nec minus salubriter, q̄ Caiphas, pphetauit, nisi p suū optimū uerbum, si cut & ille, nō intelligunt. Si enim homo aliquid faciēs, aut uiuēs quod nō credit deo placere, id est, cōtra cōscientiam suā est, ædificat ad geennam, iam uere omnia eorum opera & studia quæ contra conscientiam faciunt, id est, quæ nō sunt ex fide, seu quæ nō credunt deo placere, ædificant ad geennā: Qd & uerissimum est, Oportet enim Christianum hominē credere sese ī omnibus placere deo. Quādo autē hic locus nos uocat de fide & operibus loqui, paululū uerbositati dandū est, Sicut fecimus de spe & passionibus psal. v. Facturi idem de charitate & beneficijs ubi locus fuerit.

Incipit de fide, operibus & cerimonijs disputationem.

Principio hoc certum, est inter præcepta dei, summū, maximū, & primū esse id quod in decalogo Mosi primo loco ponitur: Ego dns deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti: Non habebis deos alienos coram me &c. Cuius præcepti opera sunt propria & (ut uocāt) elicita & immediata, credere, sperare, diligere, timere,

Primi præcepti opera.

re, timere deum, & ea quæ dei sunt. Quæ opera nostri appellãt habitus & actus elicitos, ideo in mortuam literã lapsi deputãt eis opera externa, ut labijs ora re, genua flectere, & id genus alias cerimonias. Qua Theologia excæcati, non possũt intelligere uerba diuinæ scripturæ, ubi de opere dei, fide, spe, charitate, timore docent, Maior enim scripturæ totius pars hoc agit, ut opus dñi, id est, si dem commendet, ut Isaiæ. v. Opus dñi non respicitis. & Iob. vj Hoc est opus dei, ut credatis in eum, quem ille misit. Et psal. lxxx. Israel si audieris me, non erit in te deus recens, nec adorabis deũ alienum, q.d. hoc erit opus, cultus dei, si audias, seu credas, id est, fides est uere latria & primi mandati primum opus. Quare qui scripturas uolet intelligere, oportet, ut relicto Philosophico Theologicorum ritu, uocabulum, opus domini, tãto studio discat introrsum trahere ad actus animæ, quos illi elicitos uocant, quanto illi extrorsum traxerunt ad actus (ut dicunt) imperatos & mediatos, aut, quo magis excæcãtur, ad opera creationis extra a deo perfecta.

Fides est uera latria.

Discite scholastici Theologi, quod ignoratis hactenus.

Sicut autẽ nihil facit, qui primũ præceptũ omittẽs, omnia alia inferiora tam diuina q̃ humana seruat, ita nihil facit, qui quæcunq; bona facit, & mala omittit si nõ credit in deum. Cum, sicut primum præceptum est, metrum mẽsura, regula, uirtus omnium aliorũ præceptorũ, in quo, tanq̃ in capite, omnia membra pendent, uiuunt, uegetãtur: Ita fides, opus eiusdem præcepti, sit caput, uita & uirtus omniũ aliorũ operũ & uerissime uniuersale illud reale, q̃d est unum in omnibus, ut nullum opus sit bonum, nisi fides ipsum operata fuerit, immo nisi fide, ut fermento nouo, penitus imbutũ, ac perfusum fuerit. Fides aũt esse, nullo modo potest, nisi sit uiuax quædam & indubitata opinio, qua homo certus est super omnem certitudinem sese placere deo, se habere propitiũ & ignoscẽtem deũ in omnibus quæ fecerit, aut gesserit, ꝓpitium in bonis, ignoscentem in malis. Quid enim est fides, quæ uon est talis opinio? talem ꝓbat Apostolus heb. xj. multis exemplis. Et Christus in Euangelio facturus uirtutem fere explorat primum an credant eum posse, & uelle facere, qui ob hoc ipsum scribitur Math. xiij. in patria sua non potuisse multas uirtutes facere propter incredulitatem eorum. Et. xvij. discipulos propter incredulitatem eorum dicit non potuisse eijcere dæmonium lunaticum.

Fides est uirtus operũ bonorum.

Fides quid sit

Ex his intelligitur unde fluat illud Apostoli Ro. xviiij. Omne quod non est ex fide peccatum est. Et Tit. j. Inquinatæ sunt eorũ mens & conscientia. Quare quia sunt increduli, cum sola fides purificet cor (Act. xv.) & impleat omnia mandata dei. Et Eccle. xxxij. In omni opere tuo crede ex fide animæ tuæ, hæc est enim cõseruatio mãdatorum dei. Nota, in omni opere tuo crede: &, Fides est mandatorum dei conseruatio. Nonne noua nostris Theologis sententia? Idem Eccle. ix. Vade & comede in lætitia panem tuum, & bibe in bono corde uinum tuum, quia placent opera tua deo. Vbi hebræus dicit, את מעשיך כי כבר ארצה האלהים ki kebar ratzaha æloim eth mæschecha. בר Bar autem uarie transferri potest: quoniam sicut filius (siue electus, siue purus) placens deo, opera tua. uel sic: Quoniam sicuti filij placentis deo, opera tua. Vt sit sensus: Esto semper lætus & iucundus, sciens ꝙ quicquid feceris, tale est apud deum, qualis est dilecti & electi filij coram patre suo operatio, quo modo Malach. iij. dicitur: Et erunt mihi in die, qua ego faciam, in peculium, & parcam eis, sicut parcit uir filio suo seruienti sibi. Sequitur: Omni tempore sint uestimenta tua candida, & oleum de capite tuo nõ deficiat, fruere uita cum uxore quam diligis cunctis diebus uitæ uanitatis tuæ, qui dati sunt tibi sub sole omni tem-

omni tempore uanitatis tuæ: Hæc enim est pars in uita & labore tuo, quo
boras sub sole. Vbi uestimenta & oleum, licet multi non indigna tripudia
pro operibus & lætitia accipiant, tamen ad literam puto dictum, ꝙ dictum
tiæ candidis uestibus, sicut in luctu, pullis & atris, seu sacco uti soleant, fabu
eius regionis homines: ut lætitiæ apparatū tam in uictu, ꝙ amictu significet.
Sicut & Christus Matth. vj. Tu cum ieiunaueris, unge caput tuum, & lauato
ciem tuam, id est, estò lætus &c.

Fides in habitu & stertēs.

Pernicioſissime ergo docent, qui illuminatos fidei magistros sese profi
negant necessariā esse hanc fidem in omni tempore, immo in omne opus, sed
gentes nobis generalē quandam fidem in habitu stertentem, seu mortuā po
tius, quæ pro tēpore actum credendi eliciat. Quod enim tempus huic actui de
buntʔ an tantum inquisitionis tempusʔ Verum stultitia possedit eos nimia,
qua fidem & opus eius, cum cæterarum uirtutum usu cōtulerunt, ut quia non
omni tempore orare, legere, pauperes uisitare, infirmos iuuare, immo nullum

Fides semper manet, & in omni opere.

opus, perpetuo & assiduo facere possumus, arbitrātur & fidem simili uicissitu
dine, aliquando operari, aliquādo quiescere, nō intelligentes, ꝙ in omni opere
rum uarietate manet ipsa eadem fides, in omni opere credēs & confidens deo
sese placere, seu potius illum ignoscere, & ꝓpitium esse. Error ergo est, fidem
& opus eius, iuxta alias uirtutes & opera collocare: quā oportet supra omnia
eleuare, & tanquam, incessabilem quandam & generalem influentiam super
omnia opera existimare, qua mouētē & agente, omnia moueantur, agant, ui
geant, placeant, quæ sunt in homine. Sic Samuel ad Saul. j. Reg. x. nullū prā
scripsit opus, sed ait: Et insiliet in te spiritus dñi, & prophetabis cum eis, quan
do ergo euenerint oīa hæc signa tibi, fac quæcunq; inuenerit manus tua, quia

Omia opera, æqualia in fide.

dominus tecum est. Itaq; in fide omnia opera sunt æqualia, utcūq; sese obtule
rint: Ipsa enim sola est opus operum omnium. Vbi autem differentia operum
fuerit, hic, uel fides deest, uel in oculis insipientiū apparet differentia operum
aliqua esse. Credenti enim deo, idē est, siue ieiunet, siue oret, siue fratri seruiat,
in omnibus enī deo se seruire nouit & placere æqualiter, siue magna siue par
ua sint opera, præciosa, siue uilia, breuia, siue longa: Nec eligit ꝓprie aliquod
opus, rursus, nec reprobat ullū, sed, ut Samuel ait, facit, ꝙcunq; inuenerit ma
nus eius. Vbi aūt fides nō est, ibi feruet miserrimū negotiū, distinguendorum
eligēdorum, reprobādorum operum, dum stulta & impia opinione credunt,
se hoc opere minus, & illo magis placituros esse: quæ iniqtas plena labore, cu
ra & sollicitudine, hebraice, Auen & Amal dicit. Vt supra satis dictum est.

Simonia spiritualis.

Horum impia stultitia est, quadā spirituali simonia uelle donum dei eme
re. Hoc enim agunt, ut per & post opera fidem in deum habeant, suisq; studijs
propitium deum faciant, dum econtra, deum propitium habere oporteat in fi
de primum, deinde in eadem fide operari bona, ut sit gratiæ præuenientis, nō

Quod deo placemus, bona operamur

nostre uirtutis merētis, ꝙ placemus deo. Non enim placere potest ullus deo,
quia operatur bona, sed operatē bona, quia placet deo, ut causa operum bono
rum sit fides placendi deo, non autem opera sint causa fidei placēdi deo. Vnde
& impossibile est eos non magis fidere in sua opera, q̄ in deum, & si (ut solent

Simulatores fidei.

hypocritæ mentiri) iactent sese in deo solo fidere, ita semper circa fidem repro
bi manēt, simulātes perpetuo sese cōfidere deo: incredibileq; est, q̄ occultum,
profūdum, magnūq; malū sit, hoc uitium cordis humani, qd' nō modo bonis
operibus sese uestit & alit usq; in insuperabilem ac desperatā pernersitatē, sed
& ipsius fidei, cui exdiametro pugnat, titulo & precio sese tum uendicat, tum
palpat in

uen ditat, tum palpat in se ipso. Dauid in illud orat. psal. l. Cor mundū crea in me deus, & spiritum rectum in noua in uisceribus meis. Et. xiij. Si me non fue rint dominati, tūc immaculatus ero, & emundabor a delicto maximo. Si quis uidere posset, quot speciosissimos operarios pdat hæc negtia, intelligeret illud Eccle. viij. Vidi impios sepultos, qui etiam cum adhuc uiuerēt, in loco sancto erant, & laudabātur in ciuitate quasi iustorum operum. Denicp uix est aliud naturalius homini uitium & maiore cura eradicādum, cp subtilis ista præsum ptio, quæ semp nititur deum præuenire, & per opera ppitium facere. Ex quo monstro naturali fluxerunt etiam impia illa dogmata in Ecclesia, qbus homines pro placando deo & satisfaciendo, pro peccatis, ad opera & indulgentias impellātur, fide dei penitus omissa. Quin ego credo id radicatissimi mali & speciosissimi idoli in, spiritu (ut psal. xxxj. uocat) non extingui, immo nec cognosci quidem uncp, nisi homo maioribus illis mortis, inferni, conscientiæ, seu fidei, spei, prædestinationis & id genus tentationibus uexetur. Cætera omnia augent potius, cp tollant, quantumlibet sint magnæ uirtutes, aut opera.

Subtilis præsumptio.

Hoc uerum, Experientia docet.

Eadem pernicies est eorum, qui negant omnia opera extra fidem facta, peccata esse, quam supra tetigimus. Quibus si dicas, an opus bonum factum in adulterandi, occidendi, furandi studio, aut in rebellione, seu in obedientia, sit peccatum, sine dubio respondent peccatum esse. Cur ergo peccāti in primum præceptū, & facienti opus bonum in inobedientia dei (id est, incredulitate) tantum tribuunt, ut peccatum esse negent? An non est inobedientia dei & in credulitas tantum peccatū, quantū est fornicandi studium, seu castitatis negle ctus? Verum peccatū incredulitatis arduum & omnium naturalissimum est, immo natura ipsa factum, de qua dicitur: Omnis homo mendax, non potest in seipso homo agnoscere, sed peccatū carnis & furti & homicidij, & rebelliōis humanæ, quia in crassa parte sua, sensu & corpore geritur, facile intelligitur in parte sua subtiliore, scilicet, anima, & intellectu, sed ipsa anima suum incomparabiliter maius uitium & trabem in oculo suo non sentit, ideo festucam cor poris sui facile uidet: Sicut est in genium hypocritarū, & omnium qui sunt spiritu immundi, donec robustis & spiritualibus periculis mortis & inferni examinentur. Sicut in simili: Calx friget, donec aqua perfundatur. Vnde recta Sapiens dicit: Initium, seu caput peccati, seu potius princeps & summum omniū peccatorum est apostatare a deo. Cuius capitis uelut mēbra sunt, rebelliones, libidines, cædes, furta, & quicquid peccatorum nominari potest: Quibus nos deus uelut monet, ut cogitemus, si hæc tam magna & fœda sunt, cp magnū & fœdum sit caput & regulus ille multipes & multiceps glirium istorū, incredulitas ipsa, immo Basiliscus, ut qđ solo cōspectu omnia opera mortificet. Quid ergo sunt multa opera bona sine fide, nisi (ut Christus ait) sepulchrum dealbatum, intus plenum omni spurcitia & iniquitate?

Inobedientia dei, peccatū facit.

Sepulchrum dealbatum.

Corruit & illa peruersitas de obice ponendo uel tollendo uulgata. Si enim, adulterari, aut furari, aut occidere, est obicem ponere, quatumlibet simul quis bona operetur, aut sese disponat, quantomagis, non credere, est obicem ponere, etiam si omnia interim opera bona faciat, multo enim rigidius præceptū est ut credamus in deū, cp ne fornicemur, aut ne occidamus. Quare fidei in prima tabula præceptæ, omissio, longe præponderat istorum peccatorum commissio ni in secunda tabula prohibitorum. Itaq; sicut incredulitas fons omnium malorum, nullum sinit opus bonū fieri, aut si fit, polluit, & ad omnia peccata pronum facit: Ita econtra, Fides fons omnium bonorum, non sinit fieri malū, aut

Contra obicē scolasticorū.

sisit, statim tollit, & purgat, & ad omnia bona opera pronum facit. Inde cum Adam & Heua incredulitate peccassent, mox libidinem, ceu fructum in mem bris senserũt, contra Ioh. vij. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ, Et. ij. Timo. ij. Et discedit ab iniquitate omnis qui inuocat nomen domini. Quare nos fortiter teneamus primum præcepti esse caput & initium omnium præceptorum, & opus eius esse caput & initiũ omnium operum, totaq; uia errare Philosophiam moralem peripateticorum, quæ dicit, facienda iusta tẽperata efficimur iusti temperati &c. Non sic impij, non sic, sed iusti, temperatiq; facti, facimus iusta & temperata, iusti autem effi cimur per fidem, quæ credit deum esse nobis propitium, quod, ut crederemus, præcepit, dicens: Ego dominus deus tuus. Nõ habebis alium deum corã me. Sicut autem credimus, sic fiet nobis, neq; enim fides hæc fallitur, fallitur potius qui hoc timet, aut dubitat credere.

Contra Peripateticorum moralia.

In oĩbus operibus placere nos deo, credendum est.

Dices autem, quomodo potest fieri, ut in omnibus operibus credam me placere deo, aut deum mihi esse semper & perpetuo propitium, cum aliquando cũ proximo loquar, bibam, comedam, rideam, sed & iocer aliq̃ties, & iucũdis sermonibus mutuo nos consolemur? Iam quid si peccẽ manifestario peccato, & ruam etiã grandi aliquo lapsu, ut iræ, libidins, cupiditatis? Atq; quis est ille perfectus uir, qui non offenderit in uerbo, ut Iacobus Apo. ait? Sed & ut ipse doces, in omni opere bono esse uitium, nunquid uitium deo placere potest?

Opera familiaritatis deo nõ displicẽt.

Respodeo, primum de operibus familiaritatis. Hypocritæ qui opera dei concluserunt in suas tristes angustias, rigidi & implacabiles censores sunt eorum operum, quæ familiaritas honesta facit, ut sunt hilares cõuictus, acute aut face te dicta, risus & iocus humaniores. Nam de scurilibus, cachinno, turpilo quio hic nihil dico, quando hæc, nec humanitus instituta uiuẽdi ratio probat, Verum cum uita ista sine conuictu non transeat, certe credere te oportet, deo etiam placere, si fratrem hilariore uultu alloquaris, blãdiusculo risu inuitaris, nonunq̃ & facetulo, aut arguto dicterio delecteris. Nã hæc nimirũ est Chrestotes illa a Paulo Gal. v. commendata, quam benignitatem, seu suauitatem conuersationis uocant, quam idem. ij. Corint. vj. exhibere nos iubet, dicens: Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros in multa patientia, & infra. In suauitate, in spiritu sancto, ubi in spiritu sancto addit, ne comitas ista, seu hilaritas, sicuti uere solet, degeneret in leuitatem & effusam scurilitatem, ac licentiam quandam quolibet dicendi & faciendi, donec ex suauitate fructifera spiritus sancti, faciant suauitatem mortiferam spiritus immundi.

Sancti Bernardi factũ otiosum, non otiose.

Sic de sancto Bernardo, legitur: Qui fratrem tristiorem solaturus, iocatus est in eũ, ponẽs ei pedem in insidijs, ut caderet, dicẽsq;, Factum otiosum, sed non otiose. Quod si quid etiam peccati (sicut timendum est) per ignorantiam irrepserit, uincitur tamen fide dei, qua credimus nos ita placere, ut ignoscat quod peccatum est, qui talem nobis se præbet qualem credimus.

De peccatis manifestarijs.

De peccatis uero manifestarijs illud Prouer. xxiiij. dico: Septies cadet iustus & toties resurget, impĩ uero corruent in malum. Hoc enim distat iustus ab impio, q̃ impius per opera præsumit deum placare & uincere, unde ubi cecidit, nunq̃ resurgit, quia aliam uiam resurgendi non habet, q̃ opera, quibus deum flectat, sicuti putat, quod quia non potest fieri, pacem cordis nõ inuentes unq̃, necessario desperat. Iustus autem, qui scit deum non modo promisisse & præuenisse, sed etiã præcepisse ante omnia opera in se credi & sperari, nec ideo resurgit, quia operibus nititur, nec ideo iacens manet, quia cecidit sed promissũ

& præceptũ

& præcepti dei memor misericordiam propitiam ante oculos habet, quam so/
lam ante oculos habere iussit, quando dixit: Ego dominus deus tuus. Sic Psal.
xxv. facit. Qñ misericordia tua ante oculos meos est, & complacui in ueritate
tua. Ideo uerbo & præcepto dei sustentatur, ne corruat cum impijs in malum
desperationis. Sicut ergo diuerso immo contrario studio nituntur ita cõtrario si
ne cadunt. Impius nititur operibus in deum currere: Iustus autẽ studet fide ex *Impius & Iu*
deo uenire & nasci: Ille proponit iusticiam dei superare uiribus suis: Hic miseri *stus cõtrario*
cordiam dei proponit, quæ sanet oẽs infirmitates eius. Et in hac re exemplum *studio nituntur, et cadũt.*
patris & filij prædictum adhibere oportet. Filius enim, si quãdo peccauerit, pa/
trem quidem timet, sed fiduciam non ponit paternæ benignitatis, paratus ta/
men est humili cõfessione peccati portare disciplinam paternam. Sicut ex Ma
lachia. iij. retulimus: Parcam eis, sicut parcit uir filio suo seruienti sibi. Et psal.
lxxxviij. Visitabo in uirga iniquitates eorum, & in uerberibus hominum pec
cata eorum, misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neq; nocebo
in ueritate mea. Prudens, ac sciens hic prætereo Theologorum recẽtium quæ *Ignorãtia fi*
stiones, An fides pereat per peccatum mortale, & quid sit peccatum mortale, *dei, & mortã*
quod hæc res nondum maturuit, ignorantibus illis, quid sit fides, aut mortale *lis peccati.*
peccatum, & sibi ipsis arrogantibus, deoq; arbitrium pronunciandi rapienti/
bus, cum quãto peccato stet, aut non stet fides. Secretum meum mihi, ait Isai/
as. Et secretum domini timentibus eum, psal. xxiiij.

Tertio, de peccatis in operibus bonis, concedo nullum esse opus bonũ, quo *Nihil dignum*
deo placere queamus, sicut orat Ecclesia, dicens: Domine sc̃m actum meum *agimus, quo*
noli me iudicare, nihil dignum in cõspectu tuo egi. Et iterum: Vt qui tibi pla/ *deo placere*
cere de actibus nostris non ualemus, genitricis filij tui &c. Atq; hæc ipsa est *possimus.*
gloria & gratia fidei, q̃p sola ipsa est opus placitum, quod nostra omnia placita
facit, & omnia displicita tollit. Si enim cætera non essent peccata, nec displice/
rent, fide non esset opus quæ interpellaret. Quare ex ipsius fidei, tum ui, tum *Desperandũ*
necessitate discimus nobis esse desperandum de uniuersis operibus nostris, & *nobis in omnĩ*
proposita misericordia dei cum iudicio dei pugnare. Sicut Iacobus. ij. dicit: Su *bus.*
per exultat misericordia iudicium, id est, misericordia gloriatur aduersus iudi/
cium, & plus põt fides misericordiæ dei pro iustificatione, q̃p timor iudicij dei
pro damnatione cõscientiæ nostræ. Proinde semper timẽdi causam habemus,
dum omnia quæ facimus mala sunt, & per se damnabilia: Rursum eodẽ timo/
re occasionem quoq; habemus semper credendi & contra timorem iudicij. per
fidem misericordiæ pugnandi, triumphandi, & gloriandi, ut stet illud psalmi
Beneplacitum est domino super timentes eũ, & sperantes super misericordiã
eius. Sic. j. Ioh. ij. Sed, & si quis peccauerit, aduocatũ habemus apud patrẽ Ihe/
sum christũ iustũ, & ipse est propitiatio p̃ peccatis nostris. Eiusdẽ. iij. Si repre/
henderit nos cor nostrum, maior est deus corde nostro & nouit omnia.

Ex his omnib⁹ sua sponte notescit, quid de cerimonijs sentiendũ, & quate/ *De cerimo*
nus eis utendum sit, De quibus cum uarie sit desputatum, etiam antiquis pa/ *nijs.*
tribus, & hodie multis penitus adorentur, rursum alijs omnino contemnãtur,
pauca dicenda sunt. Primum, Certum est in nouo testamento unas tantum ce
rimonias esse diuinitus institutas, scilicet, sacramentum Eucharistiæ, quod ta, *Vnæ a Chri*
men & ipsum non alio fine factum est, nisi, ut populus ad uerbum dei & ora/ *sto ceremõiæ*
tionem conueniret. In quo simul qui per uerbum essent conuersi & instructi, *institutæ.*
baptisarentur, & accepto sancto pane confortarentur, Cæteræ omnes Eccle sia
sticis decretis institutæ & auctæ sunt, donec Ecclesiam hodie aliud nõ esse per

mitterent, ꝙ meras cerimonias, extinctis prorsus omnibus dei mādatis. Quare hic discere debemus, ne ad dextram, nec ad sinistram declinemus, hoc est, ne cerimonias, aut nimio æstimemus, aut nimio contemnamus, sed recta uia & medio incedentes, pro tempore tum eas obseruemus, tū deseramus, in qua re non erit, quod nos fidelius, certius, tutiusq; ducat, ꝙ ipsa fides & charitas, longe inꝯ certius & fidelius & tutius, ꝙ uniuersæ omnium pontificum & doctorum dispensationes, Epijciæ & interpretationes.

Cerimoniæ in hac uita necessariæ.

Sit ergo hoc positum: Quod hāc uitā sine cerimonijs agi est impossibile, cū em simus in corpore & medio temporalium rerum, differentias operum, locorum, officiorum, temporum, personarum, aliarumq; rerum non possumus euitare: & (sicut Paulus Ro. xij. &. j. Cor. xij. dicit) multa membra, & unum corpus, sed non omnes eundē actum habēt. Nam si tollas cerimonias omnes, ubi stabit ullum imperium, regnum, principatus, magistratus, aut ulla deniq; administratio mundi? Neq; enim domū, aut familiā, nec liberos regere possis, nisi tempora, loca, officia, operaq; distribuas, & statis cerimonijs administres, sed neq; teipsum, nisi certis horis, certis studijs, certis locis tete exerceas. Neq; enim aliter corpus tuum te uiuere sinit, saltem qđ ad fructum & salutē pertinet. Quid enim facies, aut uiuas, si nihil operis, loci, temporis, officij, personæ tibi proposueris? Deinde quid sunt opera externa ipsa mandatorum dei & totius Euangelij, ꝙ quædam cerimoniæ? Quid est orare, ieiunare, uigilare, laborare manu, iuuare proximum, nisi cerimoniæ? Veruntamen cerimoniæ prophanæ, seu ritus politici, & secularium rerum iura, siue consuetudines, aut quocunq; nomine censeri debent, ut sunt multo quidē necessariores & necessario plures, uariq;: Ita sacræ cerimoniæ & ritus Ecclesiastici, seu iura rerum (ut uocant) spiritualium, sunt multo periculosiores, ꝙ in his factis, procliue sit, fiduciam uanam, aut omissis, stultum timorem (id est pessimam utrinq; conscientiā) concipere. Ipsa enim fides, quæ est in deum, magnis fluctibus hic periclitatur, ubi non affuerit seruus domini fidelis & prudēs, qui sciat separare præciosum a uili. Si enim cerimonijs cœperit fidere, aut extra cerimonias diffidere, iam fides perijt, quæ cerimonijs uti debuisset, sicut sessor equo. Sed regnāt ipse solæ, seruiles, scilicet personæ, & (ut Eccle. x. dicit) seruus in equis & principes ambulantes super terram sicut serui. Periculum inꝯ est, ne cerimonijsta cōfidat sese placere deo per cerimonias, falsus earū sacra specie, & quod in his agitur quæ ad deū pertinēt. Quod periculū, in prophanis, aut nullum, aut paruū est, & ita crassum, utq; in eo inflatus superbierit etiā hominibus stulta cōfidentia, seu, ut dicit, Philautia notetur, cum agantur in his quæ sunt mundi.

Non fidendū cerimonijs.

Cerimonijs in fide & charitate utēdū.

Quare cerimonijs in fide & charitate utēdum est, ut sint utiles, sine quibus non possunt non esse noxiæ & perditionis occasiones. Si enim omnia alia opera bona sunt pernicio sa extra fidem, quanto magis opera cerimoniarum, humanit⁹ statuta. Tunc autem fiunt in fide, & charitate, quando non necessitate sui, nec quia bonæ, nec quia præceptæ sunt, fiūt, sed libertate spiritus, hoc est, siquis confidit se etiam in his deo placere, quæ ex seipsis indifferentia sunt, faciens hac fide sua sibi lucrum, ex re, quæ nec lucrum, nec damnum est, & ex non bona bonam. Ad quod faciendum, non mouetur, ꝙ multa sibi merita cogitet in his parare, sed una hac sola causa, ꝙ ei necessario uiuendum sit in corpore, quod cerimonijs carere non potest, licet ipse eis prorsus non indigeat, abūdatur meritorum ex sola fide sua. Deinde, ꝙ necessario ei cōuersandum sit illis qui, uel prophanis cerimonijs opus habent seculi huius perituram substantiam admi-

Cerimonias in fide & charitate fieri.

tiam administrare, uel sacris cerimonijs tanq̃ paruuli & infirmi in Christo, tã
q̃ sub pedagogo legis corporalis, alendi fouendiq̃ sunt donec crescant & ip
si in cognitione domini nostri Iesu Christi, ut Petrus ait. Vtriscq̃ enim debi-
tor est ex charitate, ut sese moribus eorũ attemperet, cum quibus uiuit, immo
non solum attemperet, sed etiam per hæc seruiat eis, ne stulta fiducia sua infir-
mos aut secularem politiam cõtemnat, & sic utroscq̃ scandalizet, quod est con-
tra charitatem. Sic Christus Matt. xvij. Ne scandalizaret publicanos Romanæ
potestatis, iussit Petro, ut statherem solueret. Et Paulus Tit. j. mandat, ut po-
testatibus subditi sint, dicto obediant, ad omne opus bonum parati sint. Idem
Ro. xiij. & j. Pe. ij, Subiecti estote omni humanæ creaturæ (id est, institutioni)
siue regi tanq̃ præcellenti &c. Non q̃ hæc necessaria sint ad iustificationem si
delium, quorum iusticia Christus est, sed ut in charitate seruiant omnibus ho-
minibus, & hoc bono ex modo prouocent alliciantq̃ ad Christum infideles
& malos. hoc est (ut Tit. j. dicit) doctrinam domini nostri Iesu Christi or-
nent in omnibus. Et. j. Cor. x. Per omnia omnibus placeant. Sicut Apostolus
se omnibus per omnia placere dicit, non quærens, quod sibi, sed quod multis
utile sit, ut salui fiant.

Attemperandum moribus uicinorum.

Et ad nostras cerimonias ueniendo, cum quotidie utraq̃ generatione pueri
& adolescentes in Ecclesia multiplicẽtur, quos impossibile est præ feruore æta-
tis & rerum imperitia per se ipsos bene uiuere, opus est, ut sint parentes utriq̃
eorum pedagogi, & datis cerimonijs eos ad pietatem exerceant, ne otio, aut li
centia pereant. Vbi necesse est, ut, & ipsi easdem cum illis seruent cerimonias
exempli boni causa, & ea quæ sibi superflua quidem, ac necessaria nõ sunt pro
pter illos tamen faciant, quibus necessaria sunt. Sic Apostolus. j. Cor. xij. dicit
se factum esse Iudæum Iudæis, & Gentilem Gentibus, ut omnes lucrifaceret,
& ijs qui sub lege erant, factus est sub lege, cum sub lege nõ esset. Sic Deutro.
xxxij. de Christo quoq̃ dicitur, q̃ sit sicut aquila prouocãs ad uolandum pul-
los suos, & super eos uolitans. Si enim parentes, aut maiores in Ecclesia omit
tant cerimonias in totum, aut eas contemnant, quomodo nõ scandalizabitur
puer, aut adolescẽs imperitior, qui hoc lactis exemplo alendus erat usq̃ ad per
fectum & solidum cibum? Itaq̃ ij qui in Ecclesia maiores sunt & spirituales,
qui iam ueritatem cognouerunt, esse scilicet in fide sola iusticiam sitam, & ce-
rimonias esse nihil, sicut de circumcisione Paulus ad Galathas dicit, debent
hoc sentire quod in Christo Iesu, & formam serui accipere, non fastidire infir-
mos, qui cerimonijs ad huc indigent, aut aliquid eas esse credunt, sed cum eis
ire etiam duo alia miliaria, & pallium adijcere, libertatem suam exinanire, nec
alio fine cerimonias seruare etiam strictissime, q̃ ne offendant infirmos, aut
scandalizẽt paruulos, quibus potius debẽt præire exemplo bono in ipsis adeo
cerimonijs, donec perducant eos in eandem libertatis cognitionem,

Cerimoniæ obseruandæ propter pueros & adolescentes.

Non fastidiendi infirmi.

Nec est q̃ iactet ullus sese scire, omnia esse neutralia & indifferentia & lici-
ta solamq̃ fidem iustificare, cum hoc iam diu Apostolus præuenerit, dicens. j.
Cor. viij. Omnes scientiam habemus, scientia autem inflat, charitas autem ædi
ficat. Et. x. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Omnia mihi li-
cẽt, sed non omnia ædificant. Et iterum: Vt quid libertas mea iudicatur ab alie
na conscientia? Cur non expediunt, nec ædificant omnia, cum liceant omnia?
Scilicet q̃ non omnes sciunt omnia licere, Ideo mea scientia non potest qui-
dem iudicari, & damnari ab alterius ignorante conscientia, debet tamen sese

Scientia non inflet.

submittere & illius ignorantiæ ad tempus seruire, nec aduersus eam inflari, ut potior sit charitas seruiens illius ignorantiæ, seu infirmæ conscientiæ, q̃ scientia inflata dominãs eius ignorantiæ. Sicut Christus pro nobis ad tempus mortuus est, seruiẽs peccatis & infirmitati nostræ. Sicut Ro. v. dicit. Ad quod nos debet mouere q̃ scientia ista nostra nos tutos reddit, ut opera cerimoniarum nobis non noceant, qui fide nos iustificari nouimus: Deinde q̃ nos nostra bona in Christo omnia habemus, nec iam curandum sit, quo modo iustificemur. Ideo quicquid deinceps uiuimus, proximo uiuere debemus, sicut Christus nobis fecit, & cum omnia facere in bonum eorum debeamus, multo magis has cerimonias indifferentes. Atq̃ ita nulli quicq̃ debebimus, nisi, ut inuicem diligamus, & ea charitate fit ut omnia sint bona, quæcunq̃ facimus, & tamen propter opera non quæramus iustificari, quod est uere Christianum esse.

Proximo uiuendum.

Oia bona sunt quæ facimus.

Quod autem de paruulis & adolescentibus per cerimoniarum usum & exemplum alendis diximus obseruandum, idem dicendum de peccatoribus conuersis, quibus infirmam facit conscientiam nimis magna illa cerimoniarum Ecclesiasticarum tyrannis, sine fine traditarum & ad ministratarum: Immo hi forte ut sunt magis pueri & pusillanimes, ita magis indigẽt, ut opinio eorum, quam in cerimonijs istis habent, non scandalizetur, sed paulatim sanetur potius interim exemplo & opere earundem cerimoniarum cum eis strenue im, pleto, donec adolescant & ipsi in eandem nostram scientiam. Quanq̃ reuera omni sint maledictione digni pontifices isti romani & Ecclesiastici tyranni, qui tacita fide Christi suis legibus in infinitum multiplicatis, sic illaqueant miserrimas conscientias Christianorum fratrum, & his scrupulis, infirmitatibus, scandalis, quæ sanare & tollere debebant, seu per legum suarum abrogationem, seu per fidei eruditionem, non nisi ad stabiliendam tyrannidem abutuntur. Atq̃ cum ipsi quotidie nihil eorum seruent in grauissimum scandalum infirmorum, non tamen omittunt, inanibus, immo pestilentibus traditionibus animas pauidas terrere, sibi subijcere, expilare, & Christo penitus subtrahere. Ferẽdæ sunt quidem illorum leges, per fidem & charitatem, quantumlibet tyrannicæ & multæ, sicut leges ciuilis politiæ, ut dictum est, & ea, rum exemplo infirmis præeundum. Verumtamen detestandi sunt ipsi impij conditores legum, qui turbæ tantæ non miserentur, quasi tantum ad condendas leges, terrendasq̃ suis pestiferis statutis animas positi sint. Ita fit, ut maiores, pontifices in Ecclesia aliud officium hodie non agant, q̃, q̃ conscientias perplectunt, confundunt, illaqueant, nobis autem imponitur ut perplexas cõponemus, confusas solidemus, pauidas quietemus: Sic tamen ut tyrannidi eorum carnifici non resistamus, uolunt enim ius, immo opus conscientiarũ perturbandi, prorsus illæsum haberi. Et impletum est illud Sap. Vnus ædificans, & alter destruẽs. Quid prodest illis, nisi labor? Vere eĩ, quicquid uerbi dei inferiores præcones ædificant, hoc superiores uerbi hominum tyranni destruũt. En tibi, Petre, primatum tuum, & monarchiam Ecclesiasticam.

In põtificũ nimias leges.

Ferẽdæ leges Ecclesiastico rum.

Cerimonias operãtur æta te paruuli, & adolescentes primo.

Faciamus Epilogum, Cerimonias operantur, primum paruuli in Christo (id est, pueri, adolescentes, iuuenes) hos oportet a maioribus non contemni in his operibus, sed exemplo, licet sibi ipsis non necessario, iuuari. Sic enim charitas eorum in spiritu quidem ab his libera est, nec confidit, si ea fecerit, nec diffideret, si omitteret, sed exterius in corpore se ipsam in seruitutem dat proximis, ut eos lucrifaciat, & a peccatis quibus feruent, exemplo bono & re-

gimine

gimine custodiat: & sic implent legem Christi. Ab ijs qui tolleret cerimonias,
aliud non faceret, q̄ si gladium potestatis mundanæ tolleret, & mundum adul
teris, homicidis, furibus & omnibus sceleſtis impleret. Nam hij timore & le
gum carcere includendi sunt, usq̄ ad Christum, ut Paulus Galatas docet. Se
cundo, paruuli in fide, etiam si sint senes, qui timore peccati & conscientiæ ea *Secundo paruuli in fide.*
faciunt, nondum habentes hanc scientiam libertatis, hi instruēdi sunt in fide,
& sinendi in operibus eiusmodi hærere, quæ subito dimittere non possunt, do
nec agnoscant, non in eis, sed in sola fide iusticiam esse, proinde ualde cauen
dum, ne cerimonias horum uituperemus anteqū eruditi antur, sicut quidam so
lent nimium confidenter. Optime faciunt, q̄ cerimonias & humanas traditio- *Animarū habendarō hē rentium cerimonijs.*
nes uituperant, sed pessime faciunt, quod animarum, quæ in eis hærent infir
mæ, non magis rationem habent sanandarum & molliter explicandarum, q̄ ce
rimoniarum uituperandarum. Similes sunt hi fatui illis, qui si amicum funi
bus implicitum collo cernant, præcipiti zelo in funes ferātur, & toto impetu,
ac eos detrahant, & amicum suffocāt potius, q̄ expediant, ubi potius oportu
isset funes molliter & lente, primum dissoluere, & sic amicum liberare. Ita cum *Recte legibus utendū.*
leges hominum ui tollere nequeamus, sensim ipse animus eruditus est, quo
modo eis recte utatur. Ita Paulus. j. Timo. j. dicit, Legem esse bonam, si quis
legitime utatur, scilicet, si sciat q̄ iusto non est lex posita. Cum enim credenti
bus etiam pessima quæq̄ cooperentur in bonum, quanto magis traditiones,
quantumlibet noxiæ, his qui ignorantes sunt, cooperantur in bonum, si quis
eis legitime utatur? Vsus autem non est alius legitimus, nisi fides & charitas,
ut dictum est. Non tamen per hoc legislatores sunt excusati; Sicut q̄ ego mor
te, contumelia, rapina, & omnibus malis legitime utor in bonum meum, non
ideo occisor, calumniator, raptor, persecutor meus excusatus erit. Ita pōtifices
Ecclesiastici, suis legibus pestiferis, rei sunt omnium animarum, etiam earum,
quæ legibus eorum legitime usæ, bonum suum operatæ sunt

Nec dubites, formesq̄ tibi conscientiam securam, leges hominum in Eccle *Leges hominū in Ecclesia.*
sia, non alio loco esse habendas, q̄ inter plagas & phialas iræ dei, sicut gladiū
Turcarum, sicut pestē corporis, sicut famem terræ. Et quo modo, in his malis
te habere doceris, ita te habe in legibus hominum. Quomodo enim te habes
in malis istis? Primo, uteris eis tanq̄ remedijs peccatorum tuorum, in patien
tia ferens hoc flagellum dei: Deinde uteris tanq̄ præseruatorijs medicinis, q̄
his malis pressus multa facis & omittis, quæ liber nec faceres, nec omitteres.
Ita leges hominum multiplicatas in flagellum tuū nō dubites, & ex pastorib⁹
tuis factos esse carnifices tuos certus esto, quorū uiolētia pressus & uexatus, si
pariēs fueris, multa omittes, & facies, nunq̄ alias omissurus & facturus. Quis
est enī, qui noceat uobis (ait sanctus Petrus) si boni æmulatores fueritis? boni
id est, boni rei, seu bonitatis, seu id quod bonū est (ne Amphibologia quemq̄ *Boni æmulatores q̄ sint.*
fallat) Verum hoc faciunt, ij qui scientiā legis habent legitimumq̄ eius usum,
boni scilicet æmulatores. Paruuli autē & infirmi hæc nō capiunt, ideo pereunt
per hos Animicidas pontifices, & Seminiuerbios. Tertio faciunt opera ceri *Tertio cerimonias faciunt, qui in suis gloriantur operibus,*
moniarum Moab & Amon, & cultores uitulorū Bethauen, & qui confidunt
in monte Samariæ, hoc est, qui de operibus & in operibus suis gloriantur, cæ
ci cæcorum duces nec opus habentes eruditione fidei, sicut primi, præ ni
mia sapiētia & iusticia sua, quibus sicut Heliu (Iob. xxxij.) pleni sunt, ceu uas
plenum musto & absq̄ spiraculo. Nimirum disrumpuntur hi præ sapientia &

iustícia, quos propríe hic & omnes psalmi arguunt, de quibus sæpe diximus. Hi soli sunt arguendi dure secundū Apostolū, nec petunt unq̄ doceri, sicut si cundi, sed ipsis totus mundus minor est, q̄, ut suffitiat eorum eruditioni. His est populus ille Behemoth cuius cor induratur sicut incus. Iob. xlj. Et palpe bræ in altum surrectæ, Prouerb. xxx.

Quarto, uiri spūales cerimonijs incūbunt,

Quarto faciunt ista operarij, de quibus diximus, spirituales, uiri in fidei liber tate & charitatis seruitute, utentes illis, non nisi ad exercitādum corpus in hac uita sicut quolibet alio artificio prophano, aut ad prouocandos promouendos q̄ paruulos & infirmos, exemplo bono. Cauendumq̄ a scandalis eorum do nec formetur Christus in eis. Hoc nimirū est q̄ Paulus, ubi ubi differentes dei

Vnitas seruanda.

donationes commemorat, tantum curat, ut unitatē persuadeat, q̄ sciat nedum diuersas cerimonias, sed, & ipsa dona spiritus, si prudētia carnis & Satan inter

Cerimoniæ quādo, et quibus laudādæ.

filios dei fuerit, fortissime contra unitatem pugnare. Ex omnibus his colligi mus q̄ coram hoc genere hominum cerimonias, nec laudare, nec uituperare opus est. At coram tertio uehementer sunt detestandæ & uituperādæ, q̄ in eis infelicissimi homines fidunt, quo fiunt stulti isti, qui dicunt in corde suo, non est deus, abominabiles & corrupti in omnibus studijs suis, ut nec semel bonū operentur. Quod ubi feceris, irritabis contra te uniuersum corpus Behemoth cum omnibus squamis suis, tibiq̄ dicēt: Tu es Hæreticus, seditiosus, irreueren tialis, scandalosus, quia negasti bona opera, & Canones sacros patrum, & con silia Ecclesiæ, quæ non potest errare. Coram secūdo genere sunt modeste lau dandæ & ad tempus, ne scandalizetur infirmitas eorum, quæ cum prompta sit meliora facere, nondum tamen potest, nec capit, ingremio materno fouenda est, ei conuiuendum, & quæ laudant laudanda, quæ faciunt facienda, qua be neuolentia capti, credant, & sequantur meliora. Coram primo genere sunt ue hementer laudandæ, & exigendæ, q̄ rudes illi, timore solo possunt moueri ad bonum, & terreri a malo, simul tamen ingerenda syncera fidei & libertatis do ctrina, quam spiritus hauriat, olim fructiferam futuram, ubi corpus cerimonijs attritum & exercitum, didicerit spiritui mollius subijci, & seruire, sedatis affe ctibus iuueniliter insolescentibus & furentibus.

Simili ostendit.

Nec ista sint mirabilia in oculis nostris, easdem cerimonias tam uarie tracta ri, Nōne & cibus ac potus, aliter crapulosis, aliter infirmis, aliter sanis, ac tem peratis, aliter superstitose ieiunantibus docetur, ac tractatur? Crapulosis uitu perandus, infirmis moliter suadendus, superstitiosis uehementer laudandus, sanis ac temperatis in arbitrio relinquēdus. Atq̄, ut perniciosissimus est œco nomus, qui sine delectu ab omnibus domesticis exigat eandem ciborum uo raginem aut parsimoniam: Ita pestilentissimus est Ecclesiarum magistratus, qui easdem farragines legum suarum, ab omnibus æquali obedientia extor queat. Hic enim plurimos occidat necesse est. Ex his omnibus, prudens Chri

Regulæ cerimoniarum.

stianus accipiat, qua regula in cerimonijs uiuere debeat, quoque alijs consilio prodesse in eisdem. Primum, ubi non est certus de tertio genere hominum, ca ueat ne cerimonias uituperet, aut eum, quem uidet in his incedere iudicet. Quis enim scit, an ex necessitate (ut primi) aut ex infirmitate (ut secundi) aut ex libertate (ut quarti) in eis incedat? Iudicasse autem aliquem horum, nonne Christum iudicasse est? Q. si monasteriorum greges his tribus generibus abū darent, nihil eorum multitudo noceret: At nunc fere abundant, tertio & infe licissimo genere cerimonijstarum, quorum in Ecclesia oportuit, ne unum qui

dem mona

dem monasterium, aut collegium esse, cum non nisi onus & scandalum sint populo dei. Sed quis omnes malos de terra auferet? In terra sumus, terræ quo/ q; hominibus conuersari cogemur.

Addemus unum & finem faciamus. Si quis sentiat sese in operibus cerimo Nota. niarum fiduciam habere, audax sit, & ea aliquando intermittat, nec in hocre/ quirat pontificum dispẽsationem, aut potestatem. In his enim quæ sunt fidei, quilibet Christianus est sibi Papa & Ecclesia, nec potest statui, aut statutum te nere aliquid, qđ in fidei periculum cedere quoquomodo possit. Quod si con silium in hac re cum proximo uoluerit communicare, quo audentior sit, uirtu te uerbi illius. Si duo super terram consenserint super quacunq; re &c. optime facit. Hæc dico, q; sciam q; pertinax malum sit fiducia operum nostrorum & periculosa legum humanarum superstitio in fidei synceritatem. Vide ergo, q; Oia libera, omnia sunt libera nobis per fidem, & tamen omnia serua per charitatem, ut si omnia serua. mul ster seruitus libertatis, & libertas seruitutis, q; nulli quicq; debemus, nisi, ut diligamus inuicem. Sic Christus Ioan. x. dicit: Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. In/ gressus in Christum, est fides, quæ nos colligit in diuitias iusticiæ dei, qua deo Ingreßus in iam satis facientes iusti sumus, nullorum operum egentes ad iusticiam paran/ Christum & dam. Egressus autem est charitas, quæ nos iusticia dei indutos distribuit in ob egreßus. sequia proximi, & exercitium propriį corporis, ad succurre ndum alienæ pau/ pertati, ut, & ipsi per nos attracti nobiscum ingrediantur in Christum. Sicut enim Christus exiuit a deo, & attraxit nos, nihil quærens in omni uita sua, quod suum esset, sed quod nostrum: Ita ubi fide ingressi fuerimus, & nos exi/ re oportet, attracturi & alios, nihil quærentes, nisi ut omnibus seruientes, multos saluemus nobiscum.

Vt autem ad psalmum redeamus. Satis constat, incredulis nihil esse mun/ Redit ad pro dum, sed quia caro sunt, & spiritus domini non regnat in eis, studia quoq; eo positum. rum putrida, ac talia prorsus esse, qualis est caro, fœda scilicet corrupta & ab/ ominata, id quod ipsa non tantum in morte, sed etiam in uita satis ostendit su is multipharijs corruptionibus. Est autem in hebræo utrumq; uerbum actiuũ, Corruperunt, & Abominauerunt (si sicut liceret dicere) studia sua, seu melius in transituo tertij, Corrupta & abominata studia fecerunt, cum sit idem uerbũ Gene. vj. Omnis caro corrupit uiam suam, id est, fecit, ut esset corrupta. Vbi ne nostri (ut dixi) neutralenses negent, omnem uiam stultorum esse corrup/ tam & abominatam, addit: Non est qui faciat bonum, ut prorsus nihil boni, sed omnia mala esse in hominibus doceat.

Dominus de cœlo prospexit super filios hominum, ut uideat si est intelligens, aut requirens deum.

Aemulatione Mosi (Geñ. vj.) hic uersus dicitur, Ille enim dicit: Videns au tem deus q; multa malitia esset hominum in terra. Et iterum: Cumq; uidisset deus terram esse corruptam. Vult enim æmulatione uerbi, etiam æmulationẽ morum

morum exprimere, ut sicut isti illos ante diluuium moribus referunt, ita et illi uerbis arguantur, sed alio fine, illi enim diluuio perditi sunt, hi uero in agnitionem peccatorum suorum prouocantur, ut meliore baptismi diluuio seruentur. Sic enim agit Paulus Ro. j. & .ij. causans omnes esse peccatores ludæos & Græcos, ut omnium deus misereatur. Vnde & hic psal. finit dulci promissione dicens: Quis dabit ex Zion salutare Israel? cum auerterit dominus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob & lætabitur Israel.

Prospicit de cœlo dominus super omnes.

Dicitur autem, deus de cœlo prospicere super filios hominum, contra insipientiam stulti, qui dicit deum non esse, ac si dicat: Non solum est deus, sed etiam uidet, immo prospicit omnia, hoc est, uisu penetrat & pertingit ad omnia. Deinde ne quis stultos illos & corruptores studiorum, putet esse unius alicuius anguli homines, inter quos solos non sit qui faciat bonum: extendit sententiam generaliter ad omnes, dicens, de cœlo dominum prospicere, Vnde omnes homines in terra prospicit, ac nullus eum latet. Sic Gen. vi. uidit terram totam corruptam esse. Et filios hominum dicit, in quo æque uniuersitas hominum intelligitur. In quibus uerbis duo occulte innuuntur: Primum, unus filius hominis, in quo solo omnes filij hominum iustificentur: propter quem & scriptura tropum hunc seruat, ut filios hominum pro hominibus frequentissime dicat. Quod & ille sit homo, sed non filius hominum, cæteroqui omnes esse & filios hominum & peccatores, in peccatis hominum conceptos & natos. Verecundum est enim, & mite os spiritus sancti, qui cum pestilentissimos dicere possit homines, mitiore titulo accusat, q sint filij hominum, in quo satis est conprehensa, licet tenui uocabulo, uniuersa miseria & malitia hominum. Alterum, q aliter apparent homines in prospectu dei, & aliter in prospectu hominum: in conspectu dei non gloriatur omnis caro, ait Apostolus Ro. iij. Pulchre indicas utrunq; hunc cõspectum intelligi, in hoc uersu, cum dicitur: Dominus de cœlo, non homo de terra, hoc uidisse & iudicasse.

Differẽter dicitur filius hominis et filius hominum.

Mite os spiritus sancti.

Nam homines inuicem non modo nõ uident (saltẽ in omnibus) studia sua esse corrupta, sed etiam laudant quandoq; & prædicant magna gloria, qualia sunt, ingenia, artes, facinora, moralesq; uirtutes (ut uocant). Inter cætera uero omnia, nonne id quod omnium pessimum est, omnium maxime celebrant? Quis enim enim bellorum gloriam (id est, humani sanguinis effusionem) nõ summam uirtutis inter homines posuit? Quid sunt Homerus, Virgilius, & reliqui Hæroici poetæ, nisi incitatores, inflammatores, iactatores cruentissimi crudelissimiq; homicidarum, tyrãnorum, truculentissimorumq; hostium sanguinis & generis humani? Ita ut periculum sit Christiano homini, si horum libros legat, ne uel affectum cruentæ huius gloriæ imbibat, aut cædibus tantis humani generis, mellita titillatus eloquentia, immo innata sanguinis humani siti perditus, delectetur.

Pessime celebratur gloria malorum.

Vt ergo taceam spurciloquos poetas & carmina uenerea. Si in omnibus alijs hominum filij essent integri, nonne sola belli libido eos ad unum omnes insanissimos merito probaret? Quantus est queso iste furor? quanta caligo, de strage, clade, sanguine, cæde, & omni malorum caho, quod bellum infert, eã

Filij hominũ insanissimi.

gaudere

gudere, cantare, laudare ubi sanguineis lachrymis, omnes plorare conuenie/
bat, præsertim, ubi non mandãte deo, sed insaniente libidine dominandi &
possidendi belligeratur, sicut gentes fecerunt, faciunt, & hodie, proch dolor,
Christiani, populi pacis, filij dei, crudelius omnibus gentibus faciunt. Sit ergo
ista laus Homero & similibus: Vbi Horatius dicit: Post quos in signis Ho/
merus, Tyrtæusq; mares animos in martia bella, uersib⁹ exacuit. Modo Chri
stianus sciat hanc furiosam furiosorum laudem esse in conspectu filiorum
hominum insignem, cæterum in conspectu dei abominatissimam. Atq;
id est, quod poetis hominum peccatorum laudatoribus accidere omnes con
tingentur, ut pleniore & feliciore uena insaniant, quando aut Martis, aut Ve/
neris opera tractant, & si pacis, aut castitatis, aut quæuis diuina tentant, adeo
impatiens est spiritus ille, quisquis est quo agitante calescunt, pacis & quietis:
ac si aquas Siloah, quæ fluunt cum silentio, compares ad aquas fluminis fortes
& multas, ut Isa. viij. &. viij. facit.

Furiosa laus furiosorum.

Poetæ sunt hominum pec catorum laudatores.

Hebræus, & hic uerbo transitiuo dicit, השקיף, Dominus prospicere fecit.
In quo ostendit, non solum prospexisse dominum ipsum, sed & alios fecisse
prospectores: Hoc est, prophetis reuelauit, qui filijs hominum annunciarent,
quid essent & facerent coram deo, alioquin quo modo potuit Noe scire, ter/
ram esse coram deo corruptam, nisi deus reuelasset? Nec hoc tacuit scriptura,
cum dixit: Corrupta est autem terra coram domino. Coram domino, inquit,
& coram filijs hominum longe aliud uideretur: Ita, ut fide opus fuerit in his
uerbis, sicut & Paulo opus est credi, quando omnes in uniuersum peccatores
arguit, & inanes gloria dei, eadem loquens ex reuelatione. Simul hic commẽ/
datur locus ille communis, ne quem iudicemus temere incognita causa, aut
non conuicta, q̃ nec ipse dominus filios hominum inutiles pronunciet, nisi
prius prospiceret, nec solum prospiceret, sed uideret, & cognosceret, sic enim
ait, Dominus prospexit, ut uideret. sicut Gene. xj. Descendit dominus, ut ui/
deret ciuitatem & turrim, quam ædificabant filij Adam. Et. xviij. Descendã,
& uidebo, an clamorem, qui uenit ad me, opere compleuerint, an non est ita,
ut sciam. Semper enim dominus præmisit nuncios, qui hominibus peccata eo
rum aperirent, & minas intentarent, quoties aliquod in signe facere uoluit.
Sic Ionas Niniuitis missus est. Sic Helias ante iudicium uenturus creditur, &
multa talia. Vnde Amos. iij. Non faciet dominus deus uerbum nisi reuelaue/
rit secretum suum ad seruos suos prophetas.

Prophetis re uelatur opus hominum.

Incognita cã nemo iudican dus est.

Si est intelligens, aut requirens deum. Non est cõiunctio, aut, in hebræo, ma
leq; ponitur. Ponenda autẽ fuit potius coniunctio, &, licet nec ipsa in hebræo
sit, pro linguæ idiotismo, cum sit sensus copulatiuus, intelligens, & requirens
deum. Fœcunda est hebræa lingua uerbis intelligendi, sciendi, sapiendi, quo/
rum exactam & constantem differentiam, ego non ausim profiteri.

Tales inq; stultos, hoc uocabulo pingere uidetur Propheta, q̃ nullus sit in
filijs hominum eruditus, seu sapiens, ac si dicat: Non solum ij, qui præ cæteris
rudiores sunt, non sunt intelligentes, sed & ij, qui multa garriunt, sicut amici
Iob, Heliu, Balaam (quorum sapientiæ, aliorum ruditati comparatæ, non est
numerus) nihil intelligunt, quia nunq; ea gustu aliquo uitæ & experientiæ co
gnouerunt,

gnouerunt. Ad hanc significationē uerbi mouet, quod, & psal. xxxj, in titulo scribitur: Intellectus, seu eruditio dauid, & multis alijs psalmis, in quibus non naturæ uita & experientia eruditi uidentur loqui, experientia in cp̃, non naturæ

Absoluta eruditio uitæ usu parata,

sed gratiæ dono exercitata. Est autē absoluta locutio: Non est intelligens, nec enim addit, quid non intelligat, deum ne, an alia, ut hanc absolutam eruditionem uitæ usu paratam intelligamus, quæ facit, ut homo, in omni rerum & doctrinarum sorte, & prudenter iudicet, & recte sapiat de deo & omnibus, quare fit ut idoneus sit & alios recta docere, ut non inepte, hoc uocabulo, impugnemus dentes & garrulos magistros arguí intelligeremus, Sicut sequenti, Non est requirens deum, auditores, seu imitatores.

Sola charitas, non quæ sua sunt, quærit,

Requirens deum. Hoc uerbo prauitatem affectus taxat, sicut præcedente cæcitatem mentis, ꝙ ubi non est uera dei notitia, nec uerus amor est, omnes enim quærunt quæ sua sunt, ait Apostolus, excepta sola charitate, quæ quærit non quæ sua sunt. Et hoc uitium cordis humani, subtilius est, cp̃, ut cognosci ab homine possit, de quo sæpe diximus. Hæc enim duo, non intelligere, non quærere deum, includūt omnia illa monstra, quæ psalmo. v. dicta sunt, Impietatem,

Veri intelligentes.

malignitatem, iniusticiam, mēdaces, quia per hæc, inquinata est eorum mens & cōscientia. Caueamus ergo, non intelligētes hoc loco accipiamus, pro istis speculationibus hominum, qui multa, grandia, singularia de rebus diuinis fabulari, didicerūt, sed qui pauca multo uitæ usu sic apprehenderunt, ut de oībus

Requirere deum.

omnium iudicent, &, ut uocāt, animā legis intelligant. Nec requirere deū, sit, oratiunculis, aut repertis opusculis, quouisue alio ꝑprio studio ad deum comprehendendum niti, &, ut dicunt, pro æterna salute, facere bona meritoria, sed hoc est quærere deum, in omnibus nihil suorum quærere, omnia in gloriā dei

Pietas summa in Christū & homines.

& commodum ꝑximi, tam facere, cp̃ pati, id quod est, abnegare seipsum cum omnibus suis, seruum aliorum fieri, summa, scilicet, in deū & homines pietas. Cōtra quam nemo acrius pugnat, cp̃ uiri sanguinum & dolosi, qui deum quærere sibi uidentur, & seipsos quærunt. Quare non ad opera, sed ad affectum & uotum hominis, hoc uerbum quærendi aptemus, & uidebimus in filijs hominū nō esse qui quærat deum, sed omnes esse, aut manifestis peccatis malos, aut dolosa specie peiores. In hūc modum Paulus hūc locū Ro. iij. inducit, tam cōtra gentes manifestarios peccatores, cp̃ contra Iudæos umbratiles sanctos dicens: Causati sumus Iudæos & Græcos omnes sub peccato esse, sicut scriptum est: Quia non est iustus quisc̃p̃, non est intelligens, non est requirens deum, omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usc̃p̃ ad unum. Vbi Apostolus per hanc particulam: Non est iustus quisc̃p̃, quæ hoc psalmo nō ponitur, colligere, & exponere uidetur sensum primi uersus: Dixit insipiēs in corde suo, non est deus: Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studijs suis, nō est, qui faciat bonū. Nisi per non esse quemc̃p̃ iustū, uoluit idem, quod non esse qui faciat bonum. Et uidemus, ꝙ non adducat scripturam, ad uerbum, sed ad sensum tantum.

Vbi nunc est liberum arbitrium? ubi uirtutes morales? ubi prudentia & scientiæ practicæ directrices hominum in agibilibus? Vitia scilicet sunt naturæ, seu potius, dona dei, per uitia naturæ, id est, cæcitatem mentis nihil intelligentis & prauitatem affectus non quærentis quæ dei sunt, inquinata, abominata, & reprobata.

Omnes

Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.

Quantis ecce superfluis uerbis intonat, ut oēs homines inuoluat & neminē excipiat. Primo, omnes ait, Deinde, simul, Tertio, non est etiam unus. Est autem aduerbium, simul, hebraismus, quo multitudinem in unum collectam significat, ut psal. xij.c. Cuius participatio eius in idipsum, id est, Hierusalem associatur ei simul cum omnibus qui in ea sunt. Et psal. xxx. Exaltemus nomen eius in idipsum, id est, omnes in unum simul congregati. Ita hic simul inutiles sunt, id est, omnes in unum sumpti. Et respectum Prophetæ obseruare oportet, qui inter homines uidebat alios quidem uideri recte incedere, deo appropinquare, utiles esse, bona facere, ut speciosos iusticiarios operarios legis, qui a uulgo manifesta rio peccatorum, Pharisæi, id est separati & separata lon gęq; dissimili uitæ & morum cōsuetudine insignes censent. Propter hos posissimum sic repetit & ingeminat, omnes, simul, nec unus, ut peccatis feliciter inuoluat & reos faciat, seu, ut Apostol⁹ ait, ut omne os obstruatur, & obnoxius fiat omnis immundus deo, qui nimis infeliciter sese explicuerunt, ne fœditatis, declinandi, inutilitatis, non facti boni, communicare uiderentur

Peccatis feliciter inuoluit omnes.

Tria dicit: Declinauerunt omnes, inutiles facti sunt, non faciunt bonum. Declinatio pertinet ad impietatem, seu incredulitatem, quæ fons & caput est malorum: Sicut econtra, pietas, seu fides est initium bonorum, qua ad deum propinquamus: Oportet enim accedentem ad deum credere, ut dicit Apostolus. Heb. xj. Atque quod hic, declinantibus tribuit, seu recedentibus, seu discedentibus (est enim idem hoc loco uerbum, quod psalmo. vj. Discedite a me &c) superius insipientibus dedit, dicentibus in corde suo: Non est deus. Declinare enim a deo & dicere in corde, non esse deum, idem sunt, scilicet, non credere. Sic, Heb. iij. Videte fratres, ne forte sit in aliquo uestrum cor incredulitatis, discedendi a deo uiuo. Et hanc fidei defectum in Ecclesia futurum, uidetur Apostolus. ij. Tessal. ij. appellare Apostasiam, dicens: Nisi primum uenerit discessio seu defectio (id est, Apostasia). Fidei inc̄p̄, non Romani imperij de fectionem ego intelligo dictam a Paulo, scilicet, ubi deserto principe & autore fidei Iesu Christo, hominum operibus Ecclesia uastabitur: sed & ipse seipsum exponit. j. Timo. iiij. Spiritus manifeste dicit, q̄ in nouissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erronis, & doctrinis dæmoniorum in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere & abstinere a cibis, quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus. Dura uerba, aspera sententia in Romanarum legum tyrannidem, quam suis coloribus graphice depingit.

Declinatio.

Nisi primum uenerit discessio, optime hic exponitur.

Omnes autem declinasse dicit, ut eos quoque inuoluat, qui maxime propinquare deo uidentur. Sicut & Apostolus. ij. Timoth. iij. inuoluit eos, qui speciem pietatis habent, & uirtutem eius abnegant, cum superbis, blasphemis & cæteris, quos in nouissimis periculosisq; tēporibus futuros prædicit: Immo propter hos hypocritas (ut dixi) omnia potissimum dicuntur hoc psalmo, q̄ ij, qui manifesto peccāt, minus noxij sint, c̄p̄ hypocritæ isti, cum specie sua, qui nihil eorum ad se pertinere, tum ipsi credunt, tum alijs pernicioſe persuadent, quæ de malis & impijs dicuntur,

Notent hæc hypocritæ.

Simul inutiles facti sunt, Eadem sententia est, quam supra dixit: Corrupti sunt & abominata fecerunt studia sua. Id quod pertinet ad mores & opera apostatarum, seu declinantium, quid enim impius & infidelis faciat, nisi inutile, abominabile, corruptum & putridum in oculis dei, licet in oculis hominum omnia utilia & bona uideantur? Sic Isaiæ. lix. Telæ eorum non erunt in uestimentum, nec operientur operibus suis, opera eorum, opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum. Et iterum addit, simul, ut utranque hominum impiorum turbam cõprehendat: eorum, scilicet, qui manifestis peccatis impietatem cordis produnt, & eorum qui bona specie impietatem uestiunt, uentres in uestimentis ouium, intus lupi rapaces.

Turba duplex hominũ impiorum.

Non est qui faciat bonum, non est usq; ad unum. Quo arguit eorum omissionem, ut qui non tantum mala faciant & increduli sint, sed etiam nunq; bona faciant & nunq; pij sint, ut sic per affirmationem malorum & negationem bonorum, absolute & penitus comprehendat omnes esse peccatores, filios hominum. Nam quod & hic addit, non est usque ad unum, uniuersalem negatiuam facit, sicut in prioribus duobus uniuersalem affirmatiuam, iterum propter hypocritas, ne pũtent sese bona facere, præ cæteris manifeste malis, nullus (inquit) eorum facit bonum, id est, nullus eorum habet fidem & bona opera, sed aut mala manifeste, aut tantum specie. Proinde quando spiritus, tanta uerborum ui, affirmationes & negationes componat, & uniuersaliter omnes pronunciet, esse malos & non bonos, Mirum est, qua subtilitate Neutralis illa Aristotelis Theologia per medium affirmationis & negationis uniuersalium repere queat, & sic elabi, ut libere audeat spiritui contra pugnare, & dicere: Non oĩa sunt mala hominũ opera, sed quædã sunt bona, licet hæc omnia sint non meritoria, seu nec meritoria nec demeritoria. Verum oportet scripturam esse signum cui contradicatur & aquam contradictionis, iuxta quam iurgantibus filijs Israel, iudices & electi Israel absorbeantur:

Nullus facit bonum.

Neutralis Theologia.

Hæc tria Paulus Tit. j, breuibus sic explicat: Cum sint abominati & increduli & ad omne opus bonum reprobi. Abominati hic inutiles putridi & corrupti dicantur: incredibiles, seu inobedientes, hic declinantes, seu recedentes, impij & infideles: Reprobi uero ad omne opus bonum, hic non facere ullum bonum, dicuntur. Confitẽtur tamen se nosse deum, factis autem negant, in quo hypocritas pariter inuoluit, sicut & hoc loco psal. *facit.*

Iam uide, quod eadem tria repetita sunt, hoc *tertio uersu*, quæ primo dicta sunt, sed hoc interest, q primo uersu suam sententiam *Propheta* profert, Tertio confirmat eam, sententia diuina, quæ non *modo* secum concordat, sed etiam latius & uniuersaliter loquitur, q idem *scilicet* de cœlo dominus, quod ipse in terra uiderit. Hinc Apostolus Roma. *iij.* solum addacit id quod dominum de cœlo prospexisse & definijsse *Propheta* dicit, quod & magis ad institutum Pauli faciebat, qui uniuersaliter omnes & omnium opera sub peccato comprehendere proposuerat, ut humiliati gratiam necessariam agnoscerent.

Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, uenenum aspidum sub labijs eorum.

Quorum os

Quorum os maledictione & amaritudine plenum est, ueloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.
Contritio & infelicitas in uijs eorum, & uiam pacis non cognouerunt, non est timor dei ante oculos eorum.

Hos tres uersus hebraica ueritas non habet, nec mihi certum est, an. lxx. interpretes ab initio sic uerterint psalmum hunc, quos Apostolus deinde secutus credi possit, cum nō esset tum alia translatio apud gentes, q̄ lxx, saltem uulgatior. Mihi uerisimilius est Apostolum ipsum, proprio spiritu de plenitudine sapientiæ suæ eructasse hanc sanctam crapulam ex diuersis locis scripturarum congestam, quam siue quis postea huic psalmo interseruerit, siue ipsi. lxx. reddiderint, non me magnopere sollicitat. Prima pars: Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, psalmi quinti est, ut satis claret. Sequens: Venenum aspidum sub labijs eorum, Psalmi. c. xxxix. Tertia: Quorum os maledictione & amaritudine plenum est, Psalmi. ix. Quarta: Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem, Prouerbiorum primo & Esaiæ. ix. Quinta: Contritio & infelicitas in uijs eorum, & uiam pacis non cognouerunt, Esaiæ. lix. Sexta & ultima: non est timor dei anre oculos eorū, ex psalmo. xxxv. est.

Quæ psalmo quinto & nono explanata sunt, hic non sunt repetenda, sed monendum tantummodo & inculcandum est, eos qui sine fide sunt, hoc est, impij, omnibus his uitijs esse inquinatos, aut data occasione inquinari, cum eis desit uirtus resistendi ulli peccato, & affit pronitas in omne malum. ut Genesis. vj. & .vij. scribitur. Quare omnes ad unum usque, sunt sepulchrum patens & insaturabiles uoragines diuitiarum, animalia uentris, quorum deus (ut Paulus ait) uenter est. Deinde omnes, linguam dolosam, blandam, adulatricem habent, ueritatem nec docentes, nec defendētes, sed quæ placita sunt magnatibus loquentes, ne scilicet pereat uenter, & esca, & guttur. quod malum cum omnibus sit commune, potissimum tamen ab eo laborant, qui uerbi ministerio præsunt, quod dico, ne repugnet, quod psalmo. v. diximus, hunc uersum ad populorum Magistros pertinere, quem Paulus omnibus uidetur tribuere, nec male, cum quales sunt Magistri, tales fiant & discipuli, & eodem uerbo utriq̄, aut pereant, aut seruentur. *In impios uerbi ministros.*

Venenum aspidum sub labijs eorum. Hoc proprijssime ad dogmata pertinet, siue de tradentibus, siue accipientibus dixeris, omnes enim uenenata doctrina infecti sunt, qui fide imbuti non sunt, Verum Epitasis est, in hoc uersiculo, Aspis enim serpentis genus esse in Africa dicitur, cuius ictui, nullum sit remedium, quo significatur, q̄ insanabilis sit impietatis doctrina, bona specie commendata, quod & ipsa hæreticorum & impiorum pertinacia satis probat. Hebræis uidetur pro ueneno, poculū, seu lagena dici, qua metaphora, aptius exprimitur dogmatis significatio, q̄ Vasa, ut iam sæpe diximus, uocale uerbū, liquor ipse, sensum uerborum significet. *Aspidis ictui nullum remedium.*

Sub labijs, eodē mysterio dictum est, pro psalmo. ix. Sub lingua eius labor & dolor, q̄ pestilēs & uenenatum dogma, aliud super linguam, aliud sub lingua habeat, hoc est, blandum, rectum, sanumq̄ apparet, cum sit asperrimum, peruersissimum, mortiferumq̄, in rei ueritate.

Quorum os maledictione & amaritudine plenum est, psalmo ix. expo-
tum est. Cum uero hic constet Paulum non adducere hebraicam utrinque
sed. lxx. & usitatam inter gentes translationem, quæ pro dolis, habet amari-
dine, permittamus, immo credamus maledictionem & amaritudinem, hic
pro maledicentia & iracundia accipi, cum psalmo. ix. maledictionem, pro do-
ctrina impia acceperimus, simpliciter ne, an uiolenter, lectoris esto iudicium.
Quamq; ubi obscuritas est, nihil officit uarios sensus tenere. Vt utrobiq; male-
dictio, pro maledicentia, uel mala doctrina accipiatur, hoc tamen loco, quia
Qui potißimum uiri sanguinum sint. sequitur, pedes eorum ueloces ad effundendum sanguinem, pro uerbis iræ &
furoris (ut dixi) fas est, maledictionem intelligere. Itaq; omnis homo, est uir
sanguinum, etiam ij qui sanctissima pompa fulgent, immo ij omnium maxi-
me sunt maledici, amarulenti, uirulenti, non semper, nec in omnes (nam hoc
operculo tegunt nequitiam suam) sed in eos, quibus offenduntur, aut non ho-
norantur, sicut sunt ad manū exemplа nostro seculo copiosissima, inter erudi-
tos & sacris initiatos passim grassantia. Nō est ergo, q̄ neget se maledicū esse
& amarulentum, qui aliquot amiculis dulcissime conuersatur, si uel unum, si
uel aduersarium, odit, aut criminatur. Hic enim ex fructibus suis cognoscitur
arbor, non illic ex uestimentis ouium.

Veloces pedes eorum &c. Prouer. j. Quorum pedes ad malum currunt,
& festinant, ut effundant sanguinem. Eodem pene modo Isa. lix. Non solum
uerbis sunt cruenti, sed & opere, data enim occasione, occidunt, aut si non oc-
cidunt, saltem gaudent occisos esse, quos oderunt, sicut si etiam non maledi-
cant, tamen gaudent maledici eos, quos oderunt. Quo uitio, cum omnes sint
filij Adam perditi, quot, rogo, sunt, qui se eodem perditos esse agnoscunt, aut
hæc ad se pertinere credant, cum dicitur: Veloces pedes eorum ad effunden-
Rei sanguinis nimiū multi. dum sanguinem? Nec enim frustra dixit, Veloces esse pedes ad effundendum
sanguinem, nō autem, esse effusores sanguinis, ut reos faceret sanguinis effusi
quotquot probarint, lætati fuerint, non prohibuerint, non restiterint, non sal-
tem doluerint, sanguinem effusum, aut effundendum: affectum scilicet non tā
tum opus eorum arguens. Quis ergo est, qui hic sese reum queat negare, in ui
tio cōmuni, tam late patenti, ut uix iustos sinat immunes esse?

Contritio & infelicitas in uijs eorum. Hic uersiculus, *optime declarat im-*
piorum operum conditionem, & semel exponit, quid sit, *ea auen & amal to-*
ties appellari: quid enim faciūt impij in omnibus suis *operibus, presertim ijs,*
quæ bona uocant, nisi q̄ frustra consummāt, quicquid *uirium* impendunt,
& ut dicitur, oleum & operam perdunt, nec solum *perdunt*, sed & uastant, &
conterunt seipsos, hoc est, cum hæmorroissa erogant *substantiam* suam *in* me-
dicos, & semper peius habent? Ponamus exempli *causa* pro utroq; genere im-
Impiorum miseria. piorum ante oculos, hanc ipsam hæmorroissam *substātiæ* consumptricem,
& filium prodigum itidem *substātiæ* suæ consumptorem, ut hic sit, exemplar
eorū qui in rebus mundi, honoribus, uoluptatibus, diuitijs, uolunt suauiter ui-
uere: Illa uero, eorum, qui uiribus & operibus suis sese pacare & conscientiam
confirmare. Hic experientiam consulamus, & uideamus an non utrunq; hoc
hominum genus sit, martyres diaboli qui maiore infelicitate, contritione, ua-
stitate, ægritudine animi, ad inferna descendunt, q̄ ij, qui per fidem omnibus
malis & peccatis assidue uexantur.

Ita certe habet ut quo quis, abundantius carnalibus bonis fruitur, hoc infe-

licius in

licius in anima conteratur, dum conscientia eius assidue concutitur, quia quo plus peccat, eo magis fiducia in deum perit, & augescit scrupulus, morsus, inquietudo, pauor, turbatio conscientiæ, ita dum uidetur foris, prospere in omnibus agere, & suauiter crescere, interim intus medullitus exugitur uirtus bonæ fiduciæ, exhaustoq; omni robore miserrime uastatur, ut demum cogatur desperare inæternum. Sic & illi qui, ignorata fide, operibus nituntur peccata & conscientiam superare, quo plus nituntur, eo infelicius cõteruntur, Donec illud Sap. v. dicant: Lassati sumus in uia iniquitatis. Recte ergo dicit: Contritio & infelicitas in uijs eorum, seu (ut Hieronymus transtulit) Vastitas & contritio in uijs eorum. Sic & Hieremiæ. ij. Contriuit dominus confidentiam tuam, & nihil habebis prosperum. Duo itaq; mala sunt, uastitas & contritio, seu cõtritio & infelicitas, prius, q̃ fiducia conteritur, quæ cõtrita & uastata, quid facit, aut conatur, magis affligit, q̃ solatur, magis infelicitat, q̃ promouet. Quæ omnia ex sua Antithesi melius intelliguntur. Iustus enim (sicut psal. j. scribitur) sicut lignum plantatum ad riuos aquarum, crescit, fructificat, floret, & multiplicatur, prosperaturq; in omnibus, quæ facit. Et iterum: Iustus ut palma florebit, sicut cedrus libani multiplicabitur. Contra impius, sicut ficus maledicta, & palmes extra uitem arescet, deinde minuitur assidue & perit usq; in puluerem. Quæ omnia spiritu aguntur in conscientia, adeo, ut redundent etiã in corpus & infirmẽt, etiã uires naturales. Quia sicut secura mens, iuxta Sapientem est uelut iuge cõuiuium, ita tristitia cordis occidit multos, & nõ est utilitas in ea, ut idem dicit. Atq; idipsum etiam uidemus ita fieri, ut opera impiorum, ferme cum eis sepeliantur.

Iustus.

Impius.

Et uiam pacis non cognouerũt. Quare? quia rem sequuntur & sicut equus & mulus, non habent intellectum, qui est fides rerum inuisibilium. Sensuales enim homines pacem in rebus huius mundi quærunt. Hypocritæ autem in suis consilijs, studijs & operibus. Vtriq; in his quæ sentiunt, & capiunt. At pax uera est in fide uerbi, & his rebus quæ nec sentiuntur, nec capiuntur, sed capiunt credentem eis, sicut Christus dixit Iudæis: Sermo meus non capitur in uobis, pisces enim, non capiũt, sed capiuntur rheti. Proinde ubi sensualibus defecerint opes, fauor, uoluptas, honor, ingruerintq; paupertas, ignominia, morbi, dolor, contemptus, q̃ inquieti sint, uidemus. Nec hoc solum modo inquietantur, externa inquietudine, sed & interna, amissa eñ fiducia dei, per prospera sua, inquieti & contriti sunt misera conscientia, ut sic nec coram deo, nec in seipsis, nec coram hominibus pacem habeant. Hypocritæ uero, ubi operibus suis defecerint, siue in morte, siue periculo (sicut oportet fieri) inuẽtaq; fuerint omnia eorum esse peccata, confunduntur, & perturbantur inconsolabiliter, quo argumento & ipsi ostenduntur suis operibus aliud nihil fecisse, q̃ uastasse & cõtriuisse fidem cordis, quæ esset uita, uirtus, gloria, substantia eorũ. Nec hoc solum modo confunduntur, sed etiã, si coram hominibus, opera & studia eorum periclitantur & arguuntur aut calumniantur, cœlum & terram miscere & turbare conantur, quia amissa fiducia dei, & in sua studia nixi, nec apud deum, nec in seipsis, nec coram hominibus pacem habent. Ita utrunq; hoc impiorum hominum genus, utrinq; pacem non habet, nec intus, nec extra, desciditq; omnis ille tumultus mundi ex interiore tumultu, qui eñ intus quietus est, foris nihil tumultuatur, qui autem intus turbulentus est, foris quoq; non potest quiescere.

Vbi uera sit pax.

Hypocritarũ studia.

Crux uia pacis est.

Dicit uero, nō modo eos pacem nō habere, sed uiam pacis nescire, hoc est ignorāt qua uia ad pacem eatur. Nempe per crucem, Crux enim, quæ mortificat omnem sensum & affectum, ipsa ducit ad pacem. Et CHRISTVS dum crucifixus est, secum pacem nostram abscondit in deū, qui sub cruce latet, nec alibi inuenīt. At impij utriusq; generis, quiduis aliud quærunt, q̄ Crucem, sensum & affectū suū in rebus & consilijs suis nituntur seruare, ideo fieri non

Nota.

potest, ut pacem cognoscant, nedum, ut habeant. Quare uia pacis, est uia crucis, & pax, non est pax, sicut Prophetæ dicunt. Econtra, crux, nō est crux, ille enim pacem habet, qui pacem nō quærit, ille crucem habet, qui crucem fugit. Verum hic nisi usus uitæ doceat, uerba nihil faciunt.

Non est timor dei ante oculos eorum. Sæpe dictum est in superioribus, hūc esse titulum impiorum, ut sine timore dei agant securi, freti, uel rerū copia, uel bona sua intentione. Sicut & in Prophetis olim arguebantur dicere: pax, pax, cum non esset pax. Dabit forte se occasio, de timore & pace, latius dicēdi. Hic breuiter satis fuerit nosse, pium hominem sic distribuere uitam, ut in prosperis & pace deum metuat, eleuatus per fidē super omnia, quæ habet tam interne, q̄ externe, ideo est timor dei ante oculos eius, ne rebus prosperis peruerse affectus, secure cum eis fornicet. In aduersis uero & in inquietudine, in deū fidat, æque eleuatus per fidem super omnia, quæ sentit tam interne, q̄ externe. Ideo dicitur nosse uiam pacis, quæ exuperat omnem sensum, utrinque æquabilis permanens, nec apponens cor, si affluāt diuitiæ, nec recedēs, si instet tempus belli. Sic de eis dicitur, pro utroq; tempore: Beneplacitum est domino super timentes eum, & in eis qui sperāt super misericordia eius. Impij, quia fide carent, necesse est, ut rebus affecti super harenam positi sint, quo sequitur, ut quocūq; ferantur cadantq; res eorum, ipsi rapiantur simul cum eisdem: Ita fit, ut etiam tunc pacem non inueniant, dum eam quærunt in rebus, cum res ipsæ stare natura nequeant.

Pius hō quō uitā suā distribuere debeat

Nonne cognoscēt, omnes qui operātur iniquitatem, qui deuorant plebem meam sicut escam panis? Dominum non inuocauerunt.

Hic uersus & sequens probare mihi uidētur, tres proximos esse supposititi-os, cum eandem ferme habeant sententiam, quam non est uerisimile, superfluis uerbis esse iteratam præsertim eodem loco.

Cognoscent, absolute dicitur, pro eo quod est, an non aliquando efficient cognoscentes? ut sciant, & sentiant, quantū malorū faciant, qui præ securitate & timoris dei neglectu, etiam bene sese facere arbitrantur, excæcati affectu rerum, quas solas cognoscūt? Porro ipsi, nihil minus de se dici credunt, q̄, q̄ sint ignari quid faciant. Scimus (inquiunt) quid faciamus. Quin aliorum omnium quoq; iudices & magistri fieri prompti sunt.

Operarios iniquitatis פעלי עון Poele Auen, abunde diximus, esse qui ea operentur, unde pax cordis non acquirat, quæ ex solius opere fidei & pietatis (ut dixi) possidetur, sed potius dolor miseria, &, ut Ecclesiast. solet appellare, uanitas, labor, afflictio, cōtritio, seu absumptio spiritus. Diximus enim Auen proprie significare dolorem, qui fructus est cōtrarius paci, omnium qui extra fidem operantur, siue sint bona in oculis hominum siue mala.

Itaq;

Ita q̃ uerbum longanimitatis uel tedij, uel etiam commiserationis est, dum dicit: Nonne cognoscent? Ac si dicat, q̃diu miseri isti different cognoscere suam miseriam, & q̃ aliud nihil sint, q̃ operarij Auen? Non sentient aliquando se non nisi cõteri, tristesq̃ magis fieri in uijs suis, ut tandem uiam pacis, quæ exuperat omnem sensum quærant? Hanc certe sententiam, præcedens uersus sic dedit: Contritio & infelicitas in uijs eorum, & uiam pacis nõ cognouerũt. Cum Auen illa, siue dolor, aliud non sit, q̃ contritio & infelicitas. Tum q̃ uiam pacis non cognouerunt, idem est, quod hic dicit: Nonne cognoscent alij, quando se esse operarios Auen?

Aptior etiam fuisset quæstio per simplicem negationem, ut optantis affectu dicatur, non cognoscent? Nam nonne, uel nunquid, prophetantis affectum indicat, alterum affirmatiue, alterum negatiue, ut grammatici docent. Tamen si quis contendat, affirmatiuo quæsitiuo, nonne, ostendi q̃ impij aliquãdo salutem in morte & iudicio extremo cognoscent: Et per negatiuum, nunquid, q̃ nunc̃ salubriter cognoscẽt, nõ repugno, Potest forte hebraicum הֲלֹא Halo, omnibus tribus his quæsitiuis dari.

Qui deuorant plebem meam, sicut escam panis. Voratores populi, tyrannos scilicet hoc uerbo arguit. Deuorant (ait Augustinus) populum, qui sua comoda ex illo capiunt, non referentes ministerium suum ad gloriam dei, & eorum quibus præsunt, salutem. Taxat igitur inexplebilem auariciam & rapacitatem magnatum, qui dolis ac ui omnicq̃ arte populum exhauriunt, sicut hodie cernimus in Romanæ curiæ & Episcoporum mõstris potius q̃ exemplis. Sic Amos. ij. Super tribus sceleribus Israel & super quatuor non conuertam̃, pro eo q̃ uendiderint pro argento iustum & pauperem pro calciamentis (hoc est, ut hebræus habet, pro moneta, uel frumento) qui conterunt super puluerem capita pauperum, & uiam humilium declinant. Et Micheæ. iij. Nunquid non uestrum est scire iudicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malum, qui uiolenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnes desuper ossibus eorum? qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum desuper excoriauerunt, & ossa eorum confregerunt & conciderunt sicut in lebete, & quasi carnem in medio ollæ. *Voratores populi.* *Monstra Ecclesiæ.*

Quibus artibus hoc illi egerint in populo Israel, tacemus: In Ecclesia certe idem agitur, pallijs Episcoporum, annatis, indulgentijs, indultis, priuilegijs, exemptionibus, sacerdotiorum impudentissimis nundinis, ut taceã, quid reditibus, reemptionibus, mendicitatibus deuoretur, quæ omnia si quis exigat ad supputationem, una cum tributis, quæ magistratibus prophanis dantur, inueniet, primo, nec tertiam partem populi pro uictu & substantia laborare, reliquos omnes partis frui, deinde unum eundemq̃ populũ, plus sexagesies singulis annis exactionem pati. Ita longe plures sunt comestores & uoratores, q̃ operatores, ut mihi omnium sit miraculorum maximum, homines uno anno ali posse, ex ijs quæ proueniunt, immo credo prouentus omnes inuisibili miraculo assidue augeri, non aliter, q̃ panes Christus multiplicauit in Euangelio. Atq̃ hanc gratiam referre debemus acceptam Romanæ tyrannidi, quæ suis legibus aliud non fecit, q̃, ut ociosorum deuorantiumq̃ hominũ ubique superaret numerus, sub specie religionis & nomine Ecclesiæ: Essetq̃ unum in Ecclesia negotiũ, auaritia, rapacitas, exactio, sicut est dies hæc. Quid ergo miramur Turcas, aut Iudæos opulentos esse? laboratur enim apud eos, apud nos uoratur. *Nota lector, & non contemne.*

Operãtur iniquitatẽ & deuorãt plebẽ.

Diximus autem & supra psal. v. eos qui ueritatem syncere non docent, sed suis traditionibus animas illaqueant, in scripturis appellari canes insaturabiles, auaros, guttur patens, deuoratores domorum, animalia uentris, quorum deus uenter est, ubi enim non pascunt mentem, reliquum est ut solum pascãt uentrem, ubi non quærunt quæ dei sunt, quærant quæ sua sunt, & ubi non sapiunt, quæ sursum sunt, sapiant quæ super terram sunt. Vbi autem pastores tales sunt, nec syncere quæ dei sunt docent, necesse est defectu uerbi dei, talis sit populus, qualis est sacerdos (sicut Isaias solet dicere) & omnes quærant, quæ sua sunt (ut Paulus dicit) donec in populo aliud non sit, q̃ mutua rapina, auaritia, dolus, uis, iniuria, &, ut hic dicitur, deuoratio populi dei, donec antiqui illius populi mores repræsentent, Isaiæ. lvj. Omnes declinauerunt in uiam suã, unusquisq; ad auaritiam suam, a summo usque ad nouissimum. Et Hiere. viij. A minimo usq; ad maximum omnes auaritiam sequuntur. Interim tamen nihilominus iactent iusticias & uirtutes, doceant, tractentq; leges, tum ciuiles, tum Ecclesiasticas, quibus ius & iusticia putantur administrari. Deinde mortalia & summas uirtutum, uitiorumq; prædicent. Sic enim & illi faciebant, ut ibidem Hieremias prosequitur, dicens: Et sanabant contritiones populi mei ad ignominiam, dicentes: Pax, pax, cum non esset pax. Sicut uidemus hodie per dioceses, monasteria, collegia, auaritiam furere, & tamen multa interim bona (sicuti putant) doceri, & fieri. Quare hæc duo pulchre coniungit: Operantur iniquitatem, & deuorant plebem, q̃ sint auari, & tamen bona operari, aut saltem humanitatis (ut uocant) officia, uel paucis exhibere uidentur, cum fides, quæ dei cultus est, iuxta auaritiam, quæ Idolorum cultus est, consistere nequeat, ita excæcat eos malitia, ut utrunq; nõ uideant, Sicut dicit: Nonne cognoscent?

Hi sunt Christianorũ mores.

Auari, filij diffidẽtiæ.

Igitur ad locum auaritiæ pertinet hic uersus, immo auaritiæ Periphrasis est, deuorare plebem, propter escam panis, qualem necesse est esse cõmunem uitam omnium, qui fiducia dei uacui, filij diffidentiæ uocantur, apud Paulum Collo. iij. Mortificate membra uestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immundiciam, libidinem, concupiscentiam malam, auaritiam, quæ est Idolorum seruitus, propter quæ uenit ira dei in filios diffidentiæ, seu incredulitatis. Fœdissimum sane incredulitatis genus est, non tantum deo confidere, q̃ corpus alere possit, & uelit, qui uolucres cœli pascit, fœnum agri sic uestit, ut Christus Matthæi. vj. in idem monstrum loquitur. Quid enim ij deo crederent in rebus spiritualibus & tentationibus maximis, qui uentrem fœtidum non credunt a deo pascendum esse? Aut quomodo in morte credent in manus eius animas suas, quas in sempiternum pascat (si debẽt uiuere) qui corpora sua ad incertum momentũ ei non credunt? Vnde Heb. xiij. pro fœda hac pusilanimitate dicit: Sint mores sine auaritia contenti præsentibus. Ipse enim dixit: Non te deseram, nec derelinquam, Ita, ut confidenter dicamus: Dominus mihi adiutor, non timebo, quid faciat mihi homo.

Notabile.

Pastores pernicioſi.

Quo uitio (ut dixi) ut careant, maxime refert, pastores, qui non modo (si auari sint) exemplo, sed & autoritate, deinde quod extremum est malorũ, uerbo nocent subiectis, dum aliud, nec docent, nec doceri sinunt, nisi quod quæstum uel auget, uel seruat. Harum rerum exempla, non est necesse monstrare, cum iam in mores, immo in articulos fidei transierint, & hæreticus sit, qui auaritiam pontificum & monachorum taxat, quam hodie pulchro nomine potestatem regi-

statem regitiuam, monarchiam, uicariatum dei in terris appellãt, adeo uerum est quod Paulus ait: Existimãtes quæstum esse pietatem, siue, ut hic dicit, operarios Auen, & tamẽ deuoratores plebis. Vnde & Exodi. xviij. Ietro Mosi cõsulturus, quos populo præficeret, ait: Prouide de omni plebe uiros sapientes & timentes deum, in quibus sit ueritas, & qui oderint auaritiam, & constitue ex eis tribunos & centuriones &c. *Ietri cõsiliũ.*

Hebræus dicit: Comestores populi mei comederunt escas, explicãdi gratia, ne quis de spirituali deuoratione eum loqui crederet, sicut nostra translatio uidetur sonare, quæ per similitudinem dicit, eos deuorare plebem, sicut escã panis. Hic autem dicit, q̃ in populo aliud non faciunt, q̃; q̃ comedunt panem, seu escas, hoc est, q̃ seipsos pascũt, & uentri insaturabili auaritia seruiunt, quã comestionem malo populi faciunt, cuius substantiam infinitis modis deuorant. Et sic deuorantes populum, in hoc deuorant, ut comedant & seipsos faciant, aliud nihil pro deuoratione reponentes. Sicut hodie Romana Romanistarumq; facit furiosa auaritia.

Dominum non inuocauerunt. Hic causam & radicem iniquitatis, auaritiæ ponit, nempe diffidentiã, seu fœdam incredulitatem, q̃ in domino non confidunt. Fides enim, quia solo uerbo dei uiuere docet, assidue inuocat dominum in quacunq; necessitate, pendetq; ex solius dei bonitate. Cum itaq; pastores si dem non doceant, nec eam populi sciant, nihil iam reliquum est, nisi, ut operentur Auen, & auari sint, dicantq; auro, fiducia mea, & obrizo, robur meum. Iob. xxxj. Et congregent aurum, in quo confidunt homines. Baruch. iij. Cum ergo deus præceperit præcepto primo, ut non habeatur alienus deus, hoc est, ut in nihil aliud confidatur, ipsecq; solus in omni necessitate inuocetur, patet, Auaritiam esse Idolorum seruitutem, quæ facit, ut dominum non inuocent, nec ei credant, credant autem, & inuocent potius aurum, qua impietate perditi, quicquid bonorum facere uidentur, operationes sunt frustraneæ, doloris, iniquitatis, id est, Auen, unde non habeat conscientia, nisi inquietudinem & uanum laborem. *Pendendũ ex dei bonitate.* *Auaricia seruitus Idolorũ*

Illic trepidauerunt timore, ubi non erat timor. Quoniam dominus in generatione iusta est.

Particula ista, ubi non, erat timor, non est in hebræo, uideturq; explicandi sensus gratia, adiecta. Apte autem spiritus & proprie depingit ingenia & mores impiorũ. Impossibile est enim, ut cor hominis sit sine timore, quia si amor fuerit rectus, & ipse rectus est, cũ peruerso autem peruertitur & ipse. Cum autem impij amissa fiducia in deum, inhæreãt auro & operibus suis, necesse est, ut misera sollicitudine & timore amittendi auri discrutiẽtur, deinde quia fide iustificati nõ sunt, oportet, ut traditi unculis anxie & scrupulosissime uexentẽ: ut sic duplici timore uexentur, altero, ne peccent, altero, ne egeant. Quam miseriam hodie in Põtificibus & Ecclesiasticis omnibus sic uidemus inualuisse, ut hunc uersum nulla glosa adhibita, solo illorum intuitu quilibet planissimũ habeat. Quid enim hodie metuitur aliud apud eos, q̃ ne res Ecclesiæ alienentur, minuantur, occupentur, ne patrimonia Crucifixi, sancti Petri, beatæ uirginis & aliorum periclitentur? quantis statutis hic cautum est, ne contra hæc aliquis loquatur? quantis fulminibus terrent, ne contrectentur? quantis indultus, priuilegijs, immunitatibus, ea munierunt, ne temporalia temporalia sint?

quãtis benedictionibus, promissis, indulgentijs, titulis, bullis, & infinitis ma-
chinis hic actum est, & agitur assidue, ut multiplicentur, roborentur, perpetu-
entur: Vnde hæc omnia curarum examina: nempe q̃ deum nõ inuocant, deo
non credunt, ideo timent hic, & suis sese consilijs ac uiribus stabiliunt, ne ali-
quando egeant, Canes impudentissimi (ut Isaias ait) qui nesciũt saturitatem.
Cum autem, uel cõmunis sensus hominum hos crassos & inutiles præterea
ferre tandem nequeat, simul aliquot pij & spirituales, nequitiam hanc irrepre-
hensam non sinant, fit, ut semper timendi, semperq̃ ueritatem odiendi occasi-
onem habeant, sicut Iudæi, quando dixerunt contra Christum: Si dimittimus
eum sic, omnes credent in eum. Tales fuisse, esse, foreq̃ omnes impios, præser-
tim magnates populi ab initio mundi in finem, facile est intelligere, si conside
Aurũ pro deo uel deus pro auro. remus cor hominis oportere esse in his quæ dei sunt, aut in ijs quæ sua sunt. Et
uel aurum pro deo, uel deum pro auro habere.

Idem exempli uideas in altero timore, scilicet, traditionum suarum. Sicut
Isaias ait: Timuerunt me mandatis hominum & doctrinis. Quãtis quæso hic
laqueis legum irretitæ sunt conscientiæ fidelium: Quantis exactionibus præ-
fecti isti Pharaonis, operibus duris luti & lateris præmunt, & ad amaritudinẽ
perducunt uitam filiorum Israel: Quis sic timet in mandatis dei, sicut in man-
datis Papæ: Neq̃ enim Auen ipsam aptius explanes, q̃ si filiorum Israel in
Timor in humanas traditiones. Aegypto seruitutem applices. Sic plena est Ecclesia perturbatis, confusis, scru
pulosissimisq̃ conscientijs, quas quotidie augent tyranni Romanistæ, suis ca-
sibus reseruatis, exemptionibus, minis, censuris, & mille his artibus perdẽdæ
Ecclesiæ dei. His adde Monasteriorum & Collegiorum ritus, statuta, cerimo-
nias, peruerso sensu intellectas, peiore usu seruatas, ut ubique in mercedem
dissidentiæ & neglectæ fidei, operetur in his deus huius seculi hanc iram dei,
ut auari sint & operarij tristes, utrobique inquieti, pauidi, & (ut Hieremias
ait) duplici contritione contriti magisq̃ in sempiternum conterendi, ubi tam
auro, q̃ operibus, timore & scrupulo possessis, desperatione æterna, priua-
buntur.

Fides miseriarũ remediũ. Hæc contingent, quia dominum non inuocauerunt, fides enim sola unicũ
huius iræ & miseriæ remedium erat, qua dum carent, nec dominum habent,
qui solum in generatione iusta est, hoc est, apud eos, cum eis, & in eis, qui cre-
dunt ei, & hac fide iustificantur, siue sit aliquis Iudæus, siue Gentilis, magnus,
aut paruus, ne quis de persona, aut genere glorietur. Sicut Samuel ad Saul di-
xit: Fac quodcunque inuenerit manus tua, dominus enim tecum est. Et Pau-
Libertas fidelium. lus. j. Corinth. iij. Vbi spiritus domini, ibi libertas. Hic enim, nec opera Auen,
nec cura rerum, nec conscientia traditionum, sed omnia libera, iucunda, quie-
ta, quæcunque facit placere confidit, quæcunque potest, plebi dei facit, quo-
modocunq̃ uult traditionibus utitur, cum iusto non sit lex posita, nullius q̃
egeat, solo domino contentus, quem in hæreditatem accepit loco omnium.
Sicut ait psalmus. cxviij. Portio mea domine in terra uiuentiũ. xv. Dominus
pars hæreditatis meæ & calicis mei, tu es, qui restitues hæreditatem meam mi-
hi. Sic enim dum omnia discedunt, & nos relinquunt, simul nos labor, cu-
ra, timor eorum relinquunt, & appropinquat, suscipitq̃ nosipse dominus,
& simul inuenimus requiem, securitatem, libertatem animabus nostris. Vt
Matthæi undecimo dicit: Veníte ad me omnes qui laboratis, & onerati estis,
& ego reficiam uos: Tollite iugum meum super uos, & discite a me, quia mi-
tis sum,

tis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris: Iugū enim meū suaue est, & onus meū leue. Sic psal. xxij. gloriatur. Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me, dominus aūt assumpsit me.

Videmus ergo & hic, q̄ iustus ex sua fide uiuet, dum per Antithesin, operarijs Auen, auaris', iusticiarijs, & deum non inuocantibus, opponit generatio nem iustā, quæ dominum habet, cum deum habere nemo possit, nisi per fidē, quia iustorum generatio, deum in omnibus inuocat, ideo non timet, non est sollicita, non est auara, nō operatur inutilia, sed est in omnibus, eadem, æqua bilis, indifferens. ut Philip. iiij. Gaudete in domino semper, iterum dico, gau dete, modestia uestra nota sit omnibus hominibus, dominus enim prope est, nihil solliciti sitis, sed in omni oratione & obsecratione petitiones uestræ cum gratiarum actione innotescāt apud deum. Ecce q̄ pulchre cōcordat his uerbis Apostolus cum sententia horum duorū uersuum, ubi tollit sollicitudinem, iu bet inuocari dominum, promittit dominum esse prope, docet gaudere non in rebus, sicut auari, sed in domino &c. *Deus per fidē habetur.*

Illud: Trepidauerunt timore, Idiotismus est hebræus, sicut psal. cxxxj. Et san cti eius exultatione exultabunt. Et. xx. Lætificabis eum in gaudio cum uultu tuo. Vt indicet eos timere nulla causa, cum non sit quod eos terreat. Sicut Pro uerb. xxv. Fugit impius, nemine persequente. Et Leui. xvj. Terrebit eos soni tus folij uolantis. Et Deutro. xxxij. Dabit tibi dominus cor pauidū. Itaq̄ a suo timore timent: Si enim paupertas, quam auari metuunt, & traditio hominum, aut quæcunq̄ mala, sua natura terrerent, etiam iustos terrerent. At nunc uitio cordis eorū, non sua natura eos terrent. Sicut econtra dominus beneficio fidei cor lætificat, ideo exultatione exultat, cum tamen dominum non uideat, nisi per fidē, ac sic de nulla re, q̄ de hac fiducia gaudet. At dices, forte impij cogno scerent, & facerent eadem si quis eos moneret, ac recta doceret. Nunc quia nō audiunt, quid mirum si non cognoscant, maneantq̄ operarij Auen, auari, dei ignorantes, timoribus undiq̄ inquieti? Respondet: Non est ita, sunt qui mo nent, quos non modo non audiunt, sed irrident, afficiunt contumelijs & per sequuntur, ut sequitur.

Consilium inopis confudistis, quoniam dominus spes eius est.

Non ait, Consiliū generationis iustæ, sed inopis, cum tamen eosdem utroq̄ uocabulo significet, Quod reuera generatio iusta, & qui rebus omnibus con temptis coram hominibus nulla persona fulgēt, pariter sine autoritate habean tur coram buccis istis & personatis Idolis generationis pravæ atq̄ peruersæ, in cuius medio (sicut Apostolus dicit) lucent sicut luminaria mundi, uerbū uitæ retinētes: Itaq̄ coram deo sunt generatio iusta, sed coram hominibus indigni quibus credant, immo (ut Sap. v. dicitur) in derisum eos habēt & in similitudi nem improperij, uitam illorū æstimant insaniā, & finem sine honore. Confun ditur aūt eorum consiliū, dum non modo non suscipit (sicut oportuit) summa reuerētia, sed etiā damnatur, exibilatur, irridetur tanq̄ hæreticum, seditiosum, scādalosum, temerariū, erroneum, blasphemum. Sic enim & hodie, si magnatū tyrannides monueris, appellaberis, & excipieris. *Iusti, inopes habentur.*

Hebræus uerbo transitiuo dicit: Confundi feciſtis, hoc est, egistis, ut con silium eius erubesceret, & ignominia, a uobis & omnibus, affectum haberet, tanq̄ Christus

tanq; Christus ueritas ipsa inter latrones inter scelerata dogmata: quòd Pau-
terminationibus, damnationibus, mandatis hominum. Sicut de Iudaïs Apo-
stolus ad Tessalo. scribit, eos prohibuisse, ne Apostoli loquerentur gentibus
Inquisitores hæreticorum impijssimi. quo saluí fiant. Id quod nostro seculo faciũt, hæreticæ prauitatis inquisitores,
impijssimi ueritatis oppressores cum suis. Et Emphaticũ uerbum facit polliti-
Confundistis, nõ extinxistis. Si quidem uerbum dei etiam hi extinguũt, uel in
seipsis, qui ei non credunt, uel si ad tẽpus credunt, curis tamen uitæ huius eum
tes suffocãt, sicut dominus de semine inter spinas seminato docet, qui nõ cõ-
fundunt consilium iusti, quia uerum, sanctum, bonum esse credũt uel opinãtur. At cruenti & furiosi illi non extinguũt, nisi prius nomine pessimo ipsum
fœdauerint, hoc est, quod dixi, turpissima morte ipsum damnant, uthæreticũ,
erroneum, seditiosum &c.

Obseruandi sunt inquisitores illi. Cum ergo scriptura tam proprie mores impiorum hominum deliniat, oportet eos qui proni sunt aliena pro hæreticis damnare, omni studio obseruare, præsertim si & autoritate personæ, & nomine in populo ualeant. Nam hi proprie sunt quos hoc uersu pingi uidemus, nec oportet terreri abillorũ infamia nos, qui hac dei scriptura præmuniti sumus, sic solere facere eos, qui ignorant deũ, sed potius misereri eorum, & pro eis orare.

Nec hoc eorũ segniter taxat ingenium, quod dicit: Quoniam dominus spes eius est. Ac si dicat, nulla alia causa damnatis, nisi q̃ multitudine & magnitudine hominũ nõ nititur, sicut uos: Nunc uero, quia solus est, & non nisi in domino nititur, uos autẽ turba magnorum & minorum stipati estis, confidenter
Argumenta impiorum. damnatis. Diximus enim & superius, hoc esse omnium plausibilissimum argumentum impiorũ, quod ab autoritate maiorum & multorum, tum longitudine tempore ducunt, rursum a despectu & uilitate & paucitate dicentium recta. Qua larua utraq; sic excæcati sunt, ut clausis auribus, ne audire quidẽ, nedum considerare uelint, quæ dicuntur. Sic enim & Pharisæi sese armabãt multitudine & magnitudine Herodianorum & suorum cõtra Christum. Itaq; & hoc Emphaticum est: Inopis, Aeni, id est, afflicti & humiliati, ac per hoc contempti in oculis Behemoth, qui non nisi sublimia uident.

Consilium autem uocat, non uerbum, aut reprehensionem, quo exprobat eorum insaniam, & aggrauat culpam, mitius enim peccarẽt, si reprehensionẽ eius damnarent, nunc autem utile & salutare uerbum, quo eorum saluti cõsulitur, damnant. Miserationis autem affectu hic uersus dicitur, in hũc modum: Estis ne uos omnium hominum miserrimi, qui multitudine & magnitudine hominum freti, non modo non auditis, sed extinguitis, immo pessimo impositio nomine, perditis uerbum, quod non nisi uestræ salutis gratia uobis, pio remedio & cõsilio, affertur, offensi dũtaxat paupertate, uilitate, & humilitate nũ eij, nec uos hoc mouet, q̃ & si multitudine & magnitudine hominũ circũdatus non sit, dominus tamen ei assistit, & spes eius est?

Sane sunt multi inter homines, qui uerbum, propter quod certamẽ est, pro nihilo habentes, solo fauore huc, aut illuc feruntur, quocunq; uiderint multitudinem inclinari, qui, si rursum in alteram partem res inclinarit, iterum sequentur multitudinem, sic multi Christum sunt secuti, qui postea ipso crucifixo scandalizati retrorsum ad Iudæos redierunt. Arundines hi sunt uento agitatæ, tantũ ad perniciem ueritatis in tempore tentationis utiles, ut qui scandalo sui, ueritatis hostes cõfortant, cui prius autoritatẽ & robur, sua obsequẽtia infideli,

quentia infideli pepererant, plus iam nocẽtes, q̃ prius profuerãt. de qualibus psalmo. lxxvij. Filij Ephrem intendẽtes & mittentes arcum, conuersi sunt in die belli, quia non fuit dominus spes eorum, sed gloria præceptoris, de qua sibi placebant. Sic Christus in cruce: Elongasti a me amicum & proximum, & notos meos a miseria. Et iterum: Factus sum opprobrium uicinis meis ualde, & timor notis meis.

Quis dabit ex Zion salutare Israel: cum conuerterit dominus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israel:

Hoc uideo ab illustribus patribus intelligi super Iudæos in finem conuertendos. Quod si uerum est, oportet psalmũ referri ab initio sui ad tẽpus Christi, quando synagoga sic erat excæcata, ut multi (nempe Zaducæi) etiam spiritum & angelum negarent & resurrectionem carnis, ut Lucas Actuum. xxiij. refert. Et Christus eiusdem. xx. Erratis, nescientes uirtutem dei, neque scripturas &c. Sic enim dixerũt in corde suo, non est deus. deinde auaritia, hypocrisi, incredulitate, erant corrupti & abominabiles in studijs suis, & consilium Christi inopis, ac pauperum Apostolorum, non modo non susceperunt, sed etiam per summam ignominiam damnauerunt. In quam sententiam & Paulus Ro. iij. de hoc psalmo uidetur dicere: Scimus q̃ quæcunq̃ lex loquitur, ijs qui in lege sunt, loquitur. Hoc sensu psalmus totus a beato Augustino tractatur. Tunc sequitur eodem filo ductus sensus: Quis dabit ex Zion salutare Israel: Quasi diceret, frustra prædicatur eis, non nostrum est, ut saluentur, & si consulamus, & oremus sedulo, ut Paulus Ro. x. Voluntas cordis mei & obsecratio ad deum pro illis sit in salutem. Vt sit ista quæstio anxij affectus, ac ut ix.) ubi omnia agat, & tandẽ mysterio insuperabili prohibitus dicat: Sed quid facio: quid laboro: quis poterit eos saluare: Illuc tandem ueniendum est, q̃ mysterium hic deus operatur, quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gẽtium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret. Sicut scriptum est: Veniet ex Zion, qui auertet impietatem ab Iacob, & hoc a me testamentum illis cum abstulero peccata eorum. Ro. xj. Asperrimus enim est iste locus, nec ab ipso Paulo satis aperte explicatus, nam & Isaiæ locum. lix. quem inducit, non parum mutat. Vnde nec ego hoc mysterij, seu secreti consilij hucusq̃ satis intellexi.

Quod si generaliter (ut cœpimus) psalmum de omnibus hominibus intelligimus, nec sic male intelligimus, quia si ad literam de Iudæis solis loquitur, sicuti fere cogit Paulus dictis iam locis ad Ro. hoc tamen uerum est, eos in hoc esse exemplum omnium impiorum, qui in Ecclesia quocunq̃ seculo, & præsertim in diebus nouissimis futuri, fuerunt & sunt. Sicut. ij. Pet. ij. Zodomitas dicit positos exemplũ eorum, qui impie acturi sunt. Item & Balaam eorũdem exemplum, & Iudas, immo & Iohannes. j. Iohã. iij. Cain exemplum ponunt eorum qui ex maligno erant. His ergo omnibus, cum omnia frustra dicant, atq̃ fiant, tandẽ tradita causa diuino secreto, non habetur nisi reliquus gemitus qui optet, nec tamen desperet, futurã in fine, dei misericordiã, sicut & nos hodie Ecclesiæ captiuitatẽ optamus & speramus conuerti. Quis ergo dabit salutem Israel:, dabit aũt ex Zion, nemo, donec ipse dñs cõuertat captiuitatem plebis suæ,

Iudæi exemplum omniũ impiorum.

Ecclesiæ captiuitas.

plebis suæ, scilicet eius quæ secundū carnem Israel est, & iam in maxima & ... gissima & pessima omnium captiuitate tenetur, tam corporaliter, quā spiritua... liter captiua: Similiter exemplo huius, captiuitatem plebis suæ cuncturus, ... am si nō sit secundū carnē Israel & plebs dei: Nisi enim dominus ædificauerit domum, inuanum laborauerunt, qui ædificant.

Addit autem ex Zion, ut ostendat non aliam illis, aut ullis hominibus salutem dandam esse, nisi eam quæ in Christo est, quæ in Zion data est, & inde in omnem terram propagata, ac per hoc esse Iudæos ad Christum conuertendos, quantumlibet in eum nunc insaniant: Non est enim impossibile apud deum omne uerbum. Et Ro. xj. Potens est deus iterum inserere illos. Quo cita damnabilis est furor quorundam Christianorum (si Christianos oportet

Iudæi nō tam odiosē persequēdi sunt.

appellare) qui se in hoc arbitrantur obsequium deo prestare, si Iudæos odiosissime persequantur, omne malum eis cogitent, ac eorum deploratis malis extrema superbia & contemptu insultēt, cum huius psalmi exemplo & Pauli Ro. ix summo affectu ¦ p eis tristari & dolere & orare continue oporteat. Hi certe uiderint, cp audiāt Paulū Ro. xj. Noli gloriari aduersum ramos: Quod

Nominetenus Christiani.

si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te. Et iterum: Noli altum sapere, sed time. Faciunt autem hac tyrannide sua impij isti nominetenus Christiani, non leuem iacturam Christiano tum nomini, tum populo, ac rei sunt participes cp impietatis Iudaicæ, quam hoc crudelitatis exemplo, uelut repellunt a Christianismo, cum eos omni suauitate, patientia, prece, cura, debeant attrahere. Et horum furori patrocinantur, instant, Theologi quoque quidam insulsissimi, qui fastuosissimo supercilio Iudæos garriunt esse seruos Christianorum & subiectos Cæsari, cum ipsi interim, tam uere sint Christiani, cp uere ullus est Romanus Cæsar hodie.

Nemo odiendus a Christiano nec infidelis.

Quis rogo ad nostra m religionem transeat, uel benignissimæ patientissimæcp mentis, qui tam atrociter & hostiliter & non modo non christianiter, sed plus cp feraliter sese a nobis uideat tractari? Si odium Iudæorum & Hæreticorum & Turcorum facit Christianos, uere nos etiam furiosi, sumus omnium christianissimi: Si autem amor Christi facit Christianos, sine dubio nos peiores Iudæis, Hæreticis & Turcis sumus, cum nemo Christum amet minus, cp nos. Similis est horum insania, stultis illis & pueris, qui Iudæis in picturis pictis, uelut patienti Christo auxiliaturi, oculos effodiunt. Nec aliud etiam agunt passionis dominicæ declamatores plurimi, cp ut Iudæorum in Christum ferociam aggrauent, & in eos exasperent fidelium corda, cum Euangelium hoc agat, ut charitatē dei & Christi in ea re nobis unice & summe commendet, cuius ille ne uerbo quidem uncp meminerunt.

Igitur Epitasis est in nomine, Dominus, sicut psalmo, iij. Domini est salus. Ita nemo dat salutem, nemo conuertit captiuitatem, nisi dominus solus. Et affectus illi: Exultabit, & lætabitur, psalmo. v. tractati sunt, sed nomina Iacob & Israel, psalmo. iiij. uidimus.

Psalmus

PSALMVS QVARTVSDE/
cimus, hebræis quintusdecimus.
PSALMVS DAVID.

DOMINE quis habitabit in tabernaculo tuo? & quis requie/
scet in monte sancto tuo?

OPTIMO ordine hic psalmus præcedentem sequitur, sicut enim in illo, descripta est idæa siue exemplar impiorum, quale Iudæi tempore Christi, etiam adhuc exhibẽt: Ita hoc describitur exemplar piorum, ut sic non solum declinare a malo, sed etiam facere bonum doceat, prius ueterem hominem exuat cum actibus suis, deinde induat nouum, qui secundum deum creatus est. Et primo notandum, ꝙ absolute imaginem pñ populi ponit, non monstrans unde petenda sit aut ueniat, quo fit, ut insipiens, ea quæ hoc psalmo dicuntur, posset moralibus uirtutibus & liberoarbitrio tribuere, quæ omnia sunt gratiæ operantis, ita ut psalmus hic unus sit de facillimis, dum simplicissime mores iustificantis gratiæ, ipsa penitus tacita, depingit, simul tamen sit inintelligibilis ijs, qui gratiæ notitia non sunt præmuniti, sicut & psalmus præcedens apertissimus est, cum mores impiorum & opus paterni peccati, ipso tacito, arguat, obscurissimus autem ijs, qui peccati illius scientia inanes, liberum arbitrium illic solummodo considerant, cui tribuunt conuersionem captiuitatis & ignorantiam dei, cum reliquis malis. *Ratio ordinis.* *intelligibilis & non intelligibilis.*

Pugnat uero hic psalmus maxime aduersus personas personarumq; spectatores, deinde aduersus cerimoniastas. Iudæi enim præ cæteris gentibus, utraq; persona mire superbiebant, ꝙ soli essent patrum semen, & soli legem dei habere̅t, ita de generis gloria, de sapientia & iusticia præsumebant sese solos habituros in tabernaculo dei, sicut Lu. iij. dixit eis Baptista, Et ne dixeritis semem Abrahæ sumus, potẽs est deus, de lapidib⁹ istis suscitare filios Abrahæ, Et Ro. ij. Tu qui gloriaris in lege & ꝓbas utiliora &c. Ab horũ ergo præsumptiõe ꝓpheta faciẽ uertens in secretũ cõspectũ dei, ubi nõ est respectus personarum, ueritatem allaturus, accusat eos, simul tamen eorũ cæcitati compatitur dicẽs: *Contra personarum.*

Vt quid illi domine iactant gloriam generis, sapientiæ & iusticiæ, quæ ex lege est, & præ se solis neminẽ in tabernaculo tuo admittũt? Sic em̃ iudicant homines, Tu uero apud quem nullus est personarũ respectus longe aliter. Nam quod altum est coram hominibus, abominabile est apud deum. Tabernaculum aũt dei & montẽ sanctum dei, Ecclesiam dei significat, non christianã tantum, sed omniũ iustorum, etiã in sinagoga: nõ tamẽ frustranea est ista ingeminatio seu repetitio tabernaculi & montis. Tabernaculum em̃ seu tentoriũ, militaris habitatio est, ut significet populũ dei in Ecclesia sic habitare, ut assidue cũ peccatis, mũdo & dæmonibus pugnet, & in hac parte sine timore & inquietudine non sit, quæ res pertinet ad mortificationem ueteris hominis. *Tabernaculũ dei quod dicant.*

At שכן requiescere, quod in hebræo etiã habitare est, sed pacifice & quiete, sicut in ciuitate uel castro, id quod noster interpres per requiescere utcunq; expressit, significat, per fidẽ in Christo securã quietamq; conscientiã habere in medijs etiam pugnæ tumultibus, quæ res pertinet ad iustificationẽ noui hominis, unde rectius posita fuisset cõiunctio, &, ꝙ, aut, sicut est in hebræo.

Videmus

Videmus ergo hic non de quouis quæri, qui in Ecclesia dei sit, cum sint mi-
tæ paleæ cum tritico in area, sed de ijs dūtaxat, qui uere de Ecclesia sunt, qui-
bus ecclesia est tabernaculū belli & mons pacis, q̄ semper pugnant in ea fer-
perq̄ triumphant. Audiamus ergo quid ad quæstionem communissimā respi-
deat, qua omnes quærunt, quid sit esse bonum, iustum, sanctum hominem,

Quæstio communissima.

**Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam, qui loquitur ue-
ritatem in corde suo.**

Immaculatus in uia.

Ex fructibus eorū, scilicet cognoscetis eos, quorū tres hoc uersu primo iux-
ta hebraicā distinctionem ponit. Primus est esse immaculatū in uia. Sic et psal.
cxviij. incipit. Beati immaculati in uia, quod est, ut Iaco. j. dicitur, Immaculatū
se custodire ab hoc sæculo. Non aūt de puritate loquitur carnali, quæ in uestī-
bus, cibis, potibus membris, alijsq̄ iustitijs carnis, siue in sacerdotio leuitico, si-
ue in apparatu mundano seruatur. In spiritu enim loquitur de spirituali mun-
ditia, quæ est duplex: Siquidem Paulus inquinamentum carnis & spiritus di-

Impuritas spiritus & carnis.

stinguit. Et Tit. j. inquinatas impiorum mentem & conscientiam profitetur,
quo uitio nihil eis mundū eē proclamat. Hæc impuritas est ipsa impietas, opi-
nio, sensus peruersus de deo, oculus scilicet nequam, qui totum corpus tene-
brosum facit, etiam speciosissima eorum opera, uerba, consilia, cogitata, tam ef-
ficax est malum huius immundiciæ spiritualis. Altera est immundicia carnis,
libido & uoluptas, quæ & si cor & uoluntatem immundis desiderijs polluit,

Munditia spiritus & carnis.

Carnis tamen dicitur, quia de carnis libidine uenit.
His duplex opponitur munditia, spiritus & carnis. Spiritus est ipsa pietas,
quam Iob & Baruch sapientiam uocant, Petrus & Paulus fidem. Sic eñ Act.
xv. Petrus dicit. Fide purificans corda eorum. Hæc enim facit, ut sit mēs, & cō
scientia pura, recte de deo sentiens. Vnde in prophetis frequētissima est forni-
cationis mentio, qua populum Israel pollutum, contaminatum, maculatū, cor-
ruptum, prostitutum, adulterum arguunt. Rursus uirginem uocant populum
synceræ fidei, ut castitas & maculatio carnis, fere pro figura pietatis & impie-
tatis habeantur. Sic enim Osee, j. &. ij. sumit metaphoram ab uxore & uiro,
dominus inter se & synagogam.

Castitas ex fide est.

Munditia carnis, ipsa castitas est siue pudicitia, quæ satis cantata & nota est,
& hanc quoq̄ ipsa fides facit, sicut Isaiæ. v. dicitur. Et erit fides cingulum
lumborum eius, & fides cinctorium renum eius. Vocatur autem & hæc puri-
tas carnis, cū intret & maxime sit in spiritu hominis, q̄ sit in rebus & operib⁹
carnis. Sicut illa, puritas spiritus, cum prodeat & maxime in omnia opera sese
fundat, totam uitam purificans, q̄ sit de rebus & operibus spiritus. Has duas
pulchre composuit Paulus. j. Timo. ij. ut quietam & tranquillam uitam aga-
mus in omni pietate & castitate, Græce εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι, qua deo seruitur,
& honeste uiuitur.

Vide itaq̄, fidem tacet, sed fructus eius commendat, cum immaculatus in-
gredi nemo possit, nisi qui credit, sitq̄ idem, ingredi sine macula, quod uiuere
in fide, ac sic a primo mandato incipit.

Iustitia dei.

Operatur iusticiam, Hic iustitia absolute dicitur absq̄ pronomine, tuam uel
meam, quia iusticia dei est (ut satis diximus) qua ex eius gratia, coram ipso
iusti sumus, de qua hic non loquitur, sed de iustitia qua inter homines uiui-
mus, nulli nocentes, omnibus sua tribuentes, quo modo & Apostolus,

Titum. ij.

Tit.ij. Sobrie & iuste & pie uiuamus in hoc seculo. Obserua autem, operator iusticiæ, non ait, qui loquitur, cogitat, audit iusticiam, quia non auditores, sed factores legis iustificabũtur. Quid autem debemus alijs? Illud quod Christus Matthæi.vj. docet: Quæcũq; uultis ut faciãt uobis homines, & uos facite illis, etiam hostibus, scilicet nulli nocere, nulli reddere malum, patiẽtibus iniuriam succurrere, omnibus benefacere. Magis tamen (ut dixi) hæc in personarum re spectum dicũtur, quasi dicat: Non quia sacerdos, non quia religiosus, nõ quia oras multum, non quia facis miracula, non quia eximie doces, non quia titulo patrum spectabilis es, nullius denicq; operis operator nisi iusticiæ, habitabis in monte sancto dei, qua si careas, non proderunt etiã omnia alia opera, nec ipsæ indulgẽtiæ, nec ipsa suffragia, nec ipsæ intercessiões. Stat sentẽtia, Ambulator immaculatus & operator iusticiæ habitabat in tabernaculo domini.

Operator iusticiæ.

Q; multi enim sunt, qui Ecclesias, collegia, monasteria, altaria, uasa, uestimenta, ædificant, augent, ornant, qui tamẽ interim iusticiam ne cogitant quidem, immo hæc ut operentur, iusticiam conculcant, tãdem per ipsa, iniusticiæ suæ ueniam sperantes, cq; plurimis hoc negotio deceptis, sic in extremo die discurus est, esuriui, sitiui, nudus fui, captiuus fui, infirmus fui, peregrinus fui. Nihil de operibus, quæ hodie iactantur & spectantur. Rursum nihil refert, si laicus, pauper, eger, contemptus & quantumlibet uilis, si operaris iusticiam, saluus eris. Vnicum hoc spectãdum spectaculum, operatio iusticiæ, cæteris frustra irritantibus allicientibusq; specie pietatis.

Opa quæ nũc spectentur.

Qui loquitur ueritatem in corde suo. Pulcher ordo, primo persona grata requiritur, per munditiam, deinde opus, per iusticiam, tandem uerbum, per ueritatem: sic respicit deus ad Abel primum, deinde & ad munera eius. Et qui potens est in opere, erit & in sermone. Et lignum quod fructum suũ dat in tempore suo, eius folium quoq; nunc q; defluet. Ne sint, qui dicunt & non faciunt. Loqui in corde suo ueritatem, Aug. putat, dictum de eo qui nesciens loquitur ueritatem, cum aliud uoluerit, cq; significatum sit, ut Caiphas, Ioan. xj. Expedit uobis, ut unus homo moriatur pro populo, hic enĩ, expedire uoluit, ne periret populus de terra, quanc q; hoc sciret non secuturum uel saltem ignoraret. Veritatem ergo in ore dixit, non in corde suo, sed in corde Ioannis, quia hoc quod ille mendaci corde, ueraci ore protulit, hoc Ioãnes ueraci corde intellexit. Tales sunt & illi, qui apud Paulum. j. Timot. dicuntur nescire, quid loquantur & de quibus affirment: frequentissimum scilicet malorum, etiam multis sanctis patribus insidiatum, dum scripturas sanctas ipsam scilicet, ueritatem, aliquando torserunt pro affectibus suis. Et hodie, quis hoc uitio se gloriabitur carere? abundant enim deprauatores uerbi dei supra modum, non q; omnes scienter mentiantur, sed quod nõ cognoscunt cor suum satis, quod uerbis ore prolatis uerissimis, contraria sapit, nec seipsum nec uerba oris sui intelligit. Quod fit, quia loquũtur ea, quæ fidei mũditia & uita iusticiã operante, nõ sunt cõsecuti, ideo necesse est, ut diuinent de omnibus, & nihil intelligant.

Persona, opus, ueritas.

Loqui in corde suo ueritatem.

Idem dicendum de ijs, qui non docent, sed familiariter colloquũtur. Rarissime enim ita loquimur inuicem ut sentimus, timentes offendere, ut nesciam an unum hominem sim excepturus ab hoc peccato, præter solum Christum: sicut nec operatorem iusticiæ, nec immaculatum ambulatorem esse credam ullum sine uitio, nisi Christum solum, qui solus peccatum non fecit nec inuentus est dolus in ore eius. Si enim omnes ut sentimus inuicẽ loqueremur, quantis nos oneraturi essemus aduersus? quãta a micitiæ hoc gladio ueritatis diui

Omnes peccatores sumus.

derentur, quæ nunc arctissime coniunctæ uidentur. Ita quantum manet in nobis humanitatis, tantum manet & mendacij & uanitatis. Nemo igitur simulatione & adulatione, nec sine falsa uerbi dei opinione. Iterū, ut dixi, personarum respectum hic taxat, quæ plurimos fallit, ne hoc uitio sese laborare deprehendant. Adeo nemo est apertus & simplex satis, nec tamē curamus, ut hoc malo careamus, sed interim opuscula nostra facimus, quibus cōfidimus, quasi tum uitio, habitare in monte sancto dei.

Humanitas est causa mendacij.

Qui non egit dolum in lingua sua, nec fecit próximo suo malum.
Et opprobrium non accepit aduersus proximum suum.

Non est dubium, quin id quod dixit: Ambulator immaculatus, operansque iusticiæ, totam iusticiam significet, quam deinceps suis partibus exequitur, quarum una est, Veritatē loqui in corde, nō adulari, nō conniuere, nō indulgere, quo uitio peccamus in amicis & sodalibus. Alia pars est, dolum non agere in lingua, quod hebraice: Qui nō detraxit seu detulit, dicitur. Hiero. Qui nō est facilis in lingua: significat autem id uitij, q̄ peccamus in aduersarijs, deferendo ad amicos, quæcunq; ab inimicis eorum audiuerimus, eaq; in peiorem partem interpretamur, quotidieq; exploramus, ut similia deferamus, a q̄ uerbo Ioseph exploratores Aegypti appellauit fratres suos Geñ. xlij. Vitium sane late patens & communissimum, simul ad discordias excitandas potentissimum. Deinde quod nonnunq; specie & titulo consilij & monitorij sese pulcherrime uestit. Pulcherrima uero larua est, quādo in angelum lucis sese transferens zelo dei defert, explorat, accusat proximum de hæresi, errore, impia uita. Hic enim premium expectat pro obsequio dei, quod prestitit occidēdo pios, & damnando pia dogmata. Vult ergo Propheta, ut ea quæ mala sunt proximorum, apud alium proximum taceamus, etiam si sit inimicus & meritus de nobis, nec nisi bona loquamur, & ea tantum quæ ad reparandam, seruādam & augendam concordiam ualent: Id enim uellemus nobis fieri, quin maxime caueamus, ne cuius uerbum & opus temere iudicemus & damnemus, ne in ueritatem impingamus, pro qua uidemur maxime conari. Sic matrem suam Augustinus fecisse inter mulieres inimicas scipsit Confess. ix. Ideo insignis pars iusticiæ in hoc absoluitur, multa sunt in hoc uitium in scripturis testimonia, quæ omittimus, cum sit uitium per se notissimum hominumq; doctrinis damnatum, uerum nec illo caret ullus hominum in hac uita, tanta est miseria huius uitæ, quia & si sint, qui non exigunt sibi mala nunciari aduersarij, & eius omnia in peius interpretari, tamen si ita nuncientur & interpretentur, non inuiti audiunt dicicq; permittunt nec repellunt nec resistunt dicenti, nec in bonum interpretantur, suspitionicq; saltem locum faciunt. Hac uirtute clarus fuisse scribitur Godolias filius Aicham Hiere. xl. qui cum Iohannan Careæ ei nunciaret & uere nūciaret, Ismael Nathaniæ ei insidiari ut occideret, noluit audire nec credidit, dicens: Falsum tu loqueris de Ismael. Et hac pia opinione perseuerans occisus est, malens periclitari uita, cū mala (quæ tamen uera erant) suspicari de proximo suo & credere delatori.

בגל

Delatores.

Bona tantum loquamur de proximo.

Aliud commune uitium.

Godoliæ exemplum.

Nec fecit proximo suo malum, id est, damnum uel nocumentum. Quod uitium si in latitudinem suam extēdas, nec ipso carebit penitus ullus hominum, sicut nec præcedente. Nam & si sunt, qui manum non extendunt, tamen Nemesi peripatetica uirtute, malis mala fieri gaudent nec prohibent, quin iusticiam dei

Tertiū genere uitium.

Malis mala nō facienda.

etiam dei laudant, q̄ dignis digna intulerit, interim non uidentes, q̄ nollent sibi talia optari a quocunq; aduersario. Et hanc legem naturæ, lumen illud naturæ Aristoteles non uidit, quando ethica sua, Nemesi ista & multis aliis uitijs pro uirtutibus positis, fœdauit, sed & hoc monstrum non raro induit angelum lucis, ut sit incognoscibile, dum exurit & occidit sanctos dei & persequitur ueritatem & iusticiā in obsequium dei & zelo ueritatis, sicut hodie furiunt Sophistæ & Pontifices, Idola, nihil curantes, q̄ sibi talia fieri nollent. Ita uides, q̄ in personarum respectum maxime inuehatur, q̄ ij præsumunt potissimum in tabernaculo dei habitare, qui sunt ijs uitijs inquinatissimi, falsi specie bonæ intentionis, nominis & personæ, coram se & hominibus.

Et opprobrium non accepit aduersus proximos suos. Verbum accepit, melius leuauit, fuisset redditum, sic & psalmo. xxiij. Qui non accepit (non leuauit, non exaltauit, non iactauit) in uano animam suam. Ita hic, qui non iactauit, exaltauit, exaggerauit, magnificauit, dilatauit malum nomen, opprobrium, ignominiam, conuitium, blasphemiam contra proximum suum, id quod solent inimici mutuo facere: Maxime autem illi, contra quos maxime loquitur, personati zelo dei & amore ueritatis, in spiritu enim loquitur. Nam crassi illi conuiciatores, mox sese agnoscunt male fecisse, sed illi pergunt in merito digno zeli sui, quos hæreticum sit, non bene fecisse dicere. Itaq; horum est contra proximos clamare, hæreticos, schismaticos, erroneos, & sexcenta mala nomina, eaq; in uulgus propagare, eleuare, magnificare, coram magnatibus, manibus, uoce, & toto corpore testari, donec cœlum & terram, si possint, misceant & conturbent profundum maris. *Contra proximum.*

Verum uide, spiritus non omittit, quin proximos appellet, quantumuis sint inimici inuicem, potentissimo uerbo eos ad pacem & concordiam uocans, & insignem insaniam eorum taxans. Quis enim deferat, noceat, conuicietur proximo suo, nisi insanus? Quomodo excusabuntur q̄ digna fecerint inimicis, negantes eos proximos esse, contra spiritum qui proximos eos esse affirmat? sed sic fieri oportet, ut legis naturæ obliti, facient quod sibi fieri nollent.

Ordinem quoq; obserua pulchrum, nam totus hic uersus de inimicis agit. Primum est enī, mala ꝓximi explorare, deferre, accusare. Deinde accusatum, nocere, occidere, exurere. Vltimo, ne inique gessisse aut gerere uideantur, blasphemare, eleuare opprobium, iactare crimina, & sic pœnam dignā redditam ostentare. Sic in Christum primo explorabant falsa testimonia, detulerunt & accusauerunt, accusatum dehinc & damnatum, crucifixerunt, crucifixum uero pessimis nominibus blasphemauerunt. Tam proprie, apte, breuiter imopiorum uitam depinxit. Contra boni uiri est opprobrium proximi non admittere, extinguere, contraria prædicare, tueri, & si non potest tueri, excusare, aut saltem dolere & compati, etiā inimico & malo, sic enim sibi quisq; fieri uellet. Ita non modo non nocebit aut malum faciet proximo, sed etiam bene faciet siue sit amicus siue inimicus, ut est sententia Christi Matth. vj. Nec explorabit nec deferet, sed deferēti resistet, susurronem compescet. Magna & ardua sunt hæc, q̄ in his offendi oportet montes Israel, & ipsam superbiam Iordanis, summos Episcopos, magistratus, potentes, sapientes, sanctos. Nam hi longe amplius q̄ uulgus ijs uitijs sunt impliciti, longeq; magis sæuiūt ac nocent, cum sit apud eos species bona & autoritas metuenda, hoc est quod dicit. *Officium boni uiri.*

Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus, timentes autem dominum glorificat.

Qui iurat proximo suo, & non decipit.

Distinguẽdũ inter psonas & uitia.

Dixisset ad nihilum deductus est, summus sacerdos, rex, Propheta, principes, seniores, Scribæ, Pharisæi, Episcopi, & quicqd est magni nominis in conspectu eius, nisi distinguendum esset inter personas & uitia, inter potestatem & abusum potestatis. Nomina enim potestatum metuenda sunt, sed uitia eorum contemnenda, nec propter potestatem uitia dissimulanda aut probanda, nec propter uitia potestas offendenda aut contemnenda, cum potestas nulla sit, nisi ex deo, nec sit hominum, sed dei, Ro. xiij. Vitia uero non sunt dei, sed hominum. Prudentia itaq; hic opus est simul & magno animo, ne potestas terreat uitia contemnẽtem, nec uitia subuertant, potestatem stulta humilitate suspiciẽtem. Est ergo sensus: Et si delatores, malefactores, & blasphematores sint magni, & iniquitas egrediatur de maioribus Babylonis, qui uidẽtur regere populum, non eorum magnitudine terretur, despicit eos ut malignos, & fiducialiter agit, defendens proximos suos, licet reuereatur ut magnos, humiliter cedens eorum potestati.

Nota bene.

Hunc uersum si seruassent, Christiani in Romanos proceres, minus malorum hodie haberet Ecclesia.

Hebræus elegantius hoc loco dicit: Contemptus est in oculis eius contemptor, scilicet ingenium magnatum & superborum indicans, qui fiducia potestatis & larua personæ inflati, ab omnibus uolunt metui, ipsi uero omnes contemnere, omnia sibi licere, alijs citra eorum consilium nihil licere, sicut Romæ de Germanis dicunt Idola nostra. Quantos stabularios habemus Romani. Et iterum, Todesçola bestia. Sic enim sanctissimi pastores ouium Christi, nos pascunt, pro Pallijs & tota substantia nostra, quam rapiunt robustissimi latrones. Nonne & ipsi sunt magnifici & securi dei, hominum & omnium contemptores? At quis hos rursum contemnit? num adulatores? qui id etiam habent negotij, ut potestatem læsam asserant, ubi uitia tantum arguuntur, quo potestatem, æternæ salutis ministeriũ, faciant iniquitatis cœdiumq; patronum & perditionis officinam.

Contra, Timentes autem dominum glorificat, pulchra *Antithesis*, illi sunt contemptores dei, hi timentes dei, illos contemnit, hos glorificat. An non mouetur persona paupertatis, paucitatis, humilitatis, ruditatis, ignobilitatis, oppressionis eorum? Non, sed sicut Moses Heb. xj. Reliquit Aegyptum non ueritus animositatem regis, magis eligens affligi cum populo dei, q̃ temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias existimans thesauro Aegyptiorum improperiũ Christi, sicut Achimelech, nihil ueritus Saulem & principes eius, cum fiducia pro paupere Dauid locutus est, j. Reg. xxij.

Emphasis autem insignis est, q̃ permutato affectu gloriam paruis & cõtemptis, contemptum magnis & gloriosis tribuit, magnos & qui paruorum sunt contemptores, non solum non honorat in malicijs eorum, sed etiam contemnit, paruos & ab illis contemptos, non solum respicit in bonitatibus eorum, sed etiam glorificat, cum longe secus agat mundanus affectus, ubi uitia magnorum, uel pro uirtutibus prædicantur, uel omnia mitius interpretantur, contra paruo-

tra partiorum uirtutes uel pro criminibus accusantur, uel omnia in peiorem partem interpretantur, sicut erudite fingit fabella uulpis & leonis, item lupi & ouis. Itaq; audacis spiritus animosum opus est, honoratos contemnere & contemptos honorare. Sic. j. Reg. iij. Eliseus ad Ioram regẽ Israel, intrepidus dixit: Quid mihi & tibi est? uiuit dominus in cuius conspectu sto, quia nisi uultum Iosaphat regis Iuda uererer, non attendissem te, nec respexissem. *Audacis spiritus officium.*

Qui iurat proximo suo.

Hieronymus: Iurat ut se affligat, & non mutat. Potest quidem hebraicum uerbum, cum sit æquiuocum ad afflictionem & amicum, pro afflictione transferri, sed nostræ translationis sensus magis placet, cum de operibus erga proximum in totum agat, excepto uersu secũdo, qui deo operibus, erga seipsum purificandum satis egit. Commune autem hominum uitium tangit, de q̃ omnes queruntur, scilicet infidelitatem, quod uenit ex radice illa, qua quilibet querit quæ sua sunt, maxime in commerciis & negotijs, sine quibus uita hæc non agitur, ut enim affectus sui cõmodi est intimus, quẽ nemo satis in seipso agnoscit, cum sit astutissimus & dolosissimus, ita arduum & rarum est seruare & nõ mutare, quod promissum iuratumq; fuerit. Q2 si qui etiam seruant, tamen corde non satis prompto seruant, præsertim arridente quopiam quod interim accidit, uel lucro, uel occasione maioris comodi, quod pœnitẽtiam promissi simul commoueat. Sed esto & hic superet (quanq̃ sine gratia dei natura id nõ faciat) tamen etiam præsente gratia pauci superant, si inimico uel iurent coacti, uel interim inimico facto seruare iuramẽtum debeant. Itaq; nullus filius Adam hoc præceptũ implet, & filius dei uix implet, uel potius incipit implere, ideo nullus illorum habitat in tabernaculo dei, cum hic etiam uix habitet, &, ut Petrus ait, Iustus uix saluabitur. *Infidelitas cõmune uitium.*

Proinde quisq; sibi caueat ab insulsis, immo impijs & hæreticis Decretalibus, tit. de uotis & uoti redemptione, ubi Romanus põtifex, uel potius scriba eius aliquis indoctissimus audet statuere, in manu sua esse, dispensare, & mutare uota & iuramẽta, seu (ut quidam mitius loquũtur) declarare quæ sint & non sint uota, dicens contra expressum textum Deut. xxiij. eum uoti transgressi reum non esse, qui mandato Romani pontificis implere distulerit: Non pastor, sed perditor ouium Christi, adducens in operculum impietatis suæ, seu fundamentum sententiæ suæ, q̃ Exo. xiij. &. xxxiiij. scriptum sit asini primogenitum mactandũ seu redimẽdum oue, nõ contentus, q̃ ea scriptura nihil de iuramento aut uoto sonet, deinde quæ mutatio nõ hominum arbitrio, sed dei mandato statuta sit, sic deprauatis uerbis dei in suam tyrannidem stabiliendam, uerum etiam magnum crepante bucca, se os obstruxisse loquentium iniqua, cum fiducia gloriatur, ostendens se in hoc quasi sit deus in templo dei, idem potens, quod deum potuisse legit, immo soluere audens, quæ deus præcepit. Si uero declaratio tantum quæritur, non potestas, sed scientia hic locum habet, quæ discernat, sit uotum nec ne, ideo melius declarabit pius aliquis & eruditus uir, q̃ omnipotens & omniuolens sedes Apostolica, plerunq; inerudita & in sacris literis imperita. *Dispẽsare uota uel declarare.*

Cum itaq; hoc loco Propheta exigat iuramenta hominibus prestita, ut necessaria ad salutem, multo magis nemo soluet uota seu iuramenta deo oblata. Vnde Iosue. vj. filij Israel, etiam si decepti Gabaonitis iurauerint, & postea re cognita pœnituerint, tamen seruauerũt iuramẽtum. Contra rex Zedechias a *Iuramẽta seruanda.*

Prophetis, præsertim Ezechiele, acriter reprehensus est, qꝑ iuramẽtum non seruarit regi Babylonis, & tandem miserabiliter captus, excæcatus & punitus est. Id qd & seculo superiori contigit regi Hungariæ, rupto cum Turcis pacto fœdere, mandato legati Apostolici: Nec sic tñ exempla tanta, hæreticã istam sententiam mitigant, & hæretici prauitatis inquisitores hic libẽter dormiũt.

Promissio etiã seruãda.

Credo autem ea quæ de iuramento seruando hic præcipit, etiam de quauis promissione simul intelligẽda esse. Mens enim eius est, fidem inter homines docere, fidem inqꝫ nõ qua creditur in deum, sed qua inuicem fideles & promissi tenaces esse debent, quomodo dei fides, Ro. iij. dicitur: Nunquid incredulitas illorum fidem dei euacuabit? Quod alibi. ij. Timot. ij. sic dicit: Si nõ credimus, ille fidelis permanet, Vt sic simus filij dei, & alter alterius deus, fideles credenti nobis, sicut deus oĩbus nobis credẽtibus fidelis est. Apprehẽdit aũt potissimũ iuramẽtum, quod in hoc operis genere fides insignius uel seruaẽ uel uiolatur, sicut & castitas in prohibito adulterio, & mititas in prohibito homicidio docetur, & multa ijs similia. Verumtamen in omnibus ijs commendatur gratia dei, non enim humanæ, sed diuinæ uirtutis est, non peierare, sicut & nõ adulterari, non occidere, inspexit enim cõmunem hominum uitam, quam Oseas, iiij. sic

Periuria commune malum.

describit: Non est ueritas, non est misericordia, non est scientia dei in terra, maledictum, mendacium, homicidium, furtum, adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Et quis hodie sese tutum glorietur a periurio cum singuli astringamur tot iuramentis? primo Ecclesiasticis, deinde prophanis magistratibus. Quis enim nulli iurauit, nisi infans in cunabulis? quis autem seruauit omnia iuramenta? Ita fit, ut nube iuramentorum uere inundent periuria in Ecclesia, & legum multitudo peccatorum plurimorum causa existat. Nemo itaqꝫ non iuratus, nemo uel pauciſſimi qui se iuratos esse non pœniteant, aut ex animo iuramento satisfaciant. Ita undique uita ista peccatis nos inuoluit miseros.

Christiano an liceat iurare.

Quæritur autem hic, an Christiano liceat iurare, cum Christus Matth. v. doceat: Ego dico, non iurare omnino, Multis ac magnis libris hic actum est, satis periculose & tarde definiũt, postꝫ omnes sumus impliciti captiqꝫ iuramentis, & communis uita hominum usum iurandi tam celebrem habeat, ut nihil fere celebrius nec hodie inter eos conuenit. Certe hic uersus indicat iurare licitum esse, etiam proximo seu amico suo, ne quis tantũ superiori exactori iurandum esse putet, nec loquitur de periurio seu falso iuramento tantũ, quo quis sciens falsum iurat, sed potius de implendo iuramento, quod hebræus clarius qꝫ noster exprimit, ubi pro non decipit, legitur, non mutat, nõ deficit, non rebellat, hoc est, qui fidem prestitam non frangit. Cum ergo uerba Christi prohibentis iuramentum tam aperta sint, ubi dicit: Sit sermo uester, est, est, non, non, quod his abundantius est a malo est. Rursus non minus apertum sit ipsum sæpissime iurasse, cum in Euangelijs toties dicat: Amen amen dico uobis. Et paulus toties iuret, qui tamen nuſqꝫ prohibuit iurare, ubiqꝫ autem fidem & ueritatem præcepit, nescio quid dicam & cui credam.

Volo interim meo sensu nugari, qui tamen nõ longe sit alienus ab omnium aliorum sensu, sequar autẽ imprimis communen hominum uitam & sensum: Deinde uerba Christi, quo simplicius potero, accipiam. Omnium sensus in hoc est, ut multa uitia damnet, quæ tamen non omittit, ut testatur cuiusqꝫ conscientia. Ita etiam eos damnat, qui facile iurant communi sermone seu colloquio, quod tamen difficile est cauere, ut experientia testis est. Cæterum extra

colloquium,

colloquium, ubi fœdera, pacta, aut fides exiguntur, nemo iuramẽtum damnat, ut sic distinguendum sit inter familiarem sermonem, narrationem, siue colloquium, quo recitantur, nunciantur, dicuntur uaria: & inter contractus, pacta, fœdera, promissiones, fidem, & similia. Ita Christus & Paulus iurant, quoties fidem suadent, ac cum hominibus paciscuntur pacto sancto fidei. At Christus de communi sermone loquitur, unde signanter dicit: Sit sermo uester, est, est, non, non, ut leuitatem iurandi prohiberet, cum sit nulla necessitas in sermone communi, hoc puto & Augustinum sensisse, cum phibitam dicit pronitatem iurandi. Ita stat uerbum Christi simplicissimo sensu uerum, quod abundãtius his est, a malo est, ut non sit necesse malum non credentis fingere, cũ sit reuera malum iurantis in communi sermone (ubi nulla promissio, nullum pactum, nulla fides, ac per hoc nulla necessitas est) iurare prompti.

Hac sententia minus multas cõscientias illaqueabimus, quæ, ut dixi, uitam seu sensum cõmunem hominum, a quo Christi doctrina, si recte comparetur, non abhorret multum, quantum ad mores spectat, exprimit & uerbo Christi, simpliciter accepto consonat, sed & originali suo, unde Christus accepit, non abludit, dicitur enim Leuit. xix. Non mẽtiemini, nec decipiet unusquisq; proximum suum. Non periurabis in nomine meo, ne pollues nomẽ dei tui. Vbi de communi & familiari sermone loquitur, ut uidetur, dum mẽdacium & falsiloquium (quæ mitiora sunt communis colloquij peccata, q̃ periuria, perfidia in pactis & contractibus) tractat. Sed & hic uersus psalmi nõ de communi sermone sese loqui ostendit, dum dicit: Et nõ mutat, manifeste perfidiam & periurium taxans, siquidem mendacium & falsiloquium, seu periurium in quotidiano sermone, superius taxauit: Qui loquitur ueritatem in corde suo. De eodem iuramento, psalmo. xxiij. sic dicit: Et non iurauit indolo proximo suo. Ita stat utraq; sententia, q̃ Christiano simpliciter præceptum est, nullo modo, per nullam rem diuinam uel humanam iurare in sermone quocũq;. Et tamen seruandum est iuramentum prestitum in quacunq; causa aut pacto. Quare iuramentum simile est opere carnali, quod extra matrimonium non licet, & intra matrimonium & petitur & redditur iure. Ita extra pactum & fidei negotium iurare non licet, intra uero optime licet, immo expedit.

Christiana doctrina nõ multum abhorret a cõmuni sensu hominum.

Conclusio de iuramento.

Qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & munera super innocentes non accepit,

Qui facit hæc, non mouebitur inæternum.

Iste uersus non indiget expositione, sed impletione, & Augustinus dicit, hæc non esse magna & incipientium, quia Propheta a superioribus & maioribus incœpit. Idem sentit diuus Hieronymus & alij. Verum si spiritu loqui prophetam aduertimus, quis est hominũ qui nõ sit inuolutus his peccatis? Esto, non dent oẽs ad usuram, omnes tñ odiunt, nõ licere ad usurã dare, gauderẽtq; licere, sua nõ aliorũ commoda spectãtes, deinde si & hic se tegit Adam ueteris nequitia, si tamẽ penuria urgeret, & alia uia nõ pateret q̃ usura, nemo nõ fieret usurarius, quare oĩa illa uerba, huius psalmi, habitabit, requiescit, ingreditur, operat, loquitur, nõ egit dolum, nõ fecit malum, nõ accepit opprobriũ, iurat, non mutat, nõ dedit, nõ accepit, facit, sic sunt de opibus intelligẽda, ut ex pura spiritualiq; uolũtate manare oĩa intelligantur, cum hypocritæ talia uel omnia

uel multa ſimulare ad tempus poſſint, ſed in tempore malo contraria faciunt. Alioquin reuera parum eſt operis, non dediſſe pecuniam ad uſuram, cum ſis beamur & inimicis benefacere, gratis omnibus mutuum dare.

Sed nonne Propheta cõtradicit Moſi, qui filijs Iſrael Deut. xxiij. dicit: Non fœnerabis fratri tuo ad uſurã, pecuniam, nec fruges, nec aliã quamlibet rem, ſed alieno, fratri autem tuo abſq; uſura commodabis, id quo indiget. Non eſt negandum, quin mores gentis ſuæ arguerit, q̃ nõ contenti alienis fœnerare, etiam fratribus ſuis fœnerabant, ut erat, eſtq; etiamnum populus iſte omnium longe auariſſimus & uſuræ ſtudioſiſſimus. In quem Propheta uarie ſunt inuecti, quorum unus Amos. viij. Audite hoc, qui conteritis pauperem, & deficere facitis egenos terræ, dicentes: Quãdo tranſibit meſſis, ut uendamus merces? Et ſabbatum, ut aperiamus frumentũ, ut imminuamus mẽſuram & augeamus ſiclum, & ſupponamus ſtatheras doloſas, ut poſſideamus in argẽto gentũ egenos & pauperes pro calciamentis, (Heb. per fruges) & quiſquilias frumenti uendamus? Idem primo. c. Venditis pro argẽto iuſtum, & pauperem pro calciamentis (id eſt, pro frugibus ueſtris) Qui conterunt uſq; ad puluerem terræ capita pauperum, & uiam humilium declinant (id eſt ſubuertunt.)

Iudæi uſurarij.

Affectus uſuræ eradicandus.

Verum non hoc ſolum agit (ut dixi) ſed omnes affectus uſuræ, etiam ſecretiſſimos eradicare proponit, ut loco uſuræ ponat beneficentiam, ut facile intelligant (ſicut Apoſtolus ad Timot. docet) & gratis mutuent, ſicut Chriſtus Luc. vj. præcipit, & Matt. v. Noſtro autem ſeculo fœliciſſima eſt uſura, facta, Romano pontifice autore, iuſticia, & licitus contractus, ſubmoto nomine uſuræ & appoſito nouo, quo nunc dicitur, contractus reemptionis. Hæc enim nunc pulchra dicitur figura, & hac iuſticia iuſtificat̃ hodie totus orbis, mundus totus, regnatq; monſtrum illud ſecure, extincto per hunc modum Euangelio & uniuerſa iuſticia eius cum regno dei, nec ſic tamen Antichriſtum adhuc ullus credit. Valet item ſecundo idem contractus nouo miraculo ad hoc, ut res temporales, temporales non ſint, quia intereſſe illud, quod eſt nerus, ſubſtantia, uirtus huius cõtractus, eſt immortale, etiam otioſæ & ſterili pecuniæ. Has crabſas Satanæ nequitias, q̃ religioſe admittimus & colimus, ſolum ob hoc, quia Romani pontificis nomen pretexitur. Vnde inter omnia miracula quæ hodie deus operat̃, hoc mihi uel primo loco habeẽ, orbem poſſe ſubſiſtere & hunc cenſus incomprehenſibilem uſuram ferre. Sit ergo non dediſſe pecuniam ad uſurã parũm, hodie certe magnum & rarũ eſt, de q̃ alias abũdantius dixi.

Nouus contractus, noua iuſtificatio, nouum miraculum.

Et munera ſuper innocentem non accepit, & hoc parum uidetur, ſcilicet rem & magnum hodie quoq;, ut ludæos omittam. Hic peccant iudices & qui causas deſcindunt, tuentur, impetunt. Hoc eſt, Papa, Epiſcopi, Officiales, Procuratores, rabulæ forenſes, & fex illa hominum quæ alitur populorum peccatis, ſicut lenones ſtupris mulierũ, facile eſt forte cauſæ ſolius intuitu quenq; conſulere, ſententiam dictare & ferre, uerũ ubi irruerint affectus, ſcilicet ipſo iuris, fauor amici, odium inimici, contẽptus humilium, metus magnorum, non modo uidebis illud Deut. xvj. &, Exo. xxiij. Munera excæcant oculos ſapientum, & ſubuertunt uerba iuſtorum. Et Iſa. j. Omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones, ſed q̃ & omnes alij iam dicti affectus idem facient. Nemo nouit, niſi tentatus, q̃ ſit blandum & potens hoc malũ. Iam ſunt, qui alterius cauſam etiam gloriæ ſtudio peruertunt, quo acutiores doctioresq; uideantur. Quid autem refert, ſi non munus accipias aduerſus innocentem, gloriam tamen aut uindictam aut gratiam accipias? Quod ſi hunc uerſum principes & Epiſcopi ſeruarent,

Munus accipere.

seruarent, putas tot monstra pareret Romana furia (curia uolui dicere) uerum sicut illic omnia portenta scelerum summo gradu regnant, ita oportet ut & hoc nephas illic regnet, ut iterum satanas sedem suam & Pantheon obtineat, unde in orbem totum inundet omne malum. *Huc omnium animi attēti.*

Ne autem ulla pars hominum hoc uitio sit libera, fit ut plurimi etiam fidei causam & uerbi dei damnent, pars muneribus, pars fauore, inuidia, odio, ambitione, gloria capti, non pauci etiam metu magnorum, aliqui & contemptu. Nonne ij omnes contra innocentes accipiunt aliquid? præter hos aliqui etiam ignorantes, zelo dei & amore (ut iactant) ueritatis. Quis collegia, monasteria, uniuersitatum, census, honores, dignitates fieri munera accepta super innocentem. Væ nobis. Quis auderet dicere omnium Collegiorum, Monasterio rum, Vniuersitatum, census, honores, dignitates fieri munera accepta super innocentes, unius hominis Papæ tyrannide formidata? uel ex hoc uno intellige, quid periculi sit esse Papam, deinde quantorum scelerum per orbem sit autor, si semel abusus fuerit potestate contra ueritatem. At nunc cum non nisi abutatur in perniciem ueritatis, quid aliud ēt sedem satanæ & Antichristi negotium Romæ esse & agi, credere possumus? cuius unius metu, ueritas tanto terrarum spacio extinguitur, error & mendacium statuitur, innumerabilibus animabus tam facile cito perditis: Obsecro, quis non metuat, uiuere in tantis periculis horum dierum, in tantis uoraginibus animarum? Hæc tempora sunt, quæ præ dixit Paulus: Instabunt tempora periculosa, erunt enim homines amantes sui, &c. Timoth. iiij. *Super innocentem munera accipiunt.*

Recte ergo concludit: Qui facit hæc, nō mouebitur inæternum. Nota bene facit, si ille non stabit, qui hæc dicit & ostendit, nec tamen facit, ubi parebunt illi, qui etiam si sciunt & cogitent hæc esse recta, nō tamen audent mutire? ubi & illi qui indocto zelo cōtra hæc agunt? Vnde in hebræo distinctio uersus sic ponitur, ut qui facit hæc, pertineat ad partem priorem sic: Argētum suum non dedit ad usuram, & munera super innocentem non accepit faciens hæc: Non mouebitur inæternum, quasi dicat, non tantum sciens aut loquens hæc, ut ultima pars uersus ad totum psalmum pertineat, & prior ostendat ēt sit rarum & arduum, sine usura, sine precio sanguinis uiuere. Immo non esse possibile, nisi quis sit promptus ponere, censum, honorem & uitam, extremaq; omnia pro ueritate pati. Ex quibus uidemus ēt fallax sit, omne quod specie & nomine fulget, nam Christianissimum hodie arbitrantur potissimum in clero esse, & ecce usuris & precio sanguinis, metu Romani pontificis, omnes uiuunt per orbem. Romæ iactatur cōtentione indomita, Papam pascere omnes oues, & ecce ipse lupus est omnes oues iugulans. En quod dixit Apostolus: Mittet illis operationem erroris, ut credant iniquitati, qui charitatem ueritatis non acceperunt, ut salui fierent, interim tamen legimus horas Canonicas, sacrificamus multas missas, & ea facimus ac dicimus, quæ citra nostrum periculum dici fieriq; possunt, ueritas & fides, cū Euāgelio, de suo periculo uiderint: Quid ad nos, qui pro Christianis facti sumus Romani, pro credentibus operarij, pro Euāgelicis, Decretalici, pro spiritualibus, cerimoniarij: Et in totum pro populo dei libero, serui hominum impijssimorum?

Psalmus

PSALMVS QVINTVS DECIMVS, hebræis sextusdecimus

Michtham Dauid.

NOMEN hoc, Michtham, uarie tractatũ est. Antiqua, iuxta Augustinum, habet tituli inscriptio, ꝙ eadem dictio hebraica מכתם Chethem, etiam signaculum uel signum, inde Michtham, signatum, notatum siue titulo insignitum, ad titulum autem crucis id referri, & si pium est coactum tamen est. Hieronymus duabus dictionibus uelut etymologisans, reddit, humilis & simplicis Dauid. Lyra facit ex ipso nomen cantilenæ decentioris, cuius sententia mihi omnium magis pene probatur. Nam Burgensis erudite Hieronymi sententiam reprobat. Ipse uero Burgensis, dicit hoc uocabulo, aurum uel aurum significari, ꝙ Cantic. v. dicitur: Caput eius aurum optimum, præposito ergo litera Mem, fit Michtam, id est ex auro uel aureũ. Dicitq; eo significari passionem Christi, quæ hoc psalmo canitur.

Ex omnibus ijs adiutus, opinabor interim Michtham esse nomen psalmi huius, sic enim iuxta autoris cuiuspiam nomẽ, solet poni nomẽ psalmi quod, ut canticum Dauid, psalmus Dauid, testimonium Asaph, intellectus Dauid, & similia, sicuti uidimus & uidebimus. Ita hic, quia insignis est psalmus ille de insigni materia, nempe Christo omnium, capite tractans, noluit communi, sed insigni nouo & blando uocabulo eum insignire & appellare Michtham Dauid, quasi diceret, aureolum Dauid. Sic Lyra & Burgensis in unam uenientes sententiam, quam utiq; ex hebræis fontibus hauserunt. Sunt autem sexin in uniuersum psalmi hoc titulo insignes: Hic quintusdecimus, & quinquagesimus quintus, cum quatuor sequentibus. Verum illi multa alia in titulis suis habent, hic ut præ omnibus singularis, simpliciter Michtham uocatur. Nec enim ullus alius tam clare de passione & resurrectione personali Christi loquitur, unde & Apostoli hũc psalmum, præ omnibus ferme scripturis, allegant ad confirmandam resurrectionem Christi, ut Actuum. ij. &. xiij. legimus. Vbi Petrus dicit. Quem deus suscitauit solutis inferni doloribus, iuxta quod impossibile fuit teneri eum ab illo. Dauid enim in eum dicit: Prouidebam dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi, ne commouear, propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe: Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Notas mihi fecisti uias uitæ, replebis me iucunditate cum facie tua, delectationes in dextera tua usq; in finem. Ex his facile patet sensus totius psalmi, nec nostra indiget, quantum ad summam sententiæ pertinet, interpretatione, sed magis fide & annuntiatione, ut quem sancti Apostoli per spiritum sanctum interpretati sunt tam clare, uerbis tamen obscurissimis plenus est. Et in eo fundatur articulus ille fidei. Descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis: Vt mirum sit, ausos quondam fuisse magni nominis Theologos negare, eum articulum in sacris literis inueniri, quo ad eius priorem partem, descensum scilicet ad inferos.

Nota articulum fidei nostræ.

Conferta

CONSERVA me domine, quoniam speraui in te.

HAEC EST uersus posterior pars in hebræo, nam prior pars, titulo constat, sunt autem uerba Christi per totum psalmum, incipit enim affectu iam pereuntis ac derelicti ab omnibus, & morientis, hoc modo: Ecce ego morior, dereliquit me uirtus mea, dereliquerunt angeli & homines, quin dæmones & oēs homines perdūt me, Periit fuga a me, & nō est qui requi rat animā meam, desperatus deploratusq; sum omnibus, itaq; tu qui solus es mihi seruator, q̄ perditos seruas, uiuificas mortuos, exaltas afflictos, serua me. Quasi dicat illud: Pater, in manus tuas commendo spiritum meū: Non autem pro solo passionis tempore sic petit conseruari, uerum tota uita sese in seruato/ re deo pēdere cōfitetur, ac quotidie mori, ut Paulus gloriatur. ita semper perit, semperq; seruatur pius, atq; hæc est uita noua fidei & spei hoc psalmo commē/ data, uita scilicet crucis, hoc est mortis, nec huius nisi turpissimæ. Qui ergo in pace agit, uel se suis aut hominum uiribus seruat, nunquid potest dicere deo: Conserua me domine? Respondebitur enim ei, quid conseruem cum non/ dum pereas nec perditus sis? Discamus ergo tunc potissimum esse claman/ dum, quando perimus, ubi homines minime omnium clamant, sed despe/ rant potius.

Semper perit semper seruatur pius.

Quoniam speraui in te. Ecce fiducia & spes inuocant, quomodo inuocaret, qui non confideret? ipsa fiducia allegatur pro merito congruo & condigno (ut uidemus) salutis æternæ, cur nō allegat opera, & uirtutes pro meritis? Nem pe q̄ in hoc excessu nihil subsistit, nihil seruat, nisi pura & firma fides in solam misericordiam dei nitens, quæ nihil de se, sed omnia de deo præsumit, ut mon/ strat hic Christus suo pulcherrimo exemplo. de quo affectu & emphasi uerbo rum istorum, speraui, & in te, abūde dictum est psalmo. v. Si enim in aliud q̄ in deum speretur, iam non poterit dici, speraui in te. Et quis de suis meritis præsu/ mat, quando hic caput omnium Christus, tacitis meritis, in fide & spe mise/ rentis dei solummodo nititur: Desperatis itaque in omnibus & per omnia hic affectus congruit.

Meritum de congruo & condigno.

Dixi domino, deus meus es tu, bonorum meorum nō indiges.

Hieronymus sic reddit partem posteriorem: Bene mihi non est sine te, mihi potius sic reddēdum uidetur: Bonus fui nō ad te, ut טובתי tobathi, sit uerbum absolutum, q. d., si liceret dicere, bonaui dicere, hoc est, bonus & pulcher fui, ut sit sensus: Ideo dixi ad dominum, q̄ mihi esset deus a quo omnia haberem, & ipse nihil a me (id quod uere est esse deum) quia nō fui bonus in eum, nihil enim in eum beneficij contuli, quis enim prior dedit illi & retribuetur ei? Ro. xj. Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipsum sunt omnia. Hunc sensum no/ ster interpres uidit, cum dixit: Bonorum meorum non indiges. Et Hieronymi sententia sic consonat, q̄ nō modo nos nihil possumus dare deo, sed omnia bo na ex ipso habemus, & sine ipso nihil boni habemus.

Dicit hæc autem Christus in commendationem crucis, intutus duas contra rias hominum generationes, quarum alterum, scilicet piorum, uidit ex sese na sci & sibi parari in regnum & hæreditatem, alteram, scilicet impiorum, quia in cruce scandalisatur, relinquēdam esse. Acsi dicat: Ecce morior & in oculis ho/ minum impiorum nihil minus apparet, q̄ ut tibi placeā, aut rex & hæres tuus sim futurus,

Duæ cōtrariæ hominum generationes.

sim futurus, sed hoc faciunt, quia rebus & uiribus & meritis suis freti, te deum non eligunt sibi, nec ex te omne bonum accipere, uerum potius tibi benefacere præsumunt, id sibi uendicantes erga te, quod expectare deberant ex te. cum tu ideo mihi omnia auferas, ut ostēdas nō aliqd ex nobis tibi, sed omnia nobis ex te uenire, si in te speremus, & in manum tuā nos proiecerimus.

Diuinis tantū rebus frui debemus.

Atq; ita noui populi dux, hic suo exemplo docet & eloquitur, quibus bonis nouus populus sit abundaturus, scilicet diuinis tātum, cæteris omnibus in nihilum redactis. Id quod Iudæus & uetus populus, temporalis abūdantiæ promissionibus assuetus, non capiebat, sed & natura ipsa impatientissime, immo nullo modo sustinet, cum tamen interim nemo non garriat, dominum esse deum suum, & ubi se solum cœperit ostēdere bonum eorum, cætera omnia auferre, nihil minus inueniūtur sensisse, neq; enim opum, nominis, uitæ, iusticiæ, & eorum quæ habent ferre possunt ablationem, sola fide & spe clamātes: Conserua me domine, quoniā speraui in te. Et, dixi domino, deus meus es tu, nihil boni cōfero in te. Id enī facit beneficiū crucis mortificās nos & nostra omnia ut consortes efficiamur diuinæ naturæ, ut. ij. Petri. j. dicitur.

Omnia nostra apud deum.

Et uere arduissimum est, immo ipse infernus, sentire, omnia apud deum esse bona nostra, & in nobis nihil esse situm, quo eum demereamur, placemus, aut mitigemus. Ruitq; hic funditus impia illa Theologia eorum, qui faciēdo qd' in se est, præsumunt misericordiā dei emercari, aut pro peccatis satisfacere suis opusculis, ignorātes hæc omnia fieri fide solius misericordiæ dei, extinctis maxime ijs ipsis opusculis ac penitus desperatis, quibus nitebantur satisfacere & parare sese ad gratiam dei. Atq; hinc apparet quid profit pompa illa satisfactionum & indulgentiarū, per magistros nostros hæreticissimos in Ecclesiam dei introducta, suis impijs statutis, decisionibus, reseruationibus, indultis, concessionibus, & id genus pestilentissimis nugis, totius orbis animas perditissime illaqueantes: quibus quid aliud discimus, q̄ ut credamus deū nostris egere bonis, & nos non consortio diuinæ naturæ, sed deum nostræ naturæ consortio beatum fore, dum nō fide nos in illū paramus transformare, ut sit nobis deus, sed operibus illū in nos conamur mutare & nostris uotis similem facere, ut ei nos Idola simus? sicut dicit apud Isaiam: Cui assimulastis me? aut quam imaginem ponetis mihi? An non est hoc deum uelle mihi cōformare, si huc nitar ut meæ opinioni, meo affectui, meo sensui, & desyderio sese attemperet, nisi id faciat, non fisurus in eum, nec laturus eius manum? cum contra oporteat in nihilum nos ire, & eū facere in nobis compotem sui sensus, sui uoti & desiderij, hoc est, mori, damnari, & in nihilū redigi. Recte ergo huius psalmi titulus est, Aureolum, qui de hoc summo & principe affectu loquitur, idq; de summo & optimo eius genere, qualis in principe omnium Christo fuit. Nam hoc affectu discernitur populus Christi, a non populo suo, contemptis omnium personis & nominibus, ut sequitur.

Sanctis qui in terra sunt eius, mirificauit oēs uolūtates meas in eis.

Hieronymus: Sanctis qui in terra sunt & magnificis, omnis uoluntas mea in eis. Hebræus, ad uerbum sic: Sāctis qui in terra sunt ipsi, & magnificis, omne desyderium meum in eis. Debuit itaq; omitti pronomen, Eius, & in eis, quod quod hebraico idiotismo solet, post relatiuum, Qui, subiungi. Et certū est uerbum, Mirificauit, per interpretem, p nomine, positum, quod adiri, in hebræo, magnificos,

magnificos, grandes, admirabiles, significat, ut psal. viij. Quã admirabile est no/
mẽ tuum in uniuersa terra. Deinde omisit coniunctionem, Et, quæ facile pro
hibuisset ne ex magnificis faceret, mirificauit. Stet ergo uersus sine hebraís/
mo, Sanctis seu ad sanctos, qui sunt in terra, & magnificos, oĩs uoluntas mea,
ut sit sensus, cum in me omnes scandalizentur, qui persona rerum capiuntur,
& sint inimici crucis, ego uicissim eos relinquo cuiuscunq; sint siue generis si/
ue nominis, nec moueor q; sint semen Abrahæ, eos uero amplector qui sunt
sancti & magnifici in spiritu, contempti mundo & illis, in his mea uoluntas,
meũ desiderium, mea hæreditas, hi mihi erunt populus a patre datus, ubicũq;
fuerint in terra, nec enim in Hierusalem aut Zion aut Roma erũt necessario,
sed ut Petrus, ait, Act. x. In ueritate cognoui, quoniam non est acceptio perso
narum apud deum, sed in omni gente qui timet eum, & operatr̃ iusticiam acce
ptus est illi. Hoc Iudæi nolebant, hoc eorum hodie æmuli Romanistæ negãt,
q; nos Romæ alligare conantr̃ & præualuerũt, Hãc sensum sequẽtia iurabũt.

Dicit ergo Christus, Si me qui caput sum, oportet omnibus cõtemptis, soli
deo inhærere, & sic per passionem intrare in gloriam meam, oportebit & eum
populum, qui mihi in hæreditatem datur talem esse, ut nullo loco, nullo gene
re, nullo nomine nitatur, nisi hoc uno, ut meum deum habeat, cui nihil tribu/
at, sed omnia ex eo recipiat, qui redigatur in nihilum, ut fiat oĩa, hoc est, quod
Matthæi. xxiiij. dicit: Si dixerint uobis, Ecce hic est Christus aut illic, nolite
credere, Nescit enim locum christianus homo, nec ullum temporale, licet ho/
die impij pontifices Romani cum suis adulatoribus nobis hanc sententiam
damnarint, ut hæreticam, & Romam nobis assignarint, pro loco, in quo Chri/
stum oporteat inuenire, afformantes deum suis stultis uotis, uerũ ipse pulchre
contrarium non modo hic docet, sed & reipsa ostendit, dum nõ nisi Satanam
Romæ sub suo nole regnare permittit, ut omniũ palpat manus, & totus cer/
nit mundus.

Diximus in superioribus, sanctum illud esse, quod in separato & abscõdi/ *Sanctum quid sit.*
to est & conspectu solius dei, non illud prophanum sanctum, quo hodie tan/
tum, domus, uestes, clerus a pontificibus sancta uocantr̃, ad fallendos animos
hominum, sed quo Spũs sanctus sua unctione sanctificat, Ita sancti sunt non
Iudæi, non clerus, non ullius nominis homo, nisi fide inhærens deo, per eam
particeps eius naturæ factus, cuius uita abscondita est cum Christo in deo, ex/
teris omnibus dat Christus libellũ repudij hoc uersu & sequentibus, dũ dicit,
Voluntas mea ad sanctos terræ & magnificos, quasi illud psal. c. dicat: Oculi
mei ad fideles terræ, ut sedeãt mecum, quo repudio & Malachiæ. j. ad Iudæos
dicit: Non est mihi uoluntas in uobis dicit dominus exercituum, quia magnũ
est nomen meum in gentibus, Est aũt eadem dictio uoluntas hoc uersu, quæ
psal. j. In lege domini uoluntas eius. Magnificos similiter in spiritu appellat,
cum coram hominibus, cum sceleratis & uiris ignominiæ & infirmitatem sciẽ
tibus, sicut & eorum caput Christus, habeantur, uerum fide sanctificantr̃, fide
& magni sunt & admirabiles in oculis dei, ipsi enim animo magno contem/
nunt omnia bona & mala. Dicit autem sanctis terræ nõ, sanctis cœli, ut de ho/
minibus in terra loqui se significet, simul ut promissione certa cõfirmet corro
boretq; eos, qui in se credũt, ut quantũlibet patiantr̃ mala, sciant tamẽ sese pla/
cere Christo suo domino, aduersarios uero displicere, itaq; uerbum dulcis pro
missionis est hic uersus, fidem excitans & conseruans, sicut sequens uerbum
aspere cõminationis est, infidelitatem damnans.

Facile est hic nostram translationē concordare, ut sit sensus, deus meus in cit in sanctis meis omnia quæ uolui & quæ ego desidero, Volui aūt nihil alio ꝙ ut mei similes essent, mecum mortificati secundū carnem, & uiuificati spū tu, id quod mirabile est in oculis omniū, ut mortui uiuere, ignominia perfu glorificari, prophanati sancti dici & esse debeant, Verū per spiritum hanc rabiles uoluntates meas impleuit & perfecit, solū ergo in his sanctis, non est in alijs uoluntas mea est, ubi enim omnes uoluntates meæ esse dicuntur, ibi ditur in cæteris nulla mea uoluntas esse. Ita fit, ut qui crediderit salutē fiat, qui nō crediderit, damnet, quia oīs uoluntas Christi in illis, in his nulla.

Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea acceleraui, non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus:
Nec memor ero nominum eorum per labia mea,

Hoc uersu alteram generationem describit & repudiat crucis inimicam, in qua nulla ei uoluntas est, quia se caput propter humilitatem mortis eius non cipit, nec per fidem in deum trāsformari patitur, ut dominū habeat deum cum Christo, sed Idolis cordis sui, & operibus suis sese fatigat, unde hebraica uerba uidenda sunt ꝙ eorum uim non reddere possit latinitas. Et Hieronymus dicta riet a nostro. Multiplicabunt Idola eorum post tergum sequentiū, non libabo libamina eorum de sanguine, nec assumam nomina eorum in labijs meis. Hunc enim uersum in duos nos diuisimus.

Quod Hiero. Idola eorum, nos infirmitates eorum, hebræus habet עצבותם Azebotham. Azab autem uerbum significat, cū tristitia & labore aliquid formare, sicut fabri argētarij laborāt, ut imagines forment, Inde psal. cxiij. ubi hoc tristi diligētiq; labore, simulachra gentiū dicuntur, Azabim, scilicet ab arare & labore, quibus formantur. Et psal. cxxvj. Qui manducatis panē doloris. Azabim, quod alij panem laborantiū cū dolore, alij panē erumnosum. Quicquid sit in ista uarietate, in hoc omnia conueniūt עצבים Azabim esse, id quod arte & dolore paratur & formatur, Quo nomine spiritus appellat impiorū dogmatum & operū magistros, quæ & Idola eorum sunt, ꝙ mendaciū multo labore & cura opus habeat, ut uerū appareat, cum econtra prudentū doctrina facilis, ut Prouerb. & ueritas simplex sit, nec hoc modo solū erumnosi & miseri sunt, sed & operibus ad eadem dogmata factis, cum enim fide uacui sint, doctrinis & operibus hominū fatigentur assidue necesse est, hos superius in uocabulis Auen & amal, & psal. ix. in uersu comprehenduntur in consilijs quibus cogitant, satis descripsimus.

Horum studium Isaias salsissima parabola taxat. xliij. longo sermonis textu inducens plasten Idoli, qui locus maxime ualet ad hunc uersum, qui uolet, legat. Itaq; siue Idola siue infirmitates dixeris, recte dixeris, modo impium inutile, triste, & infirmum studium eorum intelligas, qui extra fidem suis operibus & doctrinis, deo, nescio quæ reddere uolunt, non formari a deo, sed formare deum uolentes, dixi enim superius, qui aliter de deo sentit, ꝙ sentiēdū est, deum sibi, non se deo afformat, at sine fide nemo recte de deo sentit, ideo recte Isaias ibidē dicit, plastæ Idoli omnes nihil sunt, quis formauit deū & conflauit sculptile ad nihilum utile? ecce omnes participes eius confundentur, fabri enim sunt ex hominibus: Cum enim per hæc sese firmare præsumant, magis infir-

gis infirmantur, & cõscientia de die in diem peius habet, ideo Idola eorum in quibus confidunt sunt infirmitates eorum, quibus magis ac magis assuescũt deo diffidere, atq; quo plus diffidunt eo plura sibi formant Idola, unde hebræus dicit, Multiplicabũt Idola sua, actiuo uerbo, ut peruersum & infelix studiũ eorum exprimat, qui semper discunt & nunq; ad ueritatẽ perueniunt, semper iustitiam sectantur & in legem iustitiæ nõ perueniunt, infinitis hac causa rebus doctrinis, sectis, operibus, seruiendi deo, ut in Iudæis hodie cernĩ, multo magis autem in papalibus Christianis: Cum enim conscientia eorũ non sit quieta, nec aliam uiam pacis norit, q; opera & dogmata sua, necessario miscet se infinitis uarijs quæstionibus & studijs, in nullo eorum fixa & contenta, ut testatur nimis abunde experientia ubiq;: Sic hodie Collegia & monasteria cũ fidei sint ignorãtissima, quid sunt nisi carnificinæ conscientiarũ infelicissimæ? qui dehinc miserum uulgum, cuius moderatores sunt, suis impijs opinionib⁹ excæcant, pro fide opera sua docent, ita cæcus cæcum ducit, & ambo in foueã cadunt, ut longe sit eligibilius ac tutius hodie bubulcum aut fabrum cuiusuis artis fieri, & uxore ducta cõmuni uita agere, q; religiosum aut sacerdotẽ fieri, aut literis tantũmodo uacare, quia hi a fide omniũ minime sunt remoti, præsumentes de alijs illis optima, de se nihil. Q; si fides resurgeret, nullum tum uitæ genus spernendum aut periculosum foret. *Nota & bene*

Postea accelerauerunt, uarie & hoc translatum & expositum, alijs acclamauerunt alij dotauerunt, Hiero. post tergum sequentiũ, ego nostrum interpretem sequor, ut sit sensus: Postq; omnia impij infelici studio laborauerint, tandem nihil consequunt, nisi maiorem fugam, pauorem, confusionẽ cordis, sicut ex Isaia retuli, participes eius confundent oẽs, solus enim is qui confidit in dño, nõ festinabit, sed sicut leo cõfidet & ad nullius pauebit occursum, ubi impius fugit & festinat ad sonitũ folij uolãtis, ut superius dictum est psal. j. Impij sicut puluis ante faciẽ uenti. Sic Isaiæ. xxx. Si reuertamini & quiescatis salui eritis, In silentio & spe erit fortitudo uestra, & noluistis & dixistis, nequaq;, sed ad equos fugiemus, ideo fugietis, & super ueloces ascẽdimus, ideo uelociores erunt qui persequẽtur uos, Mille homĩes a facie terroris unius, & a facie terroris quinq; fugietis, donec relinquamini, sicut malus nauis in uertice montis, & quasi signũ super collẽ. Talis festinãtia, fuga, & pauor, est ipsa mala conscientia, quæ semp fugit & nunq; effugit, semp timet & semper accidit quod timet, nunq; quieta, quia nõ est pax impijs. ideo recte dicit, q; pro pace conscientiæ multiplicant Idola sibi, & tamen post hæc omnia non nisi accelerationem, seu melius fugam & festinantem pauorem auxerunt. *Mala conscientia.*

Non cõgregabo conuenticula eorum de sanguine. Hic plane ipse Christus quæstiones illas infinitas de Ecclesia sua dirimit, quã alij uirtualẽ, alij repræsentatiuã, alij aliam finxerunt, Christus dicit se non cõgregare eos qui sunt ex sanguinibus, sicut Iohã. j. dicitur. Qui non ex sanguinibus, neq; ex uoluntate carnis, neq; ex uoluntate uiri, sed ex deo nati sunt. Eundẽ locum Paulus ut ubiq;, ita ad Ro. & Galatas ex professo & magnifice tractat, ubi probat, Non omnes filios carnis, esse Israel, sed solos filios promissionis, & filios liberæ Sara, nõ anCillæ Agar esse semẽ Abrahæ, ut Ecclesiam Christi prorsus omni persona exuat, ut, sicut alibi dicit, In Christo neq; sit masculus neq; fœmina, neq; Iudæus neque græcus, neq; liber neq; seruus: Ita neq; Romanus neq; Germanus, sed qui ex fide sunt benedicentur cum fideli Abraham. *Ecclesia quæ sit.*

Quare detestanda est impietas Romana, quæ de Ecclesia somniat sua men- *In Romanos.*

dacia, cum Ecclesia aliud esse non possit q̄ cōgregatio spiritualis hominū, ni
in aliquem locum, sed in eandem fidem, spem & charitatem spiritus: Nec hoc
contenta, Ecclesiam alligat loco, scilicet Romæ, neminem esse Christianū pu
mittens, nisi fuerit Romanus, impudenti temeritate contra articulum fidei in
tuens suum mendacium, Credimus enim Ecclesiam sanctam catholicam esse
cōmunionem sanctorū, Nō dicimus cōmunionem Romanorum aut aliorum
quorumcūq; locorū. Christus quoq; dixit Lucæ. xvij. Nō ueniet regnū dei cū
obseruatione, nec dicent: Ecce hic, aut ecce illic, ecce enim regnū dei intra uos
est. Idem Matth. xxiiij. Multi uenient in nomine meo, dicētes: Ego sum Chri
stus, & seducent multos, Tunc si dixerint uobis, Ecce hic est, aut ecce illic, no
lite credere. Contra tam manifesta uerba audent impij isti dicere, Ecce Romæ
est Ecclesia, Romæ est Christus, Romæ est uicarius Christi.

Quando ergo tempora ista iam currunt, de quibus Christus locutus est, &
furor impietatis Romanæ Euangelio tam manifeste resistit, nec intelligen
nec intelligere sinens quid sit Ecclesia, Armemus nostras intelligentias ue
Ecclesia Christi. bo dei, firmiter credētes & certissime scientes, Ecclesiam Christi, esse aliud ni
hil q̄ spiritualem fideliū collectionem, ubi ubi terrarū fuerint, & quicquid ei
carnis & sanguinis, hoc est, quicquid est personæ, loci, temporis: & eorū qui
bus caro & sanguis uti potest, nō pertinere ad Ecclesiam dei, Ideo cauemus
omni studio ne cum lupis ululemus, & cum Romanistis romanisemus, tam
ticos eos blasphemando, qui sub Romanæ Ecclesiæ seu Curiæ potius collecti
one non fuerint. Christus enim & Apostoli Petrus & Paulus quia uiderunt
necessarium esse, ut corpora & nomina eorum in aliquo certo loco haberent
in terris: Et hanc necessitatem futurā esse occasionē superstitioni & impietati
Hierosoly ma quare destructa. huic, ut Ecclesiam eisdem locis affigerent, & sic Ecclesiam e spirituali collecti
one in temporalē traherent, præuenerunt ac sedulo nos monuerunt: insuper
ne Christum ipsum, in hoc ipsum impietatis, sibi pro patrocinio haberent, cu
rauit incōprehensibili cōsilio, ut Hierusalem uastaretur & conculcaretur a gē
tibus, quod nisi fuisset factum, nemo ,phibere potuisset, quin locū Hierosoly
mitanum tanta specie & titulo prædituū, pro Ecclesiæ capite erexissent.

Vbi hoc prohibitum est, cœptum est, Romæ id mali, titulo sanctorum Petri
& Pauli, uerbis Christi, Tu es Petrus, & pasce oues meas, magna specie huc
Romanis Christus dominus resistit detortis. Verum & hic restitit Christus potenter, nec enim permisit unq̄ fieri,
ut Ro. Pontifici esset subiectus totus orbis, quod tamen fieri oportuisset, si iu
re diuino staret ille primatus, quia uerbo & promissioni diuinæ nemo potest
resistere, nec sic tamē aperimus oculos, ut figmenta Satanæ uideamus. Vnde
Petrus has fictiones pulchre prædixit. ij. Pet. ij. Erunt in uobis pseudomagistri
(pene dixisset Magistri nostri eximij) in auaritia fictis uerbis de uobis negoci
antes. Quid enim magis fictum est, q̄ dicere, q̄ petra significet potestatē regi
tiuam Petri, & pascere, monarchiam Papæ? aut ad quid ualet ista monarchia,
Confessio Martini Lutheri. nisi ad auaritiam, quæstum in nobis exercet?

Quare ut meum redimam conscientiam, neue in hora mortis meæ & extre
mo iudicio rationem impij silentij expostuler, his scriptis corā omnibus, qui
legunt & audiunt, & coram cœlo & terra, affirmo & confiteor, Articulos illos
quos Lipsiæ Euangelicos & Christianissimos suscepi defendendos, Ecclesia
uniuersalis est prædestinatorum uniuersitas, & eos qui ex hoc sequuntur, di
coq; & protestor, eos fuisse impie damnatos, Conciliūq; Constantiense, quā
tum in hanc partē, fuisse cōciliabulū Satanæ, dum eos damnauit: Dāno, excō
municō,

mumico, deuito, detestor omnes, qui huic concilio affuerunt & consenserunt, aut adhuc consentiunt, siue sint Papa, Episcopi, reges, aut quicūq; : dehinc, ne sanguine innocenti polluar, ulterius protestor, Si Iohānes Huss & Hierony. de Praga sunt ob nullam aliam causam (sicut uidetur) exusti, q̄ propter hos articulos, factam esse eis iniuriam, & Papam cum suis esse & fuisse crudelissimos & impijssimos homicidas, inimicos Christi & Ecclesiæ eius, Testes erunt mihi huius fidei & confessionis meæ quicunq; hæc legerint, ego sane ignorabam Lipsiæ sensum articulorum eorum, quorum uerba uidi esse christianissima, ita non potui tum sensum, quem adulator Papæ dedit confutare. At nunc cum extet Iohannis Huss liber, ex precedentibus & sequentibus uideo, & sensum eorum esse christianissimum, Quid est Papa? quid mundus? quid princeps mundi? ut propter eum ueritatem Euangelij, pro qua Christus mortuus est, negē ualeat qui ualet, pereat qui perit, ego sic sentiā deo ꝓpicio semper.

Ad psalmum reuertamur. Christus ad uersus præsumptionem Iudæorū primo loquitur, oīno extinguens omnia in quibus fidebant, Fidebant autem in tria, Primum q̄ essent semen Abrahæ & de sanguine patriarcharum, ideo soli uolebant esse populus dei, Contra (inquit) hoc ipsum quod uos pro argumento ducitis pro uobis, uerto contra uos, ut per hoc ipsum non sitis populus meus, per quod præsumitis esse populus meus, usq; ad me etenim fuistis populus meus externa synagoga, At nunc impleta promissione & lege, populus meus non est ex sanguine, sed ex spiritu. Alterū, q̄ essent multi, nec enim credibile eis erat, totum populū, aut tam magnam eius partē relinquendā esse. Dictio enim hæbrea hoc loco, teste Reuchlino, significat summam quandam hominū congregatorum, ut & psal. xlj. Qm̄ transibo in locum tabernaculi. i. transibo cum quadam summa hominum congregatorum, quasi dicat, maneho in communione sanctorum, Ita hic non congregabo eos, qui se magna summa agglomerant, quasi ob multitudinem uelint digni haberi qui recipiantur, sed non sic impij, Consummationē em̄ & abbreuiationem faciet dominus. Et Isa. x. ita ut si fuerit populus tuus Israel, sicut arena maris, reliquiæ tamē ex eo cōuertentur. contra argumentum a multitudine, quo non minus q̄ generis & sanguinis argumento pertinaciter nitebantur, multa passim in alijs quoq; prophetis dicuntur. Iactabant enim pax, pax, & deum non esse iratum tantæ multitudini, & quod tanta multitudo saperet & crederet, non posse falsum esse, hoc est quod dicit. Non congregabo conuenticula eorum, non assumam eos etiam si se ut arenam maris multiplicent.

Iudæorū præsumptio in tribus.

Tertium erat, Gloria & nomē iustitiæ & religionis, quibus celebrabātur, maxime inter se ipsos, pro populo dei, ut qui solus legem accepisset, & cui credita sint eloquia, sicut Paulus dicit Ro. iij. & psal. cxlvij. Qui annunciat uerbum suum iacob, iustitias & iudicia sua Israel, Non fecit taliter omni nationi, iudicia sua non manifestauit eis. Quanto impetu Paulus hanc eorum fiduciam expugnet, Epistolæ ad Romanos & Galathas pre cæteris monstrant, & in hac parte plus q̄ in prioribus duobus confidebant, ut & si crederent se propter peccata iram meruisse, quantumlibet essent Israelitæ & multi, iustitiæ tamen fiduciam nunq; ponere potuerāt, quæ & omnium est pertinacissima, cōtra quam dicit: Non ero memor nominum eorum per labia mea, Extinguam potius nomina eorum, non censebuntur mihi populus, quia iusti, sapientes, religiosi, magni, alijsq; quibuscunq; nominibus uocantur, sed is erit populus, qui spiritu fidei ex me natus fuerit.

Nunc uide an non idem iudicium terribiliſſimum in Eccleſia agatur in oc
lis noſtris. Nonne & nos poſuimus hæc tria fulcra fiduciæ ſuperbiſſimæ

In papiſtas ex tribus. Primum iactant ſe de ſucceſſione ac uelut genere Apoſtolico, & de ſanguine pompaq; hac inani uolunt pro populo dei exiſtimari, cum ſint fide & ſpiritu uacui. Et dicunt. Papa eſt caput Eccleſiæ. Eccleſiam appellantes hanc congregationem de ſanguine, quicquid Apoſtolis debetur etiam ſibi deberi arrogantes. Deinde quanta bucca extollunt multitudinem quæ ab eorum parte ſtat, quaſi ideo recte ſapiant, quia cum multis ſapiunt, quaſi non Chriſtus prædixerit: Et ſeducent multos. Et Petrus: Multi ſequentur eorum pernicies, utiq; paucos relinqui ſignificantes, qui non ſeducuntur. At hoc argumentum hodie ſeruat papam non minus potenter, q; primum, quantumlibet ſine fide & ſpiritu agant. Tercium uero potentiſſimum, ſuperſtitio, quam legibus & cerimonijs ſic fundauerunt, ut licet ſint impijſſimi, tamen iuſtitias & merita ſua, quaſi ſoli ſint chriſtiani, cæteris uendunt, pro tota ſubſtantia mundi, nec enim niſi nominibus ipſis, ſine ulla re, hic regnant, ſed Chriſtus non aſſumit eorum nomina per ſua & ſuorum labia: Non docet has eorum iuſtitias & cerimonias quin damnat & pugnat contra eas, ut ſtatuat iuſtitiam dei, quam nos operante lege & ſuperba fiducia deo offerimus, ut ſtet uerbum: Bonorum meorum non indiges, nec benefecimus tibi, ſed tu nobis. Et hæc uoluntas eſt Chriſti in ſuis ſanctis, ut ſic ſapiant & agant, cæteris omnibus cum ſuis Idolis & iactantia reprobatis.

Chriſti reſurrectio & regnum. Ita uidemus ſcopum pſalmi eſſe, q; Chriſtus cum ſit predictus, magnus rex & dominus futurus in magno & glorioſo populo, contra omnium ſenſum incipit regnare: Cæteri enim reges naſcuntur ut regnent, hic moritur regnet, aliſq; quoq; populi naſcuntur, quibus imperent: ut ſit regnum admirabile, quod non ex generis ſanguine & dignitate, nec ex multitudine & potentia mundi, nec ex iuſtitijs & uiribus proprijs, nec ex ulla re quæ uideatur in mundo ſed e ſpiritu in conſpectu dei ſubſiſtat. Sic pſal. xxj. Et animam ſuam non uiuificabit, & ſemen ſeruiens ei annunciabitur domino generatio uentura. Et Iſa. liij. Si poſuerit pro peccatis animam ſuam, uidebit ſemen longeuum, & diſpartiam ei plurimos. Sic & lſ. ŋ. Et erit requies eius gloria, in quibus omnibus locis mors & reſurrectio Chriſti deſcribitur, ſicut & hoc toto pſalmo. Nec enī capit ratio, ut gloria regni cedat mortuo & quieſcenti in ſepulchro, & generatio noua, ſit ſemen ſeruiens ei, qui animam ſuam ponit & non uiuificat, & ponens animam pro peccatis, uideat ſemen longeuum. Quis enim morienti dicit, ecce rex eris & populi ſub te cadent inæternum? Naſcenti ſane hæc ſolent optari, neceſſe ergo fuit eum a mortuis reſurgere, ut ſcripturæ iſtæ implerētur.

Ita hic cum moriens petat ſe conſeruari, tradens animam in manu patris, tamen dicit: Voluntatem ſuam eſſe in ſanctis, & hæreditatem ſuam non fore ex ſanguinibus, ſed ex præclaris, ut dicetur manifeſte hoc miraculo uerborum, reſurecturū ſeſe docens, neq; enim mortuus regnaret, & tñ moriens dicit ſeſe regnare. Recte ergo Paulus ad Timotheum ſcribit, ut meminerit dominum Theſum reſurrexiſſe, addens ſecundum ſcripturas, ſicut & canimus in ſymbolo, ſcilicet q uehementer abhorreat ab omnium ſenſu, mortuum regno poniſ & opus ſit his ſcripturis nos niti, quas tamen niſi ſpiritus fuiſſet interpretatus quis intellexit? quis enim in his uerſibus Chriſtum reſurrecturum legiſſet aut quot ſunt, qui etiam hodie legunt hoc ſenſu hunc locum?

Dominus

Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei.

Tu es, qui restitues hæreditatem meam mihi.

Hierony. posteriorem partem sic uertit, Tu possessor sortis meæ. pronomen Mihi, superfluit. Est autem uersus hic sumptus ex lege Mosi, ubi Leuitis & Sacerdotibus scribitur non esse datam hæreditatem in ter filios Israel, sed dominus (ait) est eorũ hæreditas. Cuius æmulatione & hic dicit. Dominus est pars mea hæreditaria, & arbitror, ex figura ista, distributæ inter filios Israel terræ, & sacerdotibus negatæ, prophetam, illustrante spiritu, psalmum hoc loco hausisse, scilicet non fore Christi hæreditatem communem hominibus, nec de sanctis & terrenis acceptam, sicut leuitarum nulla erat inter filios Israel. Puto autem, hic esse hebraismum, pars hæreditatis, pro pars hæreditaria, seu portio mihi distribuenda. Multi enim per hæreditatem, intelligunt Ecclesiam, cuius sortem esse dominum certum est, sed pro persona sua loqui Christus mihi uidetur, de hæreditaria portione, quæ se contingat, quod confirmat id quod sequitur. Et calicis mei. Diximus enim psal. x. Calicem usu scripturæ, significare, mensuram unicuiq; diuinitus definitam & reddendam pro meritis suis, & calicem bibere, sit pati, uel accipere hanc definitam mensuram. Et hic quoq; hæbraismus est, Dominus pars calicis mei, pro dominus, calix meus, seu id quod mihi definitum est reddi, ut nihil aliud q̃ ipsum dominum accipiam ꝓ retributione. *Calix in scripturis.*

Mirum itaq;, moriturus gloriatur se habere hæreditatem, eam quæ sit ipse dominus, iterum indicans sese suscitandum a mortuis quo accipiat hæreditatem hanc promissam. Quid autem non habet, qui ipsum omnium dominum habet? Quis autem habet dominum omnium? qui nihil aliorũ habet, & nõ quærit, nisi ea qnæ dei sunt, etiam per mortem & omnia mala, ita fit, ut dum omnia amitt: omnia inueniat, dum nihil hæreditatis elegit, omnia sua sponte ueniant. Ideo secure dicit. Tu es qui restitues hæreditatem meam, Melius heb. Tu statues hæreditatem meam, non enim de restitutione, sed constitutione loquitur, ac si dicat. Meum est omnia facere, & pati, omnia amittere & relinquere, ut tibi obediam: Tu sine mea cura, statues & firmabis, quæ mea esse debeat possessio. Ego non quæro eam, contentus ꝓ tu sis hæreditas & portio mea, quem ubi habuero, hæreditas mea bene fundata, & posita in tuto est, Ita uidemus q̃ nihil Christus sibi arroget, q̃ꝓ nihil sit pro se sollicitus, tantum cupit, ut deo patri obediat, cætera omnia curata secure presumunt. Et nos hom̃uculi q̃ misere hodie tumultuamur, pro Diocesibus & Ecclesiasticis Ierarchijs in quibus tamen serui sumus alieni, quasi in manibus nostris sita sit uel salus uel perditio Ecclesiæ, cur non Romanenses sui seruilis primatus, causam, simili fide, committunt deo, cum Christus hæres & dominus omnium, commendet tamen eam patri, nihil pro ea sollicitus. *Quis habeat dominum.*

Funes ceciderunt mihi in præclaris:

Etenim hæreditas mea præclara est mihi.

Perſtat in uſu ſcripturæ, quo funes ſeu funiculi dicunt mẽſuræ diuiſiones ſeu limites, quibus diuiduntur hæreditates terræ, ut pſal. lxxvii. Et ſorte diuiſit eis terram in funiculo diſtributionis. Et. ciij. dicens, Tibi dabo terram Canaan funiculum hæreditatis ueſtræ, Vnde Hieronymus trãſtulit, Lineæ ceciderunt mihi in pulcherrimis, etenim hæreditas ſpecioſiſſima mea eſt. Deutro. xxxii. Constituit terminos populorũ iuxta numerum filiorũ Iſrael, pars autẽ dñi populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius, Quod hic ſpũaliter tractat, q. d. Sicut ibi funes ceciderũt non ultra cẽ ubi erat numerus filiorũ Iſrael, & ubi finiebat numerus filiorũ Iſrael, ibi incipiebant termini populorum, ex quibus nullus egredigit, ſed pars eius & funiculus erat iſte populus: Ita nunc quoq; non aſſumam quãlibet fecem hominũ de ſanguine, ſed ſicut illic feci corporalem ſeparationem limitum populi mei a gentibus, ita nunc magis multo cõſtitui ſanctos mihi termini ſpũales populorũ, iuxta numerũ filiorũ ſpũalium, ut ubi ubi per orbẽ deſinunt eſſe fideles mei, ibi incipiunt eſſe populi infidelium, nec miſceantur ſpiritu licet miſceantur corpore. Fides aũt eſt limes, ſeu funiculus iſte diuiſor hæreditatis, ipſa enim terminat fidelium numerum, extra quã, quicunq; erit, termini ſunt populorum, & appellãtur termini impietatis, Malachi. Qui enim crediderit ſaluus erit: Qui non crediderit condemnabitur. Ita uidemus Eccleſiam prorſus nõ poſſe dici, niſi eam quæ credit, quare pontifices Romani cum ſua Eccleſia uere ſunt Idola & figmenta hominũ impiorũ, Contemnit enim hos funes rumpere & extendere, quo uolunt, nempe etiam uſq; ad non præclara immo ad tenebroſiſſima, ſed fruſtra, Non enim ait: Extenſi ſunt, ſed ceciderunt, non, uos extendetis, ſed de cœlo cadent.

Fides funiculus hæreditatis.

Deſcribit ergo hæreditatem, quam ei dominus ſtatuit, loco eorum, qui ſunt de ſanguinibus, non congregabo, inquit, illos de ſanguine, quos ergo? Præclaros, pulchros, iucundos, dulces, qui ſunt hi? Non habent nomen nec perſonam, non ſunt Iudæi nec gentes, non Romani, non Babylonij, Non hic aut illic, ſed in ſpiritu ſunt, fide puri, pulchri, dulces mihi. Nam hebræa dictio, in præclaris, proprie, dulces & iucundos ſignificat, ut Chriſti beneplacitũ in ſuis fidelibus exprimat. Rurſus abominationem eius in infidelibus, & qui in carne & ſanguine gloriantur.

Iterum, ut dixi, reſurrectio teſtificat, dum dicit, mihi, cui mihi? nonne tu dicis, Cõſerua me dñe: ita uere morior, ſed reſurgam, & erit mihi hæreditas mea dulciſſima. Dicit autẽ pluraliter funes, q̃ Eccleſia tota cum ſit una, diſperſa tamen eſt per orbem propter miniſterium uerbi & baptiſmatis, cum unus omnibus non queat miniſtrare, ut ſinguli funes, ſint ſingulæ Eccleſiæ, in quibus idem Chriſtus, idem baptiſma, idem uerbum eſt. Ceciderunt, quia non humano ſtudio & opere, ſed uirtute gratiæ dei multiplicant̃ fideles Chriſti, Suntq; nobis omnes fortuiti & quos præuidere nequieramus, qui cõuertuntur, ſicut dicit Iſaiæ. xlix. Et dices in corde tuo, quis genuit mihi iſtos? ego ſterilis & nõ pariẽs, & iſtos quis enutrit? Sic enim & hic Chriſtus omia ex patre accipere ſe oſtẽdit ſine ſua cura, & cecidiſſe ei quaſi ſorte funes iſtos in dulciſſimis.

Nec hoc ſine emphaſi eſt, quod dicit, ceciderũt mihi, & ſpecioſa mihi, ſeu ad me, totũ ſcilicet contra laruam eorũ, qui Eccleſiã ſecundũ externã faciẽ metiuntur & locis affigunt temporalibuſq; dioceſium limitibus definiũt: Sic enim hodie Eccleſiam alia maiorẽ dicim⁹, terreno ſpacio & populi multitudine, cũ reuera ſit ſolũ fide, ſpe, charitate, ſiue magna, ſiue pulchra, ſiue fortis: immo ea in oculis Chriſti eſt iucũda & formoſa (ut hic dicit) intelligit̃ p̃ antitheſin eſſe mundo &

Eccleſiæ magnitudo.

mundo & sibi amara & deformis, sicut ait, Nigra sum, sed formosa, nolite me cõsiderare q̃ fusca sum, quia decolorauit me sol, i. Christus subiecit me cruci & malis, & sic externe sum nigra, interne formosa: Oportet enim eum qui uult Christo placere, sibi displicere, sibi obscurũ esse, si Christo præclarus esse uelit: Qui enim sibi placet, pertinet ad conuenticula sanguinis & carnis, ut quid ergo præsumimus in mundo & carne magni esse, Episcopus super Episcopum, Ecclesia super Ecclesiam, cũ Christus hic nõ in hoc probet Ecclesiam, quo in oculis hominũ uideri põt, sed in eo quod ipse uidet, i. in fide, quæ eam humili, et sub omnibus & crucifiget? Sed finamus, Hierarchia nostra, nomen habet sacri principatus, ideo pertinet illuc, Nec memor ero nominũ eorum per labia mea, opera enim hominũ sunt, ideo hominibus placent.

Benedicam dominum qui tribuit mihi intellectum,
Insuper & usq̃ ad noctem increpuerunt me renes mei.

Hiero. & Heb. sic: Benedicã dñm qui dedit mihi cõsilium, insuper & nocti, bus erudierũt me renes mei. Magnum certe & arduũ hic signatur opus, quod est esse consiliariũ, hoc est, qui in morte & passionibus, cum undiq; angustiat & pauet, sciat quid sit ei faciendum, quo fugiendum, Qui enim hoc consilio carent, fugiunt & nõ effugiunt, Vnde Isa. vij. componit consilium cum fortitudine, dicens: Requiescet super eum spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & timoris domini, Q̃ nisi consilio pol leas, nulla fortitudo subsistet in morte. Itaq; non solum hoc donum dei est, tu, lisse malum & mortem, sed etiam nosse quõ ferenda sint, & unde petendum, sicut Sap. ix. Et ut sciui, quoniã aliter nõ possum esse continens, nisi deus det, Et hoc ipsum erat sapientia, scire cuius hoc donum esset, Quod ergo fuit consilium Christo donatum? utiq; q̃ nõ fugit in morte, non retro abijt, sed dixit: Cõsiliũ Christi in morte. Cõserua me domine, tradita in manu dei tota sua causa. Ita enim solemus exuberanti affectu gestire a periculis erepti, non tam q̃ erepti sumus, q̃ q̃ nos ita gesserimus, ut eripi possemus, ibi iucunda narratione recitantur, euitata pericula, repulsi casus, frustratæ insidiæ hostium, & omnia illa studia sollicitudinis, quæ prudẽtes nos fecerat in periculo præsenti, Ita Christus quoq; gloriatur se se prudentem fuisse in malis ferendis, idq; diuino munere, q̃ blasphemijs nõ resp̃onderit, mortem non fugerit, & nullis uerbis aut factis moueri se permiserit: dulce est enim eius meminisse quo te sentis fuisse adiutum. Inueniuntur sane qui cum ualent recte consulant ægrotis & extra periculum nihil non sapiant, neminem non docere possint, at ubi ascendunt fluctus in cœlum & descendunt in abyssum, anima eorum in malis tabescit, turbantur & cõmouentur sicut ebrij, & omnis eorum sapientia deuoratur, ut psal. cvj. dicitur, ut nemo magis indigeat consilio, q̃s ij consiliorum principes: proinde insigniter & excellenter hic elucet diuina misericordia, quæ in tempore tantæ necessitatis prope est, & illustrat cor pauidum, inops & egenum, consilio, quod supra rogauit, dicens: Conserua me dñe, Eo enim consilio seruat̃ anima in medio isto umbræ mortis, sed & ipse quale fuerit hoc consiliũ sequẽte uersu dicet.

Ex ijs intelligi potest, quomodo nostra translatio ad eundem sensum queat aptari, ut intellectus sit idipsum consiliũ, quo intelligat quid faciat & omittat in medio malorum, ne offendat deum, sed unde gaudeat, exultet, benedicatq; dominum ereptus.

Sed quæ

Sed quid est, insuper noctibus erudierũt me renes mei? qui sunt renes Christi, qui eũ siue emendãt, ut Aug. legit, siue increpãt, ut noster, siue erudiant, ut Hierony. & Hebræus? Nisi illud Apostoli Heb. v. uelit, didicit ex his quæ passus est obedientiam, & cõsummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ. Et illud Matth. xxvj. Spiritus quidem promptus est, corpo autem infirma, licet enim esset plenus consilio, sensit tamen reluctantem sibi

Tentatio erudit.

consilio naturã infirmitatis nostræ, qua lucta experimẽto didicit obedire, sicut & nos eo magis erudimur, quo tentationibus magis impetimur, si prudenter & consulte eas ferre poterimus, ut quod uidetur contra promptũ cõsilij spiritum facere, ubi uictum fuerit inuenitur eũ magis excitasse ac uegetiorẽ reddidisse, sicut Paulus gloriatur. ij. Cor. xij. Cum infirmor fortior sum. Nam uirtus in infirmitate perficitur. Et psal. lxvij. Infirmata est, tu uero perfectiorem, ita renes Christi, etiã si sancti & immaculati, tamẽ infirmi exhorruerũt quidẽ passionem & mortem, cum magis uiuere & bene habere cupiat infirma caro, tamen hoc horrore cõsilium cogebat magis uigilare & sollicitum esse pro rebus

Renes quid significent.

quæ dei erant, dictũ est supra psal. vij. Renes significare delectationes seu uim concupiscibilem, quæ tristitias odit, delitias ac quietem amat, quæ in omnibus hominibus etiam Christo facit, ut dura & amara sit passio & mors, quam spiritu consilij & fortitudinis oportet superari.

Insigniter addit noctibus, melius q̃ nos, usq̃ ad noctem, ubi licet, noctes allegorice possint accipi Pro aduersitatibus, Nam renes seu uis cõcupiscibilis, si desint aduersitates, nihil erudiunt, quia nõ urget nec urgetur, ut sit ꝓprium eius in tẽtationibus erudire & excitare spiritũ, tamẽ nos hic simpliciter sine allegoria tẽpus nocturnũ accipimus, quod aptũ est pauoribus & terroribus oĩbusq̃

Tempus nocturnũ aptũ dei operationibus.

dei occultis opationibus, ut sic tempus respõdeat & operi. Sic legimus Gen. xv. post occasum solis inuasum esse Abraham tenebroso & magno horrore. Et. xxxij. Iacob luctabaꝫ durissime cum angelo usq̃ mane. Sic psal. sequente, Probasti cor meũ & uisitasti nocte, sicut enim nox est optimũ tempus ad orandum, sicut Christus frequẽter orasse nocte legitur, Ita & ad meditandũ & oĩa diuina patiendũ, sic & Christus suũ pauorem cœpit cũ noctis initio. Sic Iob. iiij. In horrore uisionis nocturnæ quãdo solet occupare sopor hoĩes, pauor tenuit me & tremor & omnia ossa mea perterrita sunt &c. multa in scripturis talia legimꝰ, Nox eñ, quia tũc hõ uacat & oĩa silẽt, reddit hoĩem aptissimũ operationibꝰ illis diuinis, hoc est passionibus internis, quæ sunt pauor & horror mortis, quibus uehemẽter eruditur spũs hoĩs, si prudens fuerit & sustinuerit, unde & in prouerbiũ ista cessere, ꝓphetæ huic, qui sine dubio multa experiẽtia ista sibi cognita loquiẽ, sicut dicit psal. xc. Nõ timebis a timore nocturno, non exprimens quid sit timor nocturnus, ꝙ experientia solũ cognoscatur, qui plura de istis noctibus uelit allegoricis, Tauleri sermones legat.

Taulerus.

Prouidebam dominum in conspectu meo semper, quoniam de dextris est mihi ne commouear.

Hic aperit mysteriũ cõsilij sui, pro quo dñm benedixit, scilicet ꝙ dñm solũ ꝓposuerit in cõspectu suo, sed talẽ, qui sit a dextris eius ne cõmoueaꝫ .i. ꝓpitiũ & misericordẽ, Quod principiũ psalmi indicauit: Cõserua me dñe, quoniam speraui in te, hoc est quod in superioribus toties dictum est, neminem posse sustinere passionẽ aut mortẽ, nisi hoc consilio utatur, & dñm ꝙ põt misericordissimũ sibi præfigat, sicut Sap. j. dicit, Sẽtite de dño in bonitate. Et psal. xij.

Multi dicũt

Multi dicunt animæ meæ, non est salus in deo eius. Tu aũt domine susceptor meus es, gloria mea &c. Et psal.xxv. Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, & cõplacui in ueritate tua, diximus enim obiectum spei non esse nisi pura & immeritã dei misericordiã gratuito promissam, & ab indignis inuocã dam, Ideo pessimos istos & dæmoniacos esse consultores, qui passis aut moribus uel peccata inculcant, aut satisfactionibus & bonis operibus ꝓpositis deũ uelut exactorem eis ꝓponũt, Non dedit illis dñs hoc consiliũ, sed Satan, ideoq; desperationi & blasphemiæ ꝓpiores fiũt ꝙ bñdictioni & gratitudini. *Spei obiectũ.*

Heb. & Hierony. ꝓponebam dominũ in cõspectu meo, semper. facit autem hæc ꝓpositio domini, cor animosum, hilare & spontaneũ ad oĩa bona opera facienda & mala ferenda, & ab hoc proposito sicut sepius dictum est, ordiendа est bona uita, & bonũ opus. Quid enim nõ libentissime faceret & auderet qui confidit sese placere deo, & dominũ esse sibi fauentẽ ac ꝓpitium? Quod peccatum quantũuis blandum non contẽneret eadem fiducia in deũ nixus? uere non facit nec facere potest malum hæc fides, sicut nec uinci ab ullo malo: Nemo credit ꝙ retrahat a malo & moueat ad bonũ ista fiducia, nisi expertus. Quare hoc uersu ipsam naturã, affectum, & opus fidei quæ est in deum, nobis pulcherrime pingit spiritus. Quid est enim fidere in deum, nisi proponere sibi firmiter dominum esse a dextris eius ne commoueatur? Et qui manet in eo proposito, quomodo nõ semper bene uiuet & operabitur? Quis turbo malorum eum subuertet? fundatus est supra firmam petram. *Exordiũ boni ne uitæ in fide & spe.* *Fidere in deũ*

Vnde hebræus uerbis Emphaticis utitur, primo ponebam, ponere enim firmitatem ac fundamentum sonat, ut fidem ostendat esse affectum constantem ac firmissimum, qui nullo tempore nutet aut uacillet Deinde, dominum, Nõ enim fides est in nostra opera, immo ullam creaturam, sed in solum deum, unde & Theologica uirtus uocatur, quæ circa diuinam misericordiam uersatur, Mala uero conscientia & impietas circa peccatum propriũ & liberũ arbitriũ. Tertio, in conspectu meo, ubi fidei uiuacitatem & uigilantiam exprimit, non enim ut illi somniant, fides est habitus in anima subiectus & stertens, sed perpetuo & directo intutu in deum uersus, unde fit, ut & sit autor & origo operum, immo primus & nouissimus in omnibus operibus bonis, & tota uita. Semper, addit propter utrumq; tempus, quia fides tempore pacis hona facit, tempore belli mala patitur, nunq; otiosa, immo semper negociosissima. Ita uidemus ꝙ egregius dialecticus sit Dauid, qui fidem dei tam propria definitione, & charitatis? per hos enim affectus uersantur uniuersi & singuli, ostenduntq; fidem, spem & charitatem esse proprie quosdam optimos & diuinos affectus. *Fides autor & origo operum.* *Omniũ psalmorũ summa.*

Quoniam a dextris meis est, id est, in occultis in spiritu præsens est, dum a sinistris in aperto, in carne me persequuntur inimici. Eadem sentẽtia psal.xix. dicitur. Et in potentatibus salus dexteræ eius, id est dextera eius potenter seruatur, quantumlibet infirmetur sinistra eius. Ita & hic derelinquitur Christus in infirmitate a sinistris, sed susciptur in uirtute a dextris eius. Dexteræ & sinistræ tropo utitur scriptura, pro interiore & exteriore homine, ut Christus Matthæi. vj. Te faciente elemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua, ut sit in abscondito eleemosyna tua, ubi seipsum exponit, eleemosynam esse in abscondito, dexteræ, esse in aperto, sinistræ tribuens, de qua re alias forsan plura.

Necõmo-

Ne commouear. Ne commouear, non dicit, ne tangar, ne tenter, ne sentiam: Nam fides pa-
tens affectus est, exerceri uult & quiescere non potest nec sinitur, uerū uictoria nostra
manet semper & nō mouetur, non deturbatur. Hæc est enim uictoria nostra
fides (ut. j. Iohan. ij. dicitur) nostra: Et Paulus dicit nos a deo semper triumphari
(id est, triumphatores fieri) in Christo.

Propter hoc lætatum est cor meum & exultauit lingua mea:

Insuper & caro mea requiescet in spe.

Fiduciam sequitur affectus dulciss. Hoc est quod dixi, Ad fiduciam istam cordis bonā de deo, infallibiliter se-
qui lætitiā cordis, & dulcissimū affectum erga deum & omnē creaturā. Sic enī
credenti spiritus sanctus diffunditur in cor, ꝙ rursum cor hois diffundit, & di-
latatur in omnem promptitudinē, omnia gratuito faciēdi & patiendi, tam co-
ram deo ꝙ hominibus, ibi inimicos nō minus ꝙ amicos diligit, efficiturq; li-
bens omniū seruus, ut omnibus queat prodesse, suiipsius non modo incurio-
sus, sed etiā prodigus factus. Sic psal. iiij. cum dixisset, Signatū est super nos lu-
men uultus tui dñe, mox secutus dicit, Dedisti lætitiam in corde meo, itidem
duo ista cōnectens fidem & lætitiam cordis, sicut & hoc loco facit.

Ad hanc aūt lætitiam mox sequitur, laus, prædicatio, gratitudo & iactantia
diuinæ misericordiæ, idq; cum summo cordis gaudio: ideo nō simpliciter dicit,
Confitebitur lingua mea, sed exultabit, id est, exultans & tripudians loquetur.
Quē affectū hebræus etiā altera nominis Epitasi & Emphasi sic eloquit, Ex-
Gloria Dauid. ultauit gloria mea, nos lingua, pro gloria, habem⁹, Videturq; mihi Dauid hoc
sibi præ cæteris proprium habere, ut gloriā suam appellet, uocalem & exterio-
rem laudem & iactantiam, in qua non modo deum glorificet, sed præ teneri-
tudine affectus, etiam glorietur in ea glorificatione, sic enim loquitur psal. cv.
Vt confiteamur nomini sancto tuo, & gloriemur in laude tua. Et. xxix. Vt cā-
tet tibi gloria mea, & non compungar, domine deus meus in æternum confi-
tebor tibi. Et. cviij. Cātabo & psallā in gloria mea. Et. lvj. Exurge gloria mea,
exurge psalteriū & Cythara, exurgā diluculo. In his omnibus claret, gloriam
meam esse idem quod canticū meum, uel uocem meā, qua gloriatur & glorifi-
cat. Quare & hoc psalmo cānere debemus, ne gloriam suam Christus credatur
appellare famam suam, sed potius officium, quo in deo gloriatur, immo glo-
rians & lætus deum glorificat, Nec memini hoc usu gloriam meā alibi legisse
in scripturis, Itaq; erumpentis lætitiæ & exuberātissimi affectus hæc uerba sūt,
quod iterum experientia docet, nō lingua nec calamus.

An autē ista omnia in Christi persona dicantur pro tempore passionis suæ
quæri potest. Si enim id dederimus, manifestum est, Christum in media passi-
one summa fuisse exultatione gauisum, ut hæc uerba psalmi probāt, de qua re
multi multa quæsierūt, & nescio an inuenerint. Ego uero arbitror nō esse ne-
cessariū ad tempus passionis referri, prophetæ enim neq; ordinem rei gestæ a
Christo seruant, neq; omnia uno loco canunt, multaq; in medio relinquunt,
nec est necesse rem gestam ordine texere, dum pphetia in persona Christi aut
alterius formatur. Satis est omnia uera dici, ordinēq; rebus gerendis relinque-
re: Nec Euangelistæ ubiq; ordinem seruāt, Estq; celebrata regula scripturæ in-
telligendæ, præsertim pphēticæ, multa dici per anticipationem & recapitulati-
onem: Ita & hic dum Christus sese confitetur in patre lætum esse & gloriari &
prædicare, tacitis omnibus operibus & uirtutib⁹, quas in eodem gaudio fecit,

ad ulti-

ad ultimum transilit, ac si dicat: Non modo prædicabo & glorificabo, uerum etiam ut taceam opera & uirtutes & totam uitam meam, libens etiam moriar, & eadem fiducia certus sum, quieturam quidem carnem meam mortuam, sed in spe & expectatione certissimæ resurrectionis.

Verbum hebraicum, Requiescet, idem est quod præcedenti psalmo dictum est: Requiescet, seu habitabit in monte sancto tuo, unde Hieronymus hic uertit: Caro mea habitabit confidenter. Significatq; ut dictum est, quietam & pacificam habitationem, quasi illud psal. iiij. dicat: In pace simul dormiã & requiescam, alio quoq; significatione, significat sepelire, psal. vij. Et gloriam meam in puluerem deducat, id est, sepeliat, ut possit etiã sic uerti aut saltem intelligi, Caro mea sepeliet in spe. Verum Petrus Actuum. ij. hunc uersum nõ iuxta hebraum, sed iuxta. lxx. citat, nec sepeliẽdi uerbum, nec gloriam meam tangens, sensum tamen neutra translatio uitiat.

Igitur noua est hæc Prophetia de nullo antea audita, unus enim hic & solus Christus generalem illam totius generis humani dirumpit pœnam, Geñ. iij. statutam: In puluerem reuerteris, neq; de ullo alio scriptura tale qd loquitur, etiam si pie opinemur, idem de uirgine gloriosa, & sancto Iohanne, scriptura omnes pulueri tradit, solus hic nouo & uere aureo Michtham lætissimũ affert nuncium, carnem suam non in puluerem ituram, sed in pace morituram & expectaturam. Singula ergo uerba & aurea sunt & ponderãda, mea caro, scilicet suam unicam excipiens ab omnium carne, quorum nulla mansit aut quieuit, sed omnis omnium abijt in puluerem, ubi mortem indicat, quia separato spiritu uere sicut omnium aliorum mortua fuit. Ingens ergo miraculum similiter mori & non similiter corrumpi. Et caro requiescet, id est, etiam si sepelietur, sicut & aliorum, tamen quietem & pacem habebit, nõ enim tanget ur ulla putredine aut uerme, quæ pax & quies nullius est alterius carnis. In spe, nõ enim in finem ita quiescet, sed expectabit, ut rursum excitetur & uiuat. Ecce q̃ prophetis uerbis Christum prædixit, resurrecturum, quo indicat se clarissimam & plenam habuisse cognitionem Christi morituri & resurrecturi. Et merito hũc locum Apostoli insigniter præ cæteris extulerunt.

Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem.

Explicat quod dixerat: Requiescet in spe, ista est spes, scilicet q̃ non derelinques nec corrumpi sines, hoc est, absq; dubio suscitabis. Et placet dici, non spiritum meum, sed animam meã, heb. נפשי Naphsi, q̃ anima pro uita in scripturis accipi soleat, seu pro anima, inquantum uiuificat & uegetat corpus, ut ostendat spiritus, Christum uere ad uitam corporalem reuocandum esse.

Sanctus hoc loco, חסיד Hasid est, qui gratia spiritus sanctificatus est, & Christus proprie & passim in scripturis appellatur, sanctus dei, sicut Christus domini. Nec inuenietur in singulari numero, facile ullus, qui sanctus dei dicatur, seu sanctus tuus, præter Christum solum, quem & hic solum prædicat David. Hebraismum illum notum existimo, uidere corruptionem pro corrumpi, sicut uidere mortem, pro mori, non uidere mortem, pro non mori, ut est apud Lucam. ij. & Ioannem. viij. quo forte scriptura utitur ad indicandam diuinam uirtutem, cui omnia uiuunt & nihil perit aut corrumpitur, sed nobis perimus & nobis morimur, ac corrumpimur.

Descendit ad inferos.

Sensus ergo apertissimus est, per Apostolos tanta copia & diligentia explicatus. Verū & hic cœperunt homines de ingenijs suis nihil non præsumentes disputare: An Christus secūdm animam seu substantiā fuerit in inferno. Et quid sit eum fuisse in inferno, Magna pars ausa est spiritui contradicere, Animam Christi uon fuisse in inferno, nisi per effectum, optimi scilicet glossatores uerbi dei, Animam meā, id est, effectum animæ meæ, non derelinques in inferno. Descendit ad inferos, id est effectum fecit apud inferos, uerum, contemptis his friuolis & impijs nugis, uerba Prophetæ, simpliciter dicta, simpliciter intelligamus, & si intelligere nō possumus, fideliter credamus: Maior est huius scripturæ autoritas, q̄ꝑ totius humani ingenij capacitas, ait Augustinus. Vere enī anima Christi secūdm substātiam descēdit ad inferos, quid autem fuerit aut sit iste descensus, credo nondum esse reuelatum satis saltem omnibus.

Dolores mortis & inferni.

Petrus, Actuum. ij. dicit: Quē deus suscitauit solutis doloribus inferni, secundum græcus habet, mortis, in quo uidetur significare, Doloribus mortis seu inferni Christum fuisse solutum in resurrectione. At dolores mortis & inferni, proeodem ego habeo: Infernus enim est pauor mortis, id est, sensus mortis, quo horrent mortem, & tamen non effugiunt damnati, nam mors contempta non sentitur, estq̄ uelut somnus. Videmus autem scripturam duo loca tribuere mortuis, foueam corpori, & infernum animæ. At Petrus hic non dicit, solum infernū seu mortem esse soluta in Christo, sed dolores inferni seu mortis, quia & si multi sancti in sepulchro & inferno absq̄ dolore fuisse credantur, qui & in pace mortui sunt, tamen Christus sicut cum summo dolore mortuus est, ita uidetur & dolores post mortem in inferno sustinuisse, ut nobis omnia superaret. Ita ego interim uerbis Petri inhærebo, donec meliora doctus fuero, ut Christum præ cæteris omnibus, non solum mortem, sed etiam dolores mortis seu inferni sensisse credam, caro quidem eius requieuerit in spe, sed anima eius infernum gustauerit. Atque hoc esse quod dicit: Non derelinques animam meam in inferno.

Loca mortuorum, duo.

Animæ Christi in inferno dolor.

Negationum robur.

Istæ autem negatiuæ: Non derelinques, nec dabis &c. uehementiores sunt affirmatiuis, & robustius resurrectionem testantur, q̄ꝑ si dixisset: Educes de inferno animam meam & seruabis sanctum tuum, sicut ibi: Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea, id est, certissima manebit. Ita hic: Non derelinques, id est, uelocissime reduces. Et, non dabis sanctum tuum uidere corruptionem, id est, festinabis me reducere in sanitatem & uitam corporis. Videtur enim mihi spiritus in his uerbis simpliciter loqui & magis ad tempus respicere, q̄ꝑ ad locum uel aliam circunstantiam, ut sit sensus: Non derelinques me tanto tempore, quāto naturaliter solent corrumpi cadauera, sed intra tempus quo solēt incipere, corrumpi, Me suscitabis: Alioquin possit sermo uideri de aliquo dictus, qui usque in diem iudicij per miraculum in inferno & sepulchro seruaretur incorruptus, quamuis nullus ita sit seruatus, saltem ante Christum, de q̄ hæc primo loquitur. Etsi enī sunt (ut in Aegypto) corpora myrrha, quæ contra putrefactionem ualet, peruncta & seruata, caro tamen consumpta est & exhausta, contra quod hic dicitur: Caro mea requiescet in spe.

Notas mihi feciſti uias uitæ, adimplebis me lætitia cū uultu tuo. Delectationes in dextera tua usq̄ in finem.

Hieronymus: Ostendis mihi semitam uitæ, plenitudinem lætitiarum ante uultum

uultum tuum, decores in dextera tua æternos, ubi uidetur ab uno uerbo, osten
dis, tres accusatiuos regi; quorũ unum noster mutauit in uerbum, adimplebis,
& tertium in nominatiuum, delectationes, nihil tamen de sensu perit. Nam &
Petrus Actium. ij. nostrum sequitur. Describit autem gloriam resurrectionis
tribus partibus, uita immortali, lætitia interna, & iucunditate æterna. Via uitæ
dicitur, q̃ sit a morte ad uitam, quasi illud Apostoli Romanos. vj. dicat: Chri
stus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi non ultra dominabitur.
Christus enim antea non nouerat uiam uitæ experimentaliter, cum hæc uita
sit, non nisi uia mortis, seu cursus potius ad mortem, sed resurgere ad uitam im
mortalem, hoc uere est, nosse uiam uitæ, q̃d solius est uirtutis & dextræ dei, si
cut hic dicit: Notas mihi feciſti uias uitæ, & psalmo. lxxxviij. Quis est homo
qui uiuet & non uidebit mortem, eruet animam suam de manu inferni? quasi
diceret, nullus. Sic psal. lxvj. uocat: Dominus dominus exitus mortis, & deus
saluos faciendi. Q̃ absorpta morte per uictoriam, educat in uitam æternam, si
cut promisit Oseæ. xiij. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos,
Ero mors tua, o mors, morsus tuus inferne. Consolatio abscondita est ab ocu
lis meis, quia ipse inter fratres diuidet: Adducet uentum urentem dominus de
serto ascendentem & siccabit uenas eius, & desolabit fontem eius, id est, pec
catum, quod est uena, fons, stimulus, uirtusq̃ mortis &c.

Resurrectio nis triplex, gloria.

Resurrectio est uia uitæ.

Lætitia interna, quam Hieronymus plenitudinem lætitiarum ante uultum
dei, non male intelligit: Ea est, qua uidetur deus deorum in Zion, sicuti est &
facie ad faciem, ubi est satietas plena cordis nostri, ut digna Emphasi, plenitu
do lætitiarum appelletur, in hac enim uita ex parte cognoscimus, ex parte pro
phetamus, ita ex parte lætamur, & omnia ex parte habemus, cum autem uene
rit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. j. Cor. xiij. ubi nõ misce
bitur risus dolori, nec luctus cõsolationi, sicut necesse est in hac uita fieri, dum
peregrinamur a domino, & per speculum uidemus in ænygmate. Quare læti
tiam huius uitæ, lætitiam ænigmatis, illius uero lætitiam, uultus seu faciei domi
ni, appellare possumus. Sic enĩ hebraice sine præpositione, cũ, & ante, dicitur,
Plenitudinem lætitiarum faciei tuæ, ut plenitudinem lætitiarum e facie & reue
lata gloria dei pendere intelligamus, sicut psalmo sequente dicet: Satiabor cũ
apparuerit gloria tua. Et Christus Ioan. xiiij. Qui diligit me, diligetur a patre
meo, & ego diligam eum & manifestabo ei meipsum. Hæc est lætitia æterna,
quia plenitudo lætitiarum, quũ lætitiæ in hac miseria sanctis impartitæ, sint stil
læ quædam & tenues prægustus, qui cito transeant, plenitudo autem reuelata
facie dei, perfecta est manẽs inæternũ. Hæc enim est uita æterna, ut cognoscãt
te solũ uerum deum, & quem misisti Iesum Christum, Ioan. xvij.

Iucũditates in dextera tua in finẽ, quas Hiero. decores æternos posuit, signi
ficare mihi uidentur dotes reliquæ corporis & animæ & omnium rerum, seu,
ut nostri uocant, obiectiuas delectationes, quas Christus ex sua gloria habet:
Sicut enim in sinistra dei, id est, in hac uita in omnibus est tristatus, ita in dexte
ra, id est, futura uita in omnibus delectatur. Qui enĩ in dei uisione beatus est,
in omnibus simul iocũdatur, nullum hic triste spectaculum, sed omnia iucun
da, omnia cooperantur, applaudunt, fauent, arrident, sicut canit Lactantius:
Ecce renascentis testatur gratia mũdi omnia cum domino dona redijsse suo.
Eadẽ hic dictio est fœminino genere נעימות Neimoth, quæ superius mascu
lino Neimin posita est, funes ceciderũt mihi in pulchris seu iucũdis, utrobiq̃
Christi iucunditatem in rebus extra deum existentibus, docens. Ac hebræus

ultimam dictionem נצח Netzah, quod nos in finem, Hiero. æternos reddidit, ambigua constructione habet, ut ad omnes tres partes queat aptari, ad uitæ æternitatem, ad plenitudinem lætitiarum & iucunditates in dextera dei, ut singulas æternas accipere possimus, uel ad solas iucunditates, quas decores Hieronymus uocat, forte q̃ decoris & formosis delectemur & iucundemur. Hæc erunt, cum corpora nostra, cœlum & terra in nouam creaturam mutabuntur in fine mundi, ubi omnia erunt iucunda & dulcia, interim expectatio creaturæ ingemiscit & parturit donec & ipsa liberetur a corruptione & uanitate in libertatem gloriæ filiorum dei, Ro. viij.

Dextera dei (ut diximus) futuram uitam, seu eam quæ est in conspectu dei significat, quæ nunc incipit, per fidem cõsummanda, per speciem, Amen. Videmus ergo, hic psalmus unus omnium q̃ clare resurrectionem & gloriam resurrectionis prædicet, ut merito Michtham aureolus dictus sit Dauid, qui hoc loco insigniter suam in rebus diuinis cognitionem, signauit.

PSALMVS DECIMVS sextus, Hebræis decimusseptimus.

ORATIO DAVID.

NOVVS titulus, Oratio Dauid, q̃ satis indicatur psalmi materia, quæ mihi nõ dissimilis uidet ei quæ psal. v. & multis alijs tractatur, generalis, scilicet querimonia populi iusti aduersus nocentissimos persecutores spiriticidas hypocritas, cũ quibus ei assidue bellũ est, sicut inter Iacob & Esau, de iustitia & uerbo ueritatis. Itaq; ex prædictis sæpius tractatis facilis erit & huius psalmi sensus.

EXAVDI domine iusticiam meam, intende deprecationem meam, auribus percipe orationem meam. Non in labijs dolosis.

MAGNVM affectum & lachrymas multas indicat ter repetita & ingeminata petitio, quia reuera spirituales homines magis urit dolus q̃ uis impiorum, q̃ uim manifestam licet cognoscere & periculis cognitis, utcunq; occurrere. At dolus ante perdit q̃ intelligatur, unde & Paulus. ij. Corinth. xj. cum dixisset: Quis infirmatur & ego nõ infirmor, grandius in scandalum dixit; Quis scandalisatur & ego non uror? Non ait: Infirmor, sed uror, q̃ minus sit cum infirmantibus, id est patientibus, pati, q̃ propter scandalisatos uri. Et Act. xx. protestatur sese per triẽnium non cessasse cũ lachrymis monens unumquemq; ut cauerent a lupis rapacibus, qui post discessionem eius erant intraturi & locuturi peruersa. Et Philip. iij. Multi enim ambulãt quos sæpe dicebam uobis, nunc autẽ & flens dico, inimicos crucis Christi, quorum finis interitus: Quorum deus uenter est & gloria in confusione.

Vri pro dei gloria debemus.

Si sic Prophetæ, sic Apostoli arserunt & fleuerunt super sui temporis hypocritis, quando spiritus adhuc plenior erat in Ecclesia, quid non metuendum nobis? Quæ lachrymæ nobis esse possunt satis in his perditis temporibus, tãtæ securitatis, in quibus dæmones mortuos esse aut dormire credimus, cũ regnent horrenda tyrannide, nomine Christi & sanctorum in suas partes rapto & iactato? Verum prædicta sunt satis abunde talia tempora, nos autem insensati sumus & sicut Iudæi, ignorãtes implemus ipsi oia, quæ prædicta nobis sunt ab

Apostolis

Apostolis præsente impietate, quæ futura esse de alijs somniamus: Væ seculo huic nouissimo & pessimo.

Heb. sine pronomine, meam, absolute dicit: Exaudi domine iusticiam, quo uerbo, ut Iudaicas tenebras omittam, qui Dauidem hic iactatæ iusticiæ peccato meruisse fingunt, ut postea caderet in peccatum adulterij, etiam nostri offensi sunt, ut soli Christo hanc uocem tribuerent. Mihi autem uehementior est petitio, q̃ absolute petit iusticiam exaudiri, cũ suam iusticiam, ostendit enim hoc uersu pene per singula uerba, quos intutus sit, & unde motus, ut sic æstuaret. Intutus enĩ est multitudinem & magnitudinem hypocritarum, qui sibi solis, ut omnia bona opera & iusticiam, ita & orationem & misericordiam dei arrogant, cum tamen omnia hæc dolose & in deceptionem plurimorum imbecillium non nisi simulent, ut remedio alio non queat rebus ueris succurri, cũ oratione lachrymosa quæ deum prouocet, ut iusticiam seu id quod uere iustum est seu iustam causam, qualis est fides, uerbum & opera fidei, audiat, suscipiat & defendat, contra impiam & noxiam illorum simulationem. Est ergo affectus pietatis & charitatis eiusmodi: Et si ego indignus sum, qui peto, tamen ipsa causa cum sit uerbi tui & fidei causa uereq; iusticia, digna est, quam non sinas opprimi in deceptionem infelicium animarum, quas lupi illi rapaces suis fictis uerbis uorare non cessant.

Sunt qui uelint, sic uertere: Exaudi domine iusticiæ, sicut psal. iiij. Exaudiuit me deus iusticiæ meæ, quod iudicio cuiusq; relinquo: Hebræus quidẽ textus non resistit, ego tamen priore sensu contentus sum. Reliquæ duæ: Intende deprecationem meam, auribus percipe orationem meã, ad modum psalmi quinti intelligamus, quid deinde interfit inter orationem & deprecationem, psalmo. vj. dictum est satis.

Non in labijs doli seu dolosis. Manifeste hic accusat hypocritas, quorum & dogmata & orationes, labijs dolosis deputat, potest autẽ & asserentis & optantis esse, hoc modo: Ideo nos exaudi dñe, quia tu nosti cor nostrum, q̃ nõ est dolus in labijs nostris, sicut oramus ore, ita sentimus corde & sicut docemus, ita simpliciter uiuimus, cum illi contra nihil non simulent. Vel hoc modo: Exaudi domine iusticiam, & fac, ne & nos sicut illi, dolosis labijs, tum oremus, tum doceamus. Ita hic uidemus micare zelum & odium hypocrisis, quam sancti tanta detestatione deprecantur & accusant.

De uultu tuo iudicium meum prodeat, oculi tui uideant æquitates.

Iudicium, hoc loco, non arbitror esse sensum seu acumen illud ingenij, quo de omnibus recte maleue sentimus, ut aliqbus uisum est, sed ipsam causam de qua disceptant partes aduersariæ. Quo modo psal. cxxxix. Ego cognoui, q̃m faciet dominus iudiciũ inopis, & uindictã pauperum. Et Iob. xxiij. Proponat æquitatem cõtra me & ad uictoriã perueniet iudicium meum. Et. xxxj. Si contempsi subire iudicium cũ seruo meo, cum disceptaret aduersum me. Iudicium mortis est uiro huic, non est uiro huic iudicium mortis, dixerunt de Ieremia, eiusdem. xxvj. Est ergo sensus: Iusticia causa mea & iudicium meum, obsecro, ut exeat de conspectu tuo, quia corã & in oculis tuis scio iustum esse, quod in oculis hominum damnatur tanq̃ impium & iniquum. Quare fac, ut quale est coram uultu tuo te iudicãte, tale fiat, reuelante te etiã coram hominibus: Non maneat iudicium causæ meæ tale, quale egreditur a conspectu hominum dam

natum, quia ut Abacuk. j. dicitur, ab eo conspectu egreditur iudicium peruersum & non peruenit ad finem iudicium, laceratur etiam lex. Quæ uerba & hodie orari oportet aduersus hæreticæ prauitatis inquisitores, & tyrannos Ecclesiasticos, a quorum conspectu non egreditur ueritatis iudicium, nisi damnatum. Necp enim & ipsis resisti potest, nisi querulosa & lachrymosa oratione. Idiotismum hunc satis notum arbitror, egredi iudicium, egredi sermonem, egredi uerbum, egredi causam &c.

Oculi tui uideant æquitates, heb. rectitudines, seu id quod rectum est, de quo superius abūde psal. ix. damnat enim Propheta hypocritas sanguinarios, prauitatis, hoc est, qp in omni causa quærunt quæ sua sunt, ideo iustorū causam, cum quærat quæ dei sunt, damnant, ut suas prauitates statuant. Sic enim oculi hominum respectum habent & intendunt in prauitatem, sed tui, o dñe, oculi, cum non uideant, nisi quod rectum est, ostende & idipsum coram omnibus, quod facies, si causam meā defendas & illorum opprimas, donec enim id non feceris, illi iactant sine fine superbientes, oculos tuos respicere ad se & ad suas prauitates, tanctp rectitudines ac negligere & abominari nostrā rectitudinem, tanctp prauitatem. Est autem idem huius uersus sensus, qui Abacuk. j. Mundi sunt oculi tui, ne uideas malum & respicere ad iniquitatem nō poteris: Quare ergo respicis super iniqua agentes, & taces deuorante impio iustiorem se? Iterum aliud esse dei, aliud hominum respectum ostēdit, & aliud esse quod in oculis hominum, & aliud quod in oculis dei iudicatur. Simul obseruemus, ut dixi, non uiribus nostris, necp sapientia nostra esse nitendū. Nemo enim unctp peruersum hominem, uerbis aut sapiētia uicit, nec fidei causam suis uiribus ulus unctp defendit, ut in omnibus hæreticis mōstratum est, quando nec Apostoli nec Prophetæ, necp adeo ipse Christus suos hypocritas potuit superare, cum impij etiam uicti, uicti esse nolint. Quid ergo nos præsumeremus uermiculi contra Antichristos omnium robustissimos Ecclesiæ hostes, omissa oratione querulosa, prestare?

Impij non uincuntur a sanctis, nisi orationibus.

Dixi superius æquitatem abstractum, nostro interpreti placuisse pro rectitudine, cum tamen ubicp non æquum, sed rectum transferat in concreto. Aequitas magis ad moderationem legis pertinere nobis permittatur, cp ad rectitudinem, quæ perfecta legis plenitudo est.

Probasti cor meum & uisitasti nocte, igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas.

Vt non loquatur os meum opera hominum, propter uerba labiorum tuorum, ego custodiui uias duras.

Hebræus non parum dissonat, quem Hieronymus, ita uertit: Probasti cor meum, uisitasti nocte, conflasti me, nō inuenisti cogitationes meas transire os meum, In opera hominum propter uerba labiorum tuorum ego obseruaui uias latronis. Sed quis erit sensus? Certe Hieronymus omisit aduerbium negādi ante uerbū transire, nec seruat distinctionem uersus hebraicam. Nostra autem translatio, & si abundet suo sensu, hebræo tamen an quadret uidebimus, non qp ideo damnādum censeam, aut Ecclesiam dei calumniari uelim, qp usa sit hac translatione tāto tempore. Quid enī nocet uerbis male redditis alium sensum cp sit natiuus in Ecclesia haberi? modo sit pius, qñ multa sunt, optime quoq

reddita,

reddita, quorum tamen sensum nondum habuit & explicauit Ecclesia, ut sunt Prophetiæ Christi & Apostolorum de nouissimis temporibus, quis enim in Ecclesia intelligit illas? Et tamen uerba sunt proprie reddita. Quin quis dubi tetin Ecclesia habere sensum proprium huius loci, etiam si ignoret eundem hoc loco significari? id quod in multis alijs quoq; accidit. Quid enim non ha beat quæ spiritum Christi habet? cui nō sit necessarium omnē locum spiritus in scriptura nosse. Hæc dixerim cōtra morosos, qui statim ut aliter q̄p̄ receptum est quippiam fuerit inuentum, calumniam Ecclesiæ interpretantur. Nos alio rum industrias laudamus, sed & nos in partem agri dominici excolendi non tantum uescendi gratia uocatos arbitrari debemus, cum scriptum sit, supercre scentibus nouis uetera proñcietis: Non potuerunt illi omnia, quædam & no bis relicta sunt. Alioquin si satis est illos docuisse, cur nō satis quoq; est eos be ne uixisse? Si eadem uerba sufficiunt, cur non eadem & opera, ut sic tam uer bis q̄p̄ operibus eorum contenti, nemo aliud doceat & faciat, q̄p̄ sanctus Hiero nymus docuit & fecit?

Ad psalmum, cuius hos duos uersus ad uerbum sic reddo.

Probasti cor meum, uisitasti nocte, conflasti me, non inuenies, cogitationes meas, non transibit os meum.

Ad opera hominum, In uerbo labiorum tuorum, Ego obseruaui uias cor ruptoris.

De priore prius. Petierat, ut dominus iudicium & causam eius iudicaret, & rectitudinem eius intueretur, nūc qua fiducia sic audeat petere, exponit: Ten tasti, inquit, me uarijs modis & ꝓbasti, ut scires an esset uia iniquitatis in me, ut psal. cxxxviij. dicit, An quærerē ea quæ mea sunt, sicut & in lege Mosi, Exo di. xvj. Vt tentem eum utrum ambulet in lege mea an non. Et Deutr. viij. Du xit te dominus per desertum quadraginta annis, ut affligeret te atq; tentaret, nec tamen inuenisti, sed perseueraui in omnibus rectus in oculis tuis, semper quærens quæ tua sunt, hanc igitur rectitudinem dignentur oculi tui uidere, & causam meam iudicare scd̄m conspectum tuum: cum illi nunc̄p̄ tentati & pro bati, ea quæ mea sunt, nulla alia causa damnāt & persequuntur, nisi quia non intelligunt, suis prauitatibus excæcati & obnoxij.

Copia & auxesis illa orationis, Probasti cor meum, uisitasti nocte, conflasti me, nō modo diuersi generis tentationes significat, sed & ad Emphasin facit, & magnitudinem affectus monstrat, tanc̄p̄ siquis in deum fretus pura conscientia, longo tentationum usu probatus & spe firma iā inconfusibilis, ut Ro. v. Apostolus præscribit, tedio tamen aduersæ partis sua pertinaciter contra eum mouentis & plurimos seducētis prouocatus, incipiat coram deo, cum fiducia contra illos suam causam iustificare, & dicere: Ecce tu scis domine, qm̄ ea quæ dixi & feci, recta fuere coram te, & tamen impij illi, ac si damnata essent, dete stantur, & suis prauitatibus fallūt plurimos. Tale & Hiere. xvij. in se expertus est, dicens: Ego non sum turbatus te pastorem sequens, & diem hominis non desyderaui, tu scis, quod egressum est de labijs meis, rectum in conspectu tuo fuit, non sis mihi tu formidini, Spes mea tu, in die afflictionis.

Quando autem hunc uersum omnes trāseunt, somniare nos oportet & pro pria afferre, donec alius attulerit meliora. Prima pars: Probasti cor meum, mi hi uidetur pertinere ad eas tentationes, q̄bus homo exercetur in seipso, scilicet penuria rerum, ægritudine, alijsq; rerum & corporis incommodis & periculis temporalibus: Hic enī exploratur homo an plus in deum q̄p̄ in aurū aut quam

libet fortunam confidat. Altera, Visitasti nocte, ad spirituales, quibus homo in peccatis, conscientia, timore mortis, pauore inferni uexatur, ut probetur, an plus in sua opera, sapientia, cõsilia confidat, & in puram dei misericordiam. Diximus enim psalmo præcedẽte, noctem esse idoneum tempus harum tentationum, quibus proprie deus ipse uisitat & dure arguit. Tertia, cõflasti, siue igne examinasti sicut aurum, sit externa persecutio, ubi uirulẽtis linguis infamatur, pessimis nominibus & ignominia fœdatur: sicut Christus in cruce cum sceleratis reputatus, & coram omnibus dignus uisus, qui omnia extrema patiatur, ut undiq; excoctus & probatus spem, quæ nõ confundit, obtineat, qua audeat in fiducia dei sese iustificare, in causa uerbi & fidei, cõtra superbos hypocritas, licet non superbiat de iusticia & usu perfecto uerbi & fidei. Causa enim fidei semper iusta & recta est, quantumlibet siue malus siue perfectus sit qui eam agit. Non inuenies, hic est medius uersus, cui addidit de suo, interpres, in me. Et ex altera parte uersus, Iniquitas, uero quidẽ sensu, sed confusa distinctione: Nam ea dictio, significat & iniquitatem & cogitationem, consiliũ seu intentionem, qua in corde quippiã statuimus. ut psal. ix. Comprehenduntur in cõsilijs suis. Potest ergo dici, orationem esse Eclipticam. Non inuenies, scilicet in me esse uiam prauitatis, iuxta illud psal. cxxxviij. Et ꝓba me deus & scito cor meum, interroga me, & cognosce semitas meas, & uide si uia iniquitatis in me est, & deduc me in uia æterna. Ideo enim probat cor, ut uideat an prauum sit, id quod negat apud se inuẽtum. Dicit autem in futuro, inuenies, quo ostendit non solum nõ inuentum esse prauum, sed etiã sic perseueraturum proponit, ut nunq; inueniat. Tamen sequente parte implet Eclipsin istam.

Cogitationes meas non transibit os meũ. Nec fingere quidem possum, cur interpres, pro, Non trãsibit os meum, uoluerit dicere: Vt nõ loquat os meum, annectens de principio sequentis uersus: Opera hominum. Ego, & si non memini, in scripturis hoc dictionis genus legisse, q; cogitationes transeat os, opinor tamen sensum esse eundem, qui primo uersu dictus est: Non in labijs dolosis, transit enim siue præterit os cogitationes, quando amplius & ultra loquitur, q; cor cogitet, ut cor & os sibi nõ constent, q̃d potissimum in uaniloquos & multiloquos magistros mentiũ deceptores quadrat, qui ut scãdalum crucis non patiãtur, quiduis docent, quo hominibus placeant, desyderãt enim diem hominis & uolũt hominibus placere: & in eos qui metu persecutionis aut spe commodi ueritatem negant, inter hos enim sunt, quorum cor cum sciat secus rem habere, adhuc tñ os eorum trãsit has cordis cogitationes, ne patiantur, magna pars cõniuet & tacet, eodem metu uel spe lucri, adeo necesse est, ut aut pereat si contradicat, aut deum offendat, si nõ contradicat homo hominum traditionibus & operibus. Hieronymus pulchre effugit per Amphibologiam, ut ne scias an uoluerit q; cogitationes transeat os, uel os transeãt cogitationes, dum uerbum indicatiuum mutat in infinitiuũ, dicens: Non inuenisti cogitationes meas transire os meum, cõfusa distinctione, ut dixi, & omisso aduerbio, non, sed uerbum est futurũ indicatiuum, numero singulari, non transibit, sicut, non inuenies, eademq; ratione perseuerãtiam commẽdans. Hunc sensum etiã nostra translatio potest habere, scilicet probatum esse & non inuentam iniquitatem in eo, ut loquatur opera hominum, hoc est, nullis eum tẽtationibus eo potuisse cogi, ut relicto crucis scãdalo & improperio Christi, opera hominũ doceret & hoibus hac iniq̃tate placeret: Si enim hominibus placeremus Christi serui non essemus, ideo petit exaudiri iusticiam & respici ad rectitudinem.

Cogitationes,

Cogitationes, idem nomen est, quod psalmo. ix. Comprehenduntur in consiliis suis, quæ uulgo uocamus, proposita seu intentiones, ut Deutr. xix. sicut fratri suo facere cogitauit. Et satis acuta urbanaq; phrasis est, transit os cogitationes, **wen das maull mehr weſcht dan das hertz weyßt**, uel transit, id est, contemnit, insignis enim prauitatis malum est, cordis proprij cogitationes bonas contemnere ob metum uerborum & operum hominum. Sequitur alius uersus. *Insigne malũ*

In opera hominum, in uerbo labiorum tuorum, ego seruaui uias corruptoris. Dictio פריץ paritz, quã noster, duras, Hieronymus latronis reddidit, a uerbo paretz uenit, quod diruere, diuidere, dirumpere significat, unde Reuchlin pro duras dirutas dicendum fuisse, scribit. Diruptor ergo iste impius est magister, qui opera hominum docet, quibus anima magis corrumpitur, diruitur, & in infinitas uiarũ uarietates diuiditur, sicut Isa. xxviij. de eis dicit: Manda, remanda, expecta, reexpecta, modicum ibi, modicum ibi. Et Paulus nõ circumferamur omni uento doctrinæ. Et heb. xiij. Doctrinis uarijs & peregrinis noli te abduci, optimum est enim gratia stabilíri cor, non escis, quæ nõ profuerunt ambulantibus in eis. Obsecro, quid aliud est, q; dirumpi & in infinitas partes diuidi, si dimissa unitate fidei tradamur in opera hoĩum, nũc illud, nunc istud, nunc iterũ illud, & ita sine fine? Huc pertinẽt nostri seculi cerimoniæ & quotidie noue excogitata statuta, ritus, loca, festa, pompæ, sectæ, preces & id genus arenæ maris innumerabilis, ut si ipse deberemus fingere nomẽ, quo hos Magistros appellari oporteat aptius inuenire non possemus, q; פריצים paritzim diruptores, latrones, grassatores, qui publica uia contempta, uagantur suis uijs, uere diruptores sunt, seu ut Christus & Paulus, lupi rapaces q nos a fide Christi rapiunt & in tot sectas dirumpant, quot nemo numerare potest. *Noue cerimoniæ.* *Quid si inde Pharisæos nũcupemus.*

Est ergo sensus: Ad opera hominum, quæ per uerbum labiorum tuorum fiunt doceri, cum nihil minus doceatur eisdem, sic me habui, ut obseruarem, ne uias rapacium istorum grassatorum ambularem. Et magna profecto obseruatione hic opus, q; uerbis diuinis huc detortis, p clíue sit in istã diruptionem & rapacitatem concedere. Id quod & Isaias pulcherrima copia prosequitur, dicens: Et erit eis uerbũ domini (ecce ipsum uerbum domini) Manda, remanda, manda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi, ut uadãt & cadant retrorsum, & conterantur & illaqueẽtur & capiantur. Sic. ij. Pet. ij. In auaritia fictis uerbis de uobis negotiabuntur pseudomagistri per quos uia ueritatis blasphemabitur. Nã & hodie illud Christi: Qui uos audit me audit, quod de uerbo Euãgelij dixit, tractum est ad stabiliendum uniuersam lernam (scrinium uolui dicere) pectoris Romani pontificis. Item illud Matth. xxiij. Quæcunq; dixerint, facite, quod de lege domini dictum, similiter ad arbitrium uastandi Ecclesiam per leges hominum tortum est, Præ omnibus uero illud salubberrimum: Tibi dabo claues &c. huic legum tyrannidi patrocinium factum est. Ita nunc claues regni cœlorum, sunt potestas multiplicandarum legum, sic dum nemo obseruat uias rapacis lupi & diruptoris, omnes in opera hominum, tanq; in uerbo labiorum dei mandata, sumus miserrime tracti & illaqueati. *Qui uos audit me audit.*

Hebraismus & Eclipsis hic locum habẽt, ubi relatiuum, & uerbum aliquod omittitur, quæ sic expleamus: Ad opera hominum, quæ in uerbo labiorũ tuorum, docent. Quasi diceret: Ego uidi, q; dũ ad opera hominum nos ducũt, quæ in tuis uerbis mandari mentiuntur, ad uias rapacitatis suæ nos trahunt. Taxat autem

Verbum dei trahitur. autem eorum fictionem pulchre, quia nõ simpliciter uerbum tuũ, sed uerbum labiorum tuorum dicit in operibus hominum trahi; uere enim sine iudicio non sensum, sed sonum uerborum uelut e labijs arripiunt & suis affectibus ut libitum est attemperant, sicut est uidere in facultate Iuridica & Theologica qualificatrice & graduatrice.

Nostra translatio huic sensum potest tenere hoc mõdo: Propter uerba labiorum tuorum ego custodiui uias duras, quasi diceret: Hoc magis obstinate ne uias eorum sequerer, q̃ uerbis labiorum tuorum, ad eas stabiliendas uerentur, & ita fictis uerbis (ut Petrus ait) de me negotiarẽtur, cum reuera essent uiæ duræ & difficiles, ut quibus dirumperer uagus in omnia, & in nullo consistarem solide, quod q̃ labore non est durius? ita q̃ alijs est causa, qua eos sequuntur, id erat causa cur non sequerer, sciens q̃ nulla res pluribus pateat abusibus, q̃ uerbum & nomen tuum, ideo propter uerba tua magis esse necessariam obseruationem, q̃ propter quæcunq; alia.

Simul hic signabimus uerbũ hebræum שמר Schamar, esse genericum seu æquiuocum ad custodiam, qua aliquid seruatur, ut uersu primo, & qua aliquid declinatur, ut hoc uersu, quod latine rectius obseruare q̃ custodire aut conseruare diceretur, obseruare enim in utranq; partẽ accipi potest, sicut alemanice, *Taulerus.* **acht haben**/uel proprijssime, quo Taulerus sæpe utitur, **warnehmen.**

Perfice gressus meos in semitis tuis, ut nõ moueãtur uestigia mea.

Hieronymus melius. Sustenta gressus meos, uidelicet q̃ astutia satanæ, qua corrupit Euam, nullis queat uiribus caueri, quin corrumpat sensus nostros a simplicitate, quæ est in Christo, nisi dominus sustentet gressus nostros, prouocatus humilitate orationis nostræ. Non ergo liberum arbitrium hic aliquid ualet, nec satis est prima (ut dicunt) gratia, sed perseuerãtia opus est, quæ est non uolentis hominis, sed sustentantis dei. Et Emphasi obserua, q̃ maius est perseuerare q̃ inchoare, quia perseueraturis necessaria est sustẽtatio diuinæ manus, *Perseuerãtia* Multi enĩ incipiunt, pauci proficiunt, paucissimi perueniunt, ut in Euangelio dominus docet de semine in diuersas terras, iactato. Et Moses cœpit orare leuatis manibus, sed grauatus perseuerãdo opus habuit sustentatoribus, Vr, & Aaron. Qui enim perseuerauerit in finem, hic saluus erit. Perseuerãtia autem quid est, nisi continua inchoatio & indefessa resistentis, tum diaboli, tum peccatis grauatæ naturæ tolerantia?

Quæ deus mãdauit difficiliꝰ eligimus. Semitis tuis, satis dictum est per Antithesin dici contra semitas hominum. Omnia enĩ facere promptiores sumus, quæ uel ipsi elegimus uel homines statuerunt, q̃ quæ deus mandauit, quia in mandatis hominum natura manet, uetere homine intacto, immo uetus homo alitur hominum mandatis. At in mandatis dei oportet ut mortificetur, mutetur & innouetur. Homo enĩ in suis uijs non eligit nec sequitur quod contra uel supra sensum suum est. In dei autem mãdatis nõ potest ambulare, nisi faciat & patiatur multa, quæ nolit, fugiat, odit, & non capit. Hic enim exuitur uetus homo, & induitur nouus.

Vt non moueantur uestigia mea. Non est in hebræo, ut, sed Tautologia esse uidetur, idem enim est non moueri pedes & sustentari gressus. Confitetur autem uestigia, seu pedes omnino moueri, id est, instabiles fieri, & in diuersas eruptoris uias duci, nisi in semitis dei seruẽtur: Sic enĩ mouentur qui hominum traditionibus, sicut arundo uento, agitãtur, quod experientia omnium eorum

probatur,

probatur, q̄ operibus suis sese tē tant quietos facere, semper discentes, & nunc̄ ꝑ ad scientiam ueritatis peruenientes, & tamen speciem pietatis habentes.

Aliud periculū perseuerātiæ, multo grauius, ex alio latere, scilicet a dextris, quod est ipsa securitas, prosperitas, & pax impiorum, de quo psalmo. lxxij. Mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei pacem peccatorum uidens, In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellantur. Hic uere cadunt a dextris decem milia, ubi illic cadunt a latere sinistro, uix mille. Non enim de prosperitate impiorum eorum loquitur tātum, qui crassis, libidinis, crapulæ, luxus & opum, peccatis, prosperi & securi sunt: Nam ij non fallunt, nisi uoluntarios & scientes, sed multo maxime de hypocritis qui operibus hominum specioſe fulgentes, nulla cruce uexati, uidētur optimam uitam agere, qui uerba labiorum dei, suis operibus aptant, qualis & hodie est, pontificum, sacerdotum & religiosorum uita: Ab ijs nemo satis tutus esse potest, hic in errorem ducūtur, si fieri potest, etiam electi. Nam hac uia, Papa & Episcopi facti sunt domini orbis terrarum, quibus strenue adulantur reliqui Clerici & religiosi. In his omnibus, ne tantillum quidem uidemus crucis Christi & ueræ pietatis, immo uero maximi omnium crucis inimici hi sunt, & tamē opinione & nomine pietatis celebres sunt, ob sola opera hominum, putamus enī insensati, quia prosperātur in suis uijs, ita ut etiam reges magnos humiliarint, & ut quisc̄ fuit doctissimus & optimus damnarint, omnia eorum ex deo esse, cum tamen ea prosperitas nō nisi erroris operatio sit ab Apostolo prædicta. Ista est uorago & ianua patens inferni. In hanc tanto æstu orat hic Propheta, unde & sequitur cœptam orationem prosequens.

Ego clamaui, quoniam exaudisti me deus, Inclina aurem tuam, & exaudi uerba mea.

Duo pronomina, te, & mihi, noster, uel aliquis scriptorum omisit, unde Hieronymus melius ita uertit: Ego inuocaui te, quia exaudies me deus meus, Inclina aurem tuam mihi, audi eloquium meum. Incipit autem a gratitudine & confessione præteritæ exauditionis, hoc ipso captans beneuolētiam & parans impetum orandi, quia ut uidebimus, instanter urgebit affectum orationis, motus magnitudine & multitudine diruptorum & luporum, quibus uellet resistere, & tot miseras animas seruare, nec pōt: Ac si ardēti & præsumptuosa quadam indignatione dicat: Ecce audisti me antea sæpius, cū te inuocarem, etiam nunc oro, Inclina ad me aurem tuam & audi uerba mea, dum tā magna & necessaria, pro tot milibus pereuntium, contra tot insidias perdentium, peto. Nec obstat, q̄ heb. futuro dicit: Audies me deus, Et noster, Exaudisti me deus, præterito, quia more prophetico inuoluit utrunc̄, præteritū & futurum, uideturc̄ esse is sensus, q̄ nos uulgo diceremus: Cōfido me nō frustra dicturum, qui scio am c̄ soleas (quæ tua est clemētia) me dignāter audire. Hebræus cōiunctiuum modum non habet, sed indicatiuo futuro, pro eo utitur. Hoc modo Christus Ioan. ij. dicit: Pater gratias tibi ago, quoniam audisti me: Ego autem sciebam, quia semper me audis. Atc̄ hinc soluitur ista difficultas, quæ Aug. etiā aliquoties torsit, cum dicēdum uidetur inuersa sententia: Tu exaudisti me, quia ego clamaui ad te, sed longe pulchrius: Ego clamaui, qm̄ tu audis, ut cōmendetur, misericordia, siue ꝓmittētis, siue audiētis, quæ mouet & causa est ut audeamus clamare potius, c̄ clamor orantis, cui per se nihil debetur.

Inclina

Inclína aurem, tropus familiaris Psalterio, quo tamen (ut dictum est in superioribus) humilitas orãtis exprimitur, & exaudientis maiestatis altitudo, qui respicit humilia in cœlo & in terra, hoc est, inclinat aurẽ ad præces humiliũ, sine dubio auertens faciem a superbis.

Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te.
A resistentibus dextræ tuæ, Custodi me ut pupillam oculi,
Sub umbra alarum tuarum protege me.

Sic enim distinguũtur ij duo uersus in hebræo, multoq; pleniori energia dicit hebraice מושיע חוסים Mosia hosim, saluator fidentium, seu sperantium, absolute, q̃ qui saluos facis sperãtes in te. Nã in te, additum est ab interprete. Vide itaq; uim & impetum orationis, in singulis uerbis quanto affectu, quanta q; sollicitudine instet & urgeat.

Primum, Mirifica, non ostende tm̃, hoc est, fac ut uideant q̃ mirabiles sint misericordiæ. Quo modo? Videte uocationem uestrã fratres, quia nõ mũdi sapiẽtes scd̃m carnem, nõ mũdi potẽtes, nõ mundi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elígit deus, ut confundat sapiẽtes, & infirma mundi eligit deus, ut confundat fortia, & ignobilia mundi & contemptibília, & ea ea quæ non sunt elegit deus, ut destrueret ea quæ sunt, ut non glorietur in conspectu eius omnis caro. j. Corinth. j. Et rursus idem Paulus. j. Timoth. j. Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Iesus Christus uenit in hunc mundum, peccatores saluos facere. Hæc enim sunt mirabilia misericordiarum dei, q̃ peccatores quos damnare oportuit, saluat, & indignos, quos cõtemni oportuit, glorificat, & in summa, humiles, abiectos, viles exaltat, Quæ dei cognitio dulcis est, corda sancto spiritu inflat, exhilarat & confortat.

Misericordias tuas, non iustícias, potentias, sapientias, illorum, sicut psalmo præcedente dixerat: Non congregabo conuenticula eorũ de sanguinibus &c. Hoc enim non modo est mirabile & iucundum in oculis nostris, sed etiam irritabile & damnabile in oculis impiorum, qui nolunt esse stulti, peccatores & mali, ideo ut non possunt ferre, suam sapientiam, potentiam, iustíciam, argui, contemni, damnari, ita nec misericordias dei prædicari, unde semper resistunt deo, quem iactant, nõ nisi iustorum esse deum, nec saluare nisi iustos, nec damnare nisi peccatores, nec quid peccatum, nec quid iustícia, nec quid misericordia, nec quid deus sit un q̃ intelligẽtes, sicut & nostra Theologia scholastica, id est impia, insipiens & illusoria, errat. Deus enim non fictos, sed ueros peccatores saluat, quia non ficta, sed uera est eius misericordia, non agit nobiscum uerbis, sed rebus. Iustus enim est, qui se agnoscit uere esse peccatorem, sicut Paulus dicit: Quorum primus ego sum.

Theologia scholastica.

Saluator sperantium seu fidentium, pulchre deum commonefacit, operis & gloriæ suæ, opus enim eius est saluos facere, qui in se cõfidunt, sicut dicit, psal. xc. Quoniam in me sperauit liberabo eum, protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. Et Hieremiæ. xxxix. Vade & die Abdemelech Aethiopi, dicens: Hæc dicit dominus exercituum deus Israel: Ecce ego inducam sermones meos super ciuitatem hanc in malum & nõ in bonum, & erunt in conspectu tuo in die illa, & liberabo te in die illa, ait dominus, & non traderis in manus uirorum, quos tu formidas, sed eruens liberabo te, & gladio non cades, sed erit

Fidendũ domino nostro.

sed erit tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam, ait dominus. Obsecro quem non moueat ad fidendum, tam larga maiestatis promissio, uni homini tot uerbis cõmendata? uere dulcis dominus, sed ijs, qui experti sunt, secundũ opus ergo eius, ita & nomen eius, secundum nomen eius, ita & laus eius, secundũ laudem eius, ita & amor eius, secundũ amorem eius, ita & salus nostra. Non ergo saluator est sapientũ, potentum, iustorum, sanctorum, sed solum fidentiũ, quicunq; fuerint, nõ refert, peccator, publicanus, meretrix, latro fueris, confide fili, remittuntur tibi peccata tua, hac ipsa fiducia tua, nec solum remittuntur, sed amorem dei quoq; pariet eadem fiducia, quo deinceps peccatũ uitabis, uinces, & mortem omniaq; mala contẽnes. *Nota frater.*

A resistentibus dexteræ tuæ, hoc ad nomẽ, saluator, referendum est, scilicet saluator sperantium a resistentibus dexteræ tuæ, quo acriter mouet inuidiã aduersarijs, ut quorum insania iam non in ea quæ sua, sed in ea quæ dei sunt, grassetur: dexteræ tuæ resistunt, tua res agitur, uide ergo q̃p repente faciat affectus egregium Rhetorem, Nonne partes rhetoris belle agit? causam suam cõmendat, sibi gratiã conciliat, aduersarios accusat, eis inuidiam mouet, & iudicẽ mira arte nõ modo beneuolũ, sed & ardentem & zeloten facit, idq; uerbis (quod summũ est Rhetoricæ decus) breuissimis & sententiosissimis: Non q̃p his opus sit deo, ut flectatur, sed fides nostra, quæ quo ardet magis, hoc plura per eam deus operatur. Diximus autẽ impios, qui deũ nõ cognoscunt, nec opera eius, ut quem non mirabilem, sed secundũ suum sensum cogitant, necessario resistere dexteræ dei. *Affectus facit Rhetorem* *Fides nostra deũ cogit.*

Omnium fere unanimis est sententia, Brachio & dextra dei significari, potentiam & uirtutem dei, sumpta ex hominibus allegoria, qui dextra pro membro, organo corporis maxime operoso & potenti utuntur. Augustinus tamẽ fauorem dei per dextram pene ubiq; accipit, quod non alienum est a ueritate, Siquidem dextera potẽtia seu uirtus dei est ipsa gratia, fauor, misericordia dei, qua nos potenter inuitis omnibus hostibus seruat. Hinc Isaias. liij. Christũ appellat, brachium domini. Et psal. xcvij. Saluauit sibi dextera eius & brachium sanctum eius, Paulus. j. Cor. j, uirtutem & sapientiã dei. Ro. j. Euangeliũ uirtutem dei uocat. Summa, Verbum dei quod Christus est prædicatus nobis, est quo uelut dextera inuicta, petra immobili, fundamento inconcusso, lapide angulari, cornu uictoriosissimo, seruamur, cõsistimus, ædificamur & copulamur, uincimus, in omnibus & per omnia. Hoc semel pro oĩbus de dextera dei dictum sit, nec enim alio quopiam q̃p uerbo suo nos uiuificat, gignit, alit, educat: exercet, protegit, seruat & triumphat in æternã uitam. Sic psal. cxiij. Dextera domini fecit uirtutem, dextera domini exaltauit me &c. Nescio tamẽ an Augustini sententia sit perpetua & constans ubiq; propter psal. xx. qui dicit, Dextera tua inueniat oẽs qui te oderunt, in quo loco, pro gratia misericordia seu uerbo gratiæ accipi nõ uidet, nisi eo modo sentias, quo Christus Iohã. v. dicit, Sermo, quẽ locutus sum egoipse, iudicabit eũ in nouissimo die. Alius Versus. *Dexteræ dei.*

Custodi me, ut pupillam oculi, hoc ex Deutro. xxxij. sumptũ est: Circũduxit eum & custodiuit, sicut pupillã oculi. Ex eodem & altera pars, sub umbra alarum tuarum protege me. Dicitur enim illic, sicut aquila prouocans ad uolandum pullos suos, & super eos uolitans, expandit alas suas, & assumpsit eũ & portauit in humeris suis, Sic & Christus Matth. xxiij. Quoties uolui cõgregare filios tuos, quemadmodũ congregat gallina pullos suos sub alis suis? Tautologicus aũt uersus est, In quo magnificat periculũ & affectu magnæ sollici-

Cauenda pericula humanarũ traditionũ q̃ maxime.

tudinis sic agit, ac si nõ satis posset custodiri ab insidijs impiorum, quod & uera ita est, & id in Apostolis quoq; uidemus Petro & Paulo, qui toties monent & repetunt pericula humanarũ traditionum, ut uideant non tantum tuisse quantũ uoluerunt nos cautos reddere, quare hic affectus est timentis fugientis a periculo maximo, qualem uidemus, in infantibus, qui ad parentũ sinus & colla sese magno conatu recipiunt, ubi quippiã periculi timent. Talis & nobis esse affectus debet ad deũ patrem, a timore hypocritarũ & iustitiariorum, a quibus attendere etiam Christus iussit, ut diligentissime & intime nos custodiat, Vere enim non satis potest caueri hoc malum, cum etiã ab exijs proprie uereq; piorũ & sanctorum patrũ, originẽ & autoritatẽ sumas, quorũ

Fides potius patrũ imitanda quã facta.

opera imitari, cũ nemo nõ pijssimũ putet, nemo simul obseruat, q̃ non opera, sed fidem eorũ, quæ operũ fuit autor, oportuerit imitari, etiã si longe aliter oporteat opera facere. Nam opera patrũ imitari, sit gentiliũ uirtutũ, iactare Valerius, cælata in auro fortia facta patrum, & Cicero glorieẽ domesticis unicuiq; abũdare exemplis, nos Christianos certe fidem oportet magis spectare, iuxta ij. Cor. iiij. Habentes aũt eundem spiritũ fidei, & nos quoq; credidimus, propter quod & loquimur, Et Heb. xiij. Mementote præpositorũ uestrorum, qui uobis locuti sunt uerbũ dei, quorũ intuentes exitum, imitamini fidem, Idem cap. xj. non nisi fidem patrum uocat in exemplũ, sicut & Ro. iiij. fideẽ Abrahæ dicit scriptam esse, propter nos, ut & nos credamus.

Cum ergo sanctorũ patrum quoq; opera sanctissima, sint periculosa & pernitiosa, si in exemplum trahant absq; fide, qua sunt sanctificata, quid non periculorũ & malorũ inuehant tot regulæ, statuta, decreta, leges hominum impijssimorum, quorum opera, nullis exemplis patrum possunt probare, sed de suo capite proprio omnia fingunt & animas hominum fallunt. Et hinc uide, quæ sit necessitas, tam diligẽtis custodiæ petitæ, tam prolixæ orationis, tam instantis & urgentis sollicitudinis huius prophetæ, immo populi dei in hoc psalmo. Vere cadunt a latere mille & decem milia a dextris, quia plures astus draconis, q̃ uis leonis, perdit, Et nũc in Ecclesia uulgus illud concionatorum, reprobum circa fidem, quid aliud nobis e sanctorum gestis proponit, q̃ opuscula quædam? donec fide extincta, non nisi superstitio gentilis sit, ubi quondam Ecclesia dei fuit, relicto nomine tantum Ecclesiæ, re penitus amissa.

Non tamen uacat mysterio, pupilla oculi custodiri petita, fides enim oculus immo pupilla oculi est, quam quia facillimum est lædi, diligentissime est custodienda, sicut enim extincta pupilla oculi, homo cæcus in tenebris ambulat, ita sine fide homo totus in tenebris est, Sic Lucæ. xj. Lucerna corporis tui, oculus tuus est, si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit, sin autem nequã fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. Idẽ mysterij in umbra alarum liceat inuenire. Alæ enim duæ, uerba sunt utriusq; testamenti, umbra uero fides ipsa uerbi dei, caligo spiritualis animæ, in qua turo latet, a facie ultorum & rapacium Magistrorum.

A facie impiorum, qui me afflixerunt.

Inimici mei animam meam circundederunt.

Cohæret hic uersus præcedentibus uerbis. Custodi me, protege me, a facie impiorum (id est, sanctorum, iustorum, magnorum operibus non fide.) Hieron y. rectius, pro afflixerunt, dedit, uastauerunt. Hoc enim queritur, q̃ per

Magistros

Magistros impios potissimum uastatur Ecclesia dei, Ste & Paulus dicit de se Gal.j. Persequebar & uastabam Ecclesiam dei, Persecutio ẽm, ut manifesti⁄ us malum minus nocet, q̃ uastatio, quæ est malum speciosum, nomine maxi⁄ mi boni. Tamen afflixerunt stare potest, pro dolore, quem populus dei habet exuastatione Eccleſiæ dei, quo uix alius maior est. Hebræus significantius di cit. A facie impiorum, ipsi uastauerunt me. q.d. cum tyrannis, tanq̃ cum extre mis hostibus pugnaui, & hic crescebam & roborabar. At impij isti, domestici hostes, qui pro pastoribus lupos agũt, pro angelis lucis, angeli satanæ, pro mi⁄ nistris Christi, ministri Antichristi sunt, ij tandem sunt, proh dolor, qui me mi serrime uastant, hic opus est magna & diligenti custodia, sicut pupillæ oculi, quæ uici tyrãnos & mundũ uastaui, uincor & uastor a meis ipsius domesticis.

Inimici mei, animam meam circũdederunt.

Hebræus non habet, meam, sed sic, Inimici mei in anima obsederũt aduersum me, Vbi mihi uidetur, anima, ad inimicos pertinere, quia addit in fine, aduer⁄ sum me, ut anhelum impetũ impiorum describat, quo in fidei discipulos, pro suis iustitijs insaniunt. Diximus enim psal.x. Animæ in scripturis proprie tri⁄ bui affectum desiderij & nauseæ siue cupiditatis & abominationis, ut Genẽ. xxxiij. Sichem filij mei adhæsit anima filiæ uestræ, Cõtra Leuit.xxvj. Et abo⁄ minabitur uos anima mea. Et Numeri.xxj. Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. Quare sensus est huius partis, Inimici in anima, id est, cupidis⁄ sime & ardentissime, circundederunt seu circuitũ cõtra me fecerunt, quomo⁄ do Ezech.xxv. dicitur, pro eo q̃ fecerunt palestini uindictam & ulti se sunt to ta anima interficientes & implentes ueteres inimicitias, Eandem impatien⁄ tis cupiditatis insaniã & nos Alemani sic solemus arguere. **Er tũht als gelts ym das leben.** Exemplum esto in Iudæis Christum & Paulum quærentibus & nostro seculo, in prauitatis hæreticæ Magistris, sophistis, adulatoribus Pa⁄ palibus, & sectis monasticis. Hanc animam seu flagrantem cupiditatẽ Lu⁄ cas in Paulo sic eloquitur, Act.ix. Paulus adhuc spirans minarum & cædis in discipulos domini. Videmus enim eos, qui hac anima flagrant, q̃ acuto & fe⁄ stinato anhelitu spirent, donec efficiãt quod ardent facere, ut animã agere ui⁄ deanẽ, sed & latinis, Anima pro anhelitu accipitur, ut apud Plautum, An fœ⁄ tet anima uxoris tuæ.

Illud circundederunt seu obsederunt aduersum me, parum sonat latine, he⁄ braice tamen bene & multum sonat, uerbo circundederũt absoluto statu acce pto, in hunc modum. Inimici mei incredibili cupiditate & maiore ausu q̃ ui⁄ ribus obsidionem fecerunt & in gyrum sese posuerunt, & hoc totũ, aduersum me, ut me uastent & tollant e medio. Ita uides, q̃ aptis & breuibus uerbis, im⁄ piorum Magistrorum uim, multitudinem & conatum describat, ut sese agglo merant, ut undiq̃ pios quærunt, ut mutuas operas tradũt, ut in unum omnes sperant & ferociunt contra doctrinam pietatis, sicut hæc omnia magis exem⁄ plo & experientia intelligi possunt, q̃ uerbis doceri.

Adipem suum conclusserunt, os eorum locutum est superbiam.

Paulo aliter ex Heb. Hiero. ore suo locuti sunt superbe, idem tamen sensus est. Obsecro, quid est adipem claudere? Litera nos deficit, ad Allegoriam ergo eundum est, dicitur psal.lxxvij. Et occidit pingues eorum, & electos Israel im pediuit, & ante hũc Deu. xxxij. Incrassatus est dilectus, impinguatus & dila⁄

tatus, ubi clarū est, pingues significari, diuites, magnates, potētes, die grossen hansen, qui præ cæteris eminent. Item Ezech. xxxiiij. Quod crassum erat uo debatis. Et germanica quoq; allegoria, diuites, & eos q̄ pinguiore sunt' uo cant) fortuna appellam⁹ pingues: quos figurāt Agag rex Amalequitarū pin guissimus. j. Ro. xv. & Aeglon rex Moabitarū itidē pinguissim⁹ Iudic. iij. de Leuit. iij. omnis adeps dñi dicit iure perpetuo, nec licuit Iudæis comedere, necq; sanguinē, necq; adipem, hoc est, forte significante spiritu, q̄ nec prospera inflari, nec aduersis turbari debemus, nec illic quiescere & lætari, nec hic tristi & tristari, nec adulatores magnates suspicere, nec terrores eorū formidare.

Igitur adipem, habemus impiorū magistrorum, diuites & potētes huius sæculi, ita enim agitur cum doctrina impietatis, ut potiores mundi ei adhæreāt. Electa est enim esca Behemoth, Abacuck. j. ubi pauperes & humiles ueri⁹ pietatis uerbo adhæret. Claudit iste adeps impiorū meo sensu, q̄n diuites & potētes conspirant, sese inuicem cōplectuntur, idem sentiunt & faciunt, sicut corona lus uel corona claudirur & in semetipsam colligitur, Sie tretten zů sammen vnd haltē über eyn hauffen die grossen hansen. Hoc figuratū est. j. Regum. xxiiij. ubi Saul & uiri eius cingebant Dauid in modum coronæ ut caperēt eū. Hoc sensu dicitur psal. cxviij, Etenim sederunt principes, & aduersum me loquebant̄, Et iterum, Principes persecuti sunt me gratis, Et, liij. Fortes quæsierunt animam meam. Exempla in Ecclesia sunt manifesta.

Ore suo locuti sunt superbe uel superbiam, de quo psal. ix. in uersu, dum superbit impius, &. xj. in uersu, Linguam nostram magnificabimus. Freti enim adipe suo, nō solum nō audiunt consilium inopis, ut psal. xiij. appellat, uerum etiam cum fiducia cōfundunt & palinodiam mandant, aut silentiū imperant. Nos, aiunt, sumus populi Magistri, nos recta docemus, cæteros manet obediē di necessitas, Cur autem dicit ore suo? An aliquis naso loquit? Verū discernit os eorū ab ore dei, qui enim ueritatē loquit ore dei loquit, qui ore suo loquit, mēdaciū loquit, Christus Iohā. viij. cū loquitur mendaciū, ex ppriis loquit.

Proijcientes me: nunc circundederunt me.

Oculos suos statuerunt declinare in terram.

Hierony. Incedentes aduersum me, nunc circundederūt me, oculos suos posuerunt declinare in terrā. prorsus nō capio quid hæc uelint, non est in Hebr. aduersum me, nec proijcientes me. Verto & ego in hunc modū, Ambulauerūt, nunc circūdederunt me, oculos suos posuerunt ad declinationes in terra. Aliorum omissa sentētia, ego sic periclitor, Postq̄ dixit, impios flagranti animo, cōtra populū dei, obsidionē molitos, deinde multitudine magnatū huius seculi sese muniuisse, & superbe ac cōtemptim de eo & in eum locutos fuisse, iam ex his partem securitatē & præsumptionē eorū impiam recensēt, dicens: Ambulauerunt, hoc est, indurati sunt fiducia adipis sui, & superbi ac secum incedunt, ut sit uerbum, Ambulauerunt seu incesserunt, absolutū, pro incedentes sunt. Sie trettē eynher/sein in sachē gewiß/habē mich schon gefangē, manent in uijs & cōsilijs suis certi, q̄ quicq̄d molianť, rectum, & quicquid cōtra fuerit, impiū sit, atq; ita etiā añ uictoriā canunt epinicion, & nunc circūdederunt me. i. iam me arbitrant̄ captum & uictum etiā anteq̄ capiāt, adeo securi & certi sunt, Sic ēm mihi uidetur aduerbiū, Nūc, certitudinis seu præsumptionis indicādæ grā poni, quasi desperatū & actum sit de pp̄lo dei, Talis est enim fiducia &

fiducia & cogitatio & sermo impiorum, ubi sese multitudine magnorum ui-
cerint munitos, aduersus pauperem paucum & humilem. d. Es ist nun ge-
schehen/es ist auß.

Nec uideo, quō, aduerbium, Nunc, possit aliud q̄p dixi hoc loco facere, cum enim futurā recitet, immo deprecetur uim & dolum, ut satis liquet, nō pōt præsentem significare, nisi q̄tum est in opinione & præsumptione illorū, ideo infra petet, præueniri impium. Reuera enim, nisi deus præueniret, idem esset, ac si præsens esset, quæ tam certa futura omnium sensu apparet.

Quo modo noster, cum suo, proiscientes me, huic consonet ignoro, nisi uelimus dicere, incedentes illos, præ nimia securitate habere populum dei, pro re proiectili, quæ scilicet & facile & uiliter proiscitur foras, sicut Apostolus sepulsum, peripsima & purgamentū huius mundi appellat. ij. Cor. iiij. Et certe uidetur Dauid hunc psal. ex historia sua hausisse. j. Reg. xxiiij. ubi Saul cū Zipheis ad desperationem usq̄ persecutus est, & figuram uertisse in prophetiā, uerba enim pulchre quadrant.

Oculos suos posuerunt declinare in terra.

Id ego intelligerem, de respectu personarum dictū, ut esset querimonia pij populi, super impios, pertinaciter inhærentes personis, alta sapientes, & humilia contemnentes, contra præceptum domini, Exo. xxiij. Non sequeris turbā, ad faciendū malū, nec in iudicio plurimorū acquiesces sententiæ, ut a uero deuies. Nō, ergo oculos suos in simplicem ueritatis causam dirigūt, sed declinabiles & sequaces præbent, in omnem uoluntatem magnatum & multorum, qui dominantur in terra. Est ergo sensus: Me iam uictum arbitrantur, & contempta causa, eo spectant & illuc oculos intendunt, ubi adeps eorum claditur, quicquid illi moliuntur, hoc rapit & ducit eorum oculos, huic annuūt & applaudunt. Et in hoc pertinaces sunt, quia posuerūt & statuerunt ita declinabiles habere, penitus auersi a causa ueritatis, tanq̄ deo obsequiū præbituri.

Addit autem, in terra, quod non ad oculos, sed ad causas referri debet, unde ego uerti, ad declinationes in terra. i. terrenas. Hoc est sequuntur ad nutum magnatum in terra, & quo illi declinant & intendunt, eo & ipsi declinant, obliti omnium cœlestium mādatorum dei, declinationes terreas & terrena sapientium pertinaciter sequuntur, ideo frustra monentur, frustra rationem reddo, frustra oro, mouentur magis adipe suo q̄p meis uerbis: Quare non est relquum, nisi ut ad te confugiam, qui recte iudicas.

Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam,
Et sicut catulus leonis habitans in abditis.

Manifestus lapsus interpretis, quia heb. non habet. Susceperunt me, sed. Similitudo eius, non enim hoc psalmo agit de cōprehensione, sed de conatu impiorum, quo uellent pios esse extinctos. Vnde Hierony. Similitudo eius sicut leonis desiderantis prædam, & quasi catuli leonis sedentis in occultis. Et patet sensus facilis, quem & psal. x. habuimus, Insidiatur in abscondito, sicut leo in spelunca sua. Vbi, sicut & hic, Insidiæ & obseruationes crudeles impiorum accusant. Dictum est enim, abdita ista esse ea quæ arte & dolo abduntur, ut capiātur simplices & pij. Vere pulchra & apta similitudo, quia sicut leo obseruat ut corporaliter occidat aialia, ita impius Magister, ut animas perdat, omnia tētat, & hunc uersum Christus Matth. vij. sic exponit, attēdite a falsis pphetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium (ecce insidiæ in occultis) intus autē sunt

lupi rapaces. Ita uidemus, psalmum nō loqui de persecutione tyrānica, sed impiorū, quæ plurimos seducit in perditionem, simul tamē si eis resistatur, minatur, & si possunt, etiam occidunt sanctos dei, ueruntamen, maior est superbia & arrogantia Moab, q̄ fortitudo eius, pluraq; cupit q̄ potest, sicut ibidem est dictum.

Exurge domine, præueni eum, supplanta eum, eripe animam meam ab impio, frameam tuam, ab inimicis manus tuæ.

Vix est locus in psalterio æque obscurus ac iste, mea sententia, etiam in hebraico, nobis autem accedit, primum obscurior translatio, deinde & distinctionis confusio, quare uersum hunc ad hebraicam distinctionem reuocemus, authore Hierony, sic Surge domine, præueni faciem eius, incurua eum, salua animam meam ab impio, qui est gladius tuus. Patet ergo, ab inimicis manus tuæ ad sequentem uersum pertinere, &, frameam tuam, male in accusatiuo reddítum, male ad animam meam, referri, cum ad impium referendum sit, q̄q̄, si cui animam suam alicui frameam libeat appellare, suus ei sensus non pertinaciter negabitur.

Dicit ergo, cum lupi isti rapaces omnia tentent & multos magnosq; habeant adiutores, ut impossibile sit nos paucos illorum machinas sustinere aut euadere, aliud nō habemus q̄ ut ad te oculos leuemus, ut tu exaudiens, auteuertas eum & nos cautos prudentesq; spiritu tuo reddas, quo cogitationes mortiferas eius uitemus, ac sic ubi uenerit incurues eum per nos paratos & nos triumphes super eum, nec enim sic præuenit & supplantat deus, ut non sit impius, sed ut non noceat, sicut non auffert basiliscum & draconem, sed tamē dat super eos ambulare & conculcare, psal. lxxxx. Non tollit tentationem, sed non inducit in tentationem. Sic Ephesios Paulus docet, esse debere armatos galea salutis, scuto fidei, gladio spiritus & calceatos pedibus, præparatione Euangelij.

Magistri falsi plaga dei. Salua seu eripe animam meam ab impio, qui est framea tua. Hic signandus locus, Hæreticos & falsos Magistros, esse plagam iræ diuinæ, nō secus ac olim populi carnalis, plaga erat gladius carnalis gentium in circuitu eorum, ideoq; magis oratione humili apud deum, plaga auertenda, & deus placandus q̄ uiribus ingenij aut eruditionis, cum eis congrediendum, ut uictoria sit dei misericordis prouocati nostris lachrymis, non nostrorum operum, non enim nostrum est animam nostram ab impijs istis saluare, quanto minus eos superare, ut hic dicit. Eripe animam meam ab impio, q̄ si oratione hac contempta, ui, igne & cōtumelijs eos inuaserimus (sicuti hodie fit) dubiū non est, inuasores esse bis hæreticos & incomparabiliter peiores ijs, quos inuadunt, quia iram dei, suis conuitijs, suaq; ui & mera superbia inuadūt, qua insania, quæ pōt esse maior?

Impius est dei gladius. Obserua autem uocabuli atrocitatem, q̄ impium appellat, gladium dei, Virga enim aut baculus mitior ira est, uirga percutit & animam liberat ab inferno, ut Salomon dicit, unde ex magna misericordia psal. lxxxviij. dicit: Visitabo in uirga iniquitates eorum, & in uerberibus hominum peccata eorum. At gladius occidit & separat animam. Et ut magnus est deus, ita magnus est gladius eius. Et magnus gladius magnos & plurimos perdit.

Persecutiones Ecclesiæ, Ecclesia sane primitiua, percussa est frequētius paterna uirga, rarius gladio, eratq; facies illius percussionis in oculis carnis, durissima & asperrima, sed reuera & in oculis dñi, mitissima omnium. Secuta est postea hæreticorum persecutio, quæ uisa

quæ sit in oculis carnis longe mitior, uerum erat longe cruentior & nocẽ
tior, q̃ multo plures perdebat. Erat tamen adhuc aliquid misericordiæ dei reli
quum q̃ pugnantibus per scripturam patribus ueritas prodebatur & uerbum
dei regnabat in multis. Nouissimis istis diebus pessimis, sub imperio Ecclesi/
æ hico, gladius ille impiorum, solus, sine repugnantibus grassatur horrenda ty
rannide. Hic apparent omnia esse pacatissima & mitissima, ubi tyranni nõ per
sequuntur, cum hæreticis non pugnatur. Sic utraq; persecutione liberi, gladio
impiorum pene omnes perimus, non uidentes, sub hac pace regnare persecu
tionem omnium atrocissimam, ubi uerbo dei extincto uerbis hominum tra/
himur ad infernum toto cumulo.

Hodie seuißima omnium persecutio.

Inter omnes autem gladios impiorum, maximum & nocentissimum, meo
iuditio, merito pelagianam impieratem censebimus, nam in hãc, ut uidemus,
potissimũ actuat hic psal. immo tota scriptura. Quid enim prophetæ? quid Apo/
stoli potius agunt, q̃ q̃ pro iustitia fidei, contra iustitiam hominum pugnant?
Vnde pelagianus error uere omnium seculorũ error est, sæpius oppressus qui/
dem, sed nunq̃ extinctus, cæteri omnes temporum spacio extincti sunt, hunc
uero prophetæ percusserunt, percussit eum Christus & Paulus, nihilominus
semper iuxta serpsit, donec pelagius natus caput eius erexit, & libere eum tue
ri cœpit, ubi rursus deꝰ nostri misertus, Augustinum suscitauit, qui eum ad tẽ/
pus percuteret, sed post Augustinum resurgens tandem prævaluit, nõ modo
nemine contra stante, sed etiam Romana Ecclesia imperante & cogente, uni
uersitatibus palam docentibus, Episcopis, principibus & toto orbe imitanti/
bus tanq̃ rem optimam & christianissimam, Nã q̃ aliquis aduersus eũ mutire
ceperunt Parrhisijs & alibi, nihil promotum uidemus. Denicq; hic error, fons
est uniuersæ idolatriæ semper alia & alia facie, pro alio & alio sæculo procedẽs.
Qui enim fuerunt idolatræ, qui non arbitrarentur, suis se studijs & uiribus
deo placere? Et quid aliud agit pelagianus error? Recte ergo a pelago Pela/
gius dicitur, q̃ hic error, sit mare quoddam erroris inundans in omnem terra/
rum orbem. Ipse enim est uera, ipsamet prudentia carnis semper inimica deo
& nunq̃ ei subiecta, Ro. vij.

Pelagiani sæpe oppreßi nunq̃ extincti.

Suis studijs & uiribus placere deo.

Ab inimicis manus tuæ dñe, a paucis de terra diuide eos in uita eorũ, de absconditis tuis adimpletus est uenter eorũ, saturati sunt filijs, Dimiserunt reliquias suas paruulis suis.

Vnus est iste uersus in heb. prosequamur ergo, ut cœpimus locum hunc
obscurissimum, si quid possumus, primũ translationes uideamus, Ex nostra
nihil potest accipi, multo minus ex Hierony. qui sic transtulit. A uiris manus
tuæ dñe, qui mortui sunt in profundo, quorum pars in uita, & quorũ de absco
ditis tuis repleti uentrem, qui saturabuntur filijs, & qui dimittent reliquias
suas paruulis suis. Obsecro, quid audimus? pessimo cogor uti magistro, id est
meipso, ideo sine præiudicio & temeritate fabulabor, iuuet me, qui habet me
liora, qui non habet, mea æquus iudicet.

Verto primum ad uerbum, A uiris manus tuæ dñe, a uiris substantia, portio
eorũ in uitis, & absconditis tuis replebis uẽtrẽ eorũ, saturabuntur filijs, reposu
erũt reliquias suas paruulis suis. Quinq; mẽbris cõstat prior pars uersus, poste
rior uno absolui. Exponit aũt his uerbis mira tapinosi refertis, quis sit impi/
us ille, gladius dei, a quo eripi petijt animã suam, & sex notis eum depingit.

Prima est, A uiris manus tuæ domine, quod idē est, ac si dicat, a uiris peritis & reprobis inæternum damnandis. Sic enim uiros manus dñi uidetur appellare, propter id quod Exo. xiiij. dicitur, Viderunt Aegyptios mortuos super littus maris, & manum magnam quā exercuerat contra eos. Et Deut. xxxij. Si acuero ut fulgur gladium meum, & arripuerit iudiciū manus mea, reddam ultionem hostibus meis, & ijs qui me oderunt retribuam. Isa. ix. In his omnibus non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. Iob. xix. Quia manus dñi tetigit me. Hinc & alemanice in eos qui apoplexia percutiuntur dicīr. **Die gottes handt hat yn geruret.** Videtur autem prophetæ huic familiare, manum dei pro uindicta dei accipere, ut psal. ix. uidimus, ut tradas eos in manus tuas, sicut & psal. xx. Inueniatur manus tua inimicis tuis. Et. xxxvij. a fortitudine manus tuæ ego defeci. Hinc & apfus heb. x. tonat, horrēdum est incidere in manus dei uiuentis, ut psal. ix. latius dictum est.

Secunda, A uiris de substātia, pro quo Hiero. qui mortui sunt in profundo. Eadē enim per omnia dictio est, hic, a uiris, quæ prima nota, a uiris manꝰ tua, ꝗcꝗ non nihil utraq; cum mortis uocabulo affinitatis in hebræo habeat, ut nulla stet ratio Hieronymo, cur illic, a uiris, hic, qui mortui sunt, reddere uoluerit, aut enim utrobiq; a uiris, seu ab ijs qui mortui sunt, aut utrobiq; a uiris reddendū fuit. Est sane uocabulum hebræum utrobiq; מתים mimethim, non איש ísch aut גבור gibor, aut aliud quo uir egregius aliquis queat significari, sed qđ aliquādo pro paucis & contemptis trāsfertur, sicut Deutro. iiij. Et remanebitis pauci, quasi fecem populi uelit significare, & uilissimos inter homines, sicut psal. xj. dixit, cū eleuati fuerint uilissimi filiorū hoīm, & Isa. iij. Pueri erūt principes eorum & effœminati dominabūtur eorum. Id forte mouit interpretem, ut diceret a paucis, non quod pauci sint numero, sed multo magis conditione, quorum est numerus omnium maior, inter quos nullus aut pauci sint egregij operis & nominis uiri, ut Isaiæ. iij. dicit. Aufferet dñs a Ierusalem & Iuda fortē & tralidum & uirum bellatorem, & reliqua, quæ pulchre huius uocabuli uim explicāt. Igitur uiri uiles sunt & tantum ad uindictam dei reseruati, inter quos non sit uir dignus deo, & si uehementer multi sint.

De substantia, quod noster de terra, Hiero. in profundo transtulit, dictio est eadem, quæ psal. xxxviij, ponitur ab eodem Dauid: Ecce mensurabiles posuisti dies meos & substantia mea tanꝗ nihil ante te, ubi substantiam uolunt significare certam durationem temporis. q. d. substantia mea. i. id tēporis, quo hic subsisto & uiuo, corā te nihil est: sicut & Iob. vij. Nihil ēm sunt dies mei, quæ significatio mire placet. Sumpsit enim Dauid eum locum ex illo psal. Mosi. lxxxix. Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanꝗ dies hesterna quæ præteriit, & custodia in nocte, quæ pro nihilo habentur, eorum anni erūt. Vnde & illud. Ecce mensurabiles posuisti dies meos, in hebræo, a mēsura breui, scilicet palmæ dicitur, quasi illud Iob. xiiij. dicat. Homo natus de muliere breui uiuens tempore. Et infra: Breues dies hominis sunt. Est ergo sensus. Eripe animam meam a uiris de substantia, siue a uiris substantiæ (. i. ab hominibus uilissimis, qui huius tantum uitæ sunt breuissimæ, hoc est filij sæculi huius incertissimi, qui nihil habent, nisi breuem & incertam huius uitæ substantiam seu durationem) quia uiri sunt reprobi & manus tuæ. Et id potuit interpres, noster uelle uideri quando dixit, a paucis terra. i. ab ijs qui uilissimi sunt & de terra, terrena sapientes tantum huic uitæ temporali dediti.

Tertia

Tertia Portio eorum in uitis, pluraliter enim uitas dicit, sic & psal. præcedē te, cibus mihi semitā uitarum. Est ergo sensus: Sors, & beatitudo eorū non ē hac uita, sed in præsentibus bonis, ducunt enim in bonis dies suos, ut Iob xxi. contenti sunt, & pro nihilo habent terrā desiderabilem, recipiunt Vitæ multæ sunt. hic mercedem suā, quia uiri sunt manus tuæ. Vitas pluraliter dicit, propter ua- rios usus huius uitæ, ut egregie Aug. super illud psal. lxij. Melior est misericor- dia tua super uitas, Multæ inquit, sunt uitæ humanæ, alius uitā rusticādi, alius negociādi, alius militandi, alius aliam eligit, sic & hodie uarios (ut uocant) or- dines seu status uiuendi eligimus, sed pauci qui ad mortē sese parent & æter- nam uitā desiderēt, omnes mallent, in eo quo sunt, statu manere, tanq; porti- one uitæ suæ contenti, q; mori, In qua cruditate, maxime sunt, impij illi hypo- critæ qui omnium maxime sunt uitæ cupidi mortem formidātes & æternæ ui- tæ incunosi, sicut Iudæi in deserto.

Nonne ergo tapinosis mira est, esse impios uiros huius miserrimæ tm uitæ cupidos? in qua cōtenti sunt, quam inuite deserunt, nec mirū, cum fide peccati & mortis uictrice, quæ est misericordia dei melior super omnes uitas, non solū careāt, sed eam etiā impugnent totis uiribus, licet non aliud faciant, q; p se si- mulent, appetentes, uitæ mortis cōtemptores, electos & æternæ uitæ cupidos, uerum dolus est in spiritu eorum, & factis negant.

Quarta, Et absconditis tuis replebis uentrē eorū. Quid est hoc aliud, nisi p sunt animalia uentris, & fruges consumere nati? dictum est em psal. iiij .v. ix. xvij. Magistris impietatis, passim in scripturis tribui auaritiam & curā uentris, de quibus & Apostolus dicit, quorū deus uēter est, Deus uero, qui increduli- tatē & impietatē odit, facit ut & ira sua ascēdat sup eos, ut psal. lxxvij. de eisdē dicit. Et ut Paulus Colo. iij. Ira dei uenit sup filios diffidētiæ, ideo replet eorū uentrē absconditis suis, & affert desideriū eorū ipsis, nec sinit fraudari eos desi- De absconditis suis replet de us homines. derio suo, ut eodē psal. dicit, hoc est replet uentrē eorū, dat quæ cupiūt, & retri- buit eis in hac uita mercedem, quia nō expectant futurā. De absconditis uero tuis dicit, id est, reseruatis, ita appellat substantiā huius mūdi, qua pascit hoīes deus in hac uita. Singulis em annis eā prouenire facit, ac uelut de penu absco- dito p̄mit, Nec em hō scire pōt unde ueniat, nec si quæreret, inuenire posset, nisi sponte deus oīa mirabiliter donaret. Est ergo similis hæc locutio, illi psal. cxxxiiij. Qui p̄ducit uētos de thesauris suis (.i. de occultis) quia uentus spirat ubi uult, & nescis unde ueniat aut quo uadat. Ita est & de pane, uino & oībus rebus, quibus utitur hæc uita, ueniūt oīa, & utimur eis, & nescim⁹ unde. Quo simul uerbo insigniter impietatis stultitiam taxat, ut quæ sentiat, sua non esse quibus uiū, nec in sua potestate, nec sic tamē fidere in deū discit, immo quod uerbū huius totius uersus, nō multis figuris, stultā impietatē insectatur? oīa sunt p̄pissime, efficacissime & plenissime dicta, si attento corde penderent.

Quinta, Saturabunt filijs, hoc est, replebunt p̄le, hoc em quærūt & inter cæ- Affectus pa- rētū in filios. tera, ut pulchras fœcūdas, diuites uxores habeāt, multos, formosos, laudatosq; ex oīm p̄te filios & filias p̄creent, ut affectum suū expleant, & cedat res filiorū in oīa uota sua. Nō enim uerbū, saturabunt, ad solū numerū filiorū, sed multo magis, ad cōditionē eorū p̄tinet, scilicet ut opulētos, honoratos, uoluptuarios & ad oēm hui⁹ seculi pōpā idoneos habeāt, hūc em affectū passim uidemus in parētib⁹, q; uitiū in impijs Iudæis suis Dauid regnasse hic dicit, & longe co- piosius psal. cxliij. ubi hūc uersum sic exponit, De gladio maligno eripe me, & erue me de manu filiorū alienorū, quorū os locutū est uanitatē, & dextera

eorū dextera

eorum dextera iniquitatis, quorum filij sicut nouellæ plantationes in iuuen-
te sua, filiæ eorum compositæ, circūornatæ ut similitudo templi, Promptuaria
eorū plena, eructantia ex hoc in illud, Oues eorū fœtosæ, abundātes in egres-
sibus suis, boues eorum crassæ. Non est ruina maceriæ, nec; transitus, nec; cla-
mor in plateis eorum. Beatum dixerunt populum cui hæc sunt: beatus popu-
lus cuius dominus deus eius.

Nonne hic idem rhetorica copia dicit, quod hoc uersu dialectico compēdio perstringit? Sic & Paulus Philippē. iij. breuissime, flens dico inimicos Crucis Christi, quorū deus uenter est, quorū finis interitus & gloria in confusionem ipsorum qui terrena sapiūt. Et quæ oratio, uitam Episcoporum, religiosorū, & omniū clericorum, aptius potuisset depingere? An non ij omnes hæc omnia, plusq; mundus ipse, quærunt? At filijs non saturant: uerum id doleat quoq; nō licere, superarēt sine dubio & in hac parte mundanos homines, q̄q̄ quid re-fert, filios & uxores non habere, quando uice horum, habent suas spirituales creaturas & adulatores in omnes uolūtates suas, quibus nihil non impendāt? Non q; non sit filijs prouidenda substātia honesta, sed saturari filijs, placere sibi in filiorū lauta & opulenta prouisione, & inter pios uelle cēseri, hoc arguit.

Sexta, Et dimiserunt reliquias suas paruulis suis, hoc est, id cogitāt, quō multa, quæ sibi sunt superflua (nō enim necessarijs cōtenti sunt) reponant & relinquant hæredibus suis, tantū ut filij eorū post se, opulenti & uoluptarij sint, quod & Persius poeta in gentibus taxauit. Sic Episcopi & Clerici, non nisi ut patrimonia Christi augeant & aucta post se relinquāt, satagūt: nec tamen hoc ipsum faciunt nisi optimi & sancti, id est, impij. Hodie enim bene regere Ecclesias, est opes augere, domos ædificare, filijs, id est, posteris suis luxuriandi materiā parare. Mire itaq; ingeniū impiorum depinxit hoc uersu, qui cum non nisi terrena sapiant, boni tamen uideri uolunt, & specie sua, deinde dogmatibus suis hypocriticis, plurimos perdunt.

Bene regere Ecclesias.

Reliquiæ hoc loco, superflua & ea quæ superant intelligēda sunt, scilicet abūdantia parētum, ne quis intelligat dictum de reliquijs minutiarum, quæ rebus optimis ablatis, tanq; feces relinqui solent, cum hic opulentas hæreditates intelligat. Vnde & in hebræo a uerbo excellendi & abundandi dicitur. Et dimiserunt, pro reposuerunt, hoc est dedita opera thesaurizauerunt superflua sibi, pro filijs & hæredibus locupletandis.

His cognitis, facile est, & nostrā & Hierony. translationē cōcordare, nā ab inimicis manus tuæ, nihil nisi uocetenus dissonat a uiris manus tuæ, sunt enim reuera inimici & reprobi. A paucis de terra, cōcordatū est, quos Hierony. mortuos in profundo fortassis ideo dicit, quia in summa facie uiuūt & huius tēporis fruuntur spacio, intus coram deo mortui. Illud, diuide eos in uita eorū, sic consentiet, partire eos, hoc est, da eis mercedem in uitis suis, sicut eligūt sortem huis uitæ sibi, cætera non dissentiunt.

Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo:
Saciabor cum apparuerit gloria tua.

Hierony. rectius. Ego in iustitia uidebo faciem tuam, cū euigilauero similitudine tua. Opponit hæc, ijs, quæ de impijs dixerat: Illi sapiunt terrena, saturantur filijs, & portionem suā in hac uita ponūt, Mihi uero contempta est hæc uita, ad futuram festino, ubi non in diuitijs, sed in iustitia, uidebo, non terrena hæc transitura, sed ipsam faciem tuam. Nec saturabor in filijs carnis, sed cū euigilauero,

euigilauero,ita similitudine, sicut.j. Iohā.iij.dicit: Scimus quoniam cū apparuerimus,similes erimus,ut similitudine tua,nō ad euigilauero,sed ad saciabor cō/ponat.Fiet enim dei reuelata,quæ est gloria & claritas dei,saciabimur.Et pulchre mortuum resurrectionis posuit,cum euigilauero, scilicet a somno mortis, tamen in hac,sed in futura uita, sacietatem nostrā esse doceat.Nihil est,quod dissimilat sensu in nostra translatione,apparebit enim gloria dei, cum nos resurrexerimus a somno mortis & similes ei facti fuerimus,Hebræus tamen,resurrectionem clarius ostendit q̄ noster.

PSALMVS DECIMVS SEptimus, Hebræis decimusoctauus.

Ad uictoriam seruo domini Dauid,qui locutus est domino uerba cantici huius,in die qua liberauit eum dominus de manu omnium inimicorum suorum,& de manu Saul. Et dixit.

DILIGAM te domine fortitudo mea.

DMVLTA sunt in hoc psalmo quæ de Christo, multa rursus quæ de Dauid,eū cogant intelligi,nec ipse hactenus certus factus sum,utra intelligentia sit germana & propria,ut citra periculum non queam hic uersari: Augustinus libere de Christo & corpore eius.i.Ecclesia eū tractat, & uidet Paulus Ro.xv.in hoc consentire,ubi pro Christo huius psal.uersum penultimum inducit.d.Propterea confitebor tibi in gentibus,& nomini tuo cantabo, Quē interim & nos sequemur,cum sit tutius in Christum ipsum q̄ Christianū Dauid abundare,& ex ueritate figuram facilius intelligere,nec enim dubium est Dauidis bella & uictorias Christi passionem & resurrectionem figurasse. Dicit etiam b.Aug.quæcunq; in hoc psalmo dicta sunt,quæ ipsi domino proprie conuenire nō possunt,ad Ecclesiam referenda sunt. Totus enim Christus hic loquitur,in quo sunt omnia membra.

Arbitremur ergo Dauidem,dum de suis uictorijs gratias agit,simul texere prophetiam in persona Christi,peccatorum,mortis,mundiq; uictoris,ut tutius sic intelligamus,qui locutus est domino uerba cantici huius,id est,qui hoc canticum dedidit in Christum futurum,idq; eo die,quo uictis omnibus hostibus suis,quieta uita frueretur,Vnde & totus psalmus Christi resurgētis uerba habet.Hanc intelligentiam forte subindicare uoluit,dum nouissimum hostem nominat Saul,qui tamen reuera primus hostis Dauid fuit,ut hoc præpostero ordine doceret,se non de suis,sed Christi uictorijs agere.

Dicit itaq;.

Diligam te domine,fortitudo mea.

Verba sunt resurgentis & uirtutem dei in tribulatione experti,sic enim solemus dulci & hilari affectu in eos rapi,quorum beneficio,nos a magnis malis erutos cognoscimus:Puritas enim dilectionis significatur,cum dicit,te domine,nō creaturam aliquam,de quo latius psal.v.dictum est.

Dominus

Dominus firmamentū meū, & refugium meū & liberator meus deus meus, adiutor meus, sperabo in eum.
Protector meus & cornu salutis meæ, & susceptor meus.

Omnia hæc unus uersus in hebræo. Hierony. sic, Dominus petra mea & robor meum & saluator meus, deus meus, fortis meus & sperabo in eum, scutum meum & cornu salutis meæ, & susceptor meus. Eisdem uerbis transiuit idem canticum. ij. Reg. xxij. nisi q pro, susceptor meus, rectius ibidem, eleuator meus, dixit. Quis digne hos uehemētissimos affectus distribuat & definiat? Neque enim ociosus est spiritus in uerbis suis, ut aliquid hic superfluere credi possit. Ego, sicut dixi, sub hoc psalmo succumbo, & cæteri omnes, aut nihil dicit, aut ego nihil intelligo, nedum aliquid conferūt adiumenti, sed pergendū est tamen, accepta & data licentia pro cuiusq; captu dicendi.

Spūs non est otiosus in uerbis suis.

Fortitudo sanctiuiri.

Fortitudo mea, quæ primo uersu dicitur, ea esse mihi uidetur, qua homo interne confortatur consolidaturq;, indutus uirtute ex alto, sic psal. cxlvij. Quoniam confortauit seras portarū tuarum. Esa. liij. Et clauos tuos consolida, ut sit firmitas ea, quæ molles & delicatos animos indurat, quæ fortitudo non nisi ex deo nobis est, qui ex nobis, tam aduersis q; prosperis facillime dissolvimur & liquescimus sicut cæra ante faciem solis.

Firmamentum meum, quod proprie petra hebraice dicitur, fundamentum, rupes scilicet est, super quā ædificatur, ut Matth. xvj. Super hanc petrā ædificabo Ecclesiam meam. Ita dominus non modo induit Christum & suos uirtute interna & soliditate, sed est simul ipsum fundamentum, super quo nituntur, sicut solida domus supra solidam petram.

Refugium meum seu robur meum, quod proprie arcem, turrim, domū refugij, aut locum munitū significat, ut psal. iij. Esto mihi in deum protectorem & in domum refugij, ut saluum me facias, ut præcedente collato, dominus non tantū sit fundamentum firma petra, sed & domus ipsa munita supra petrā ædificata, seruans & protegens eum, qui ad eum confugerit.

Liberator meus, quod proprie euasionem significat & eam uirtutem, qua si quis undiq; angustatus & conclusus sit liberatur & euadit, sicut filij Israel euaserunt Pharaonem.

Adiutor meus, seu fortis meus, iterum in hebræo, petram seu silicem significat, quod frequenter, pro forti redditur, eam puto uirtutem esse, quo euadēs & in domū refugij receptus, tuto manet & perseuerat contra omnes insultus insequentium. Et hæc quinq; ad uirtutem passiuā, seu ad tolerantiam malorū pertinent. Primū est enim interne roborari: deinde ubi hæc uirtus impugnat, ne deficiat, habere petram in qua nitatur & cōsistat: postea ne multitudine saltem uincatur, habere locum munitum quo se recipiat: Et ne inter angustias capiatur obsessus concluususq; exitum & tutam euasionem non habeat: tandem ne tedio quod ultimum est dæmonū & malorum hominū fractus cedat, perseuerantiæ ui firmetur. Breuius hæc quinq; distribuemus, si primum ad aduersitatem simpliciter conferat, secundū ad magnitudinē, tertium ad multitudinē, quartū ad fortitudinē, quintū ad assiduitatē aduersariorum, Vbi enim hostis primo sibi senserit resisti, magnates & potentes sibi sociat, Deinde multos sibi aggregat, Vbi nec sic proficit, oēm uim & artem cum eis & per eos tentat, Vltimo cum alio non possit, assiduitate solet sanctos infirmare, qui autē perseuerauerit

Virtus tolerātiæ in quinq;.

ueratus in finem, hic saluus erit. Hæc quinq; Paulus Ro. viij. sed alio ordine
possibile credi potest, Neq; instantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo,
neq; profundum, neq; creatura alia potest nos separare a charitate dei.

Sequuntur uirtutes actiuæ & propulsiuæ. *Virtutes actiuæ.*

Prima est scutum seu protector meus, oportet enim inuasurum hostes, esse
armatum, quo tela ignita inimici excipiens possit penetrare & cædere hostes,
nam enim non eget, qui ad refugium currit.

Altera est cornu salutis, uirtus ipsa quæ pugnat & uincit, quæ mihi uidetur
esse potestas uerbi siue fiducia prædicandi, sic enim apud Micheam. iiij. dicit:
Surge & tritura filia Zion, quia cornu tuum ponam ferreum, & ungulas tuas
ponã æreas, & cõminues populos multos, & interficies domino rapinas eo-
rum, & fortitudinẽ eorũ domino uniuersæ terræ. Triturare, esse idẽ quod præ- *Triturare est prædicare.*
dicare, Apostolus. j. Cor. ix. ꝓbat, Nõ alligabis os boui triturãti. At cornu fer-
reum & ungulæ æreæ, quid sunt, nisi illud Christi. Ego dabo uobis os & sapi-
entiam, cui nõ poterunt cõtradicere & resistere omnes aduersarij uestri? Itaq;
cornu salutis dicitur, quia hostes superat, & salutem ex inimicis facit. Lucæ. ij.
Sicut qui ex cornu regnũ faciũt, nec id absonũ est, cum regnũ Christi, nõ nisi
in uerbo ueritatis consistat, hoc uere est regnũ salutis, quod uincit omnia.

Tertia, susceptor meus, seu exaltator meus, id est, in quo super hostes eleua-
tus triumpho, sicut Paulus dicit. Qui triũphat nos semper in Christo. Eo mo-
do dicitur Isa. ix. Et eleuabit dominus hostes Razin super eũ. Videmus autem
q̃ mira sit uirtus Christi & sanctorum eius, Prior est uirtus passiua, quæ perfi-
cit actiuam, ut Paulus dicit: Virtus in infirmitate perficitur, Ita mũdus nõ alijs *Patientia & uerbo dei mũdus uincitur.*
armis uictus est, q̃ patientia & uerbo dei, sicut in Isaia. iiij. dicit: Et erunt capiẽ-
tes eos, qui se cœperãt, & subijcient exactores suos. Et Iohel. iij. Infirmus di-
cat, quia ego fortis sum. ij. Reg. xxij. huic uersui additur: Et refugiũ meum &
saluator meus, de iniuria liberabis me. quod quare in hoc psalmo omissum sit
ignoro.

Laudans inuocabo dominum: Et ab inimicis meis saluus ero.

Vbi titulus, qui dicit, hoc canticũ esse dictum, liberato ab omnibus inimicis
Dauid, & recitatũ in persona resurgentis Christi? Certe hic aliud dici nõ põt,
q̃ quod Augustinus censet, totum Christum, id est, Christum cum corpore &
pro corpore suo loqui, quod est Ecclesia, quæ semp uincit, semperq; pugnat,
& superatis præteritis malis paratur ad futura mala superanda. Aut si in perso
na Christi sistendum est, conuenit hæc intelligi dicta, pro magnitudine affe-
ctus erga deum, quo offert promptitudinem animi sui ad plura ferenda, si de-
us uelit, sicut psal. cvij. Paratũ cor meum, deus, paratũ cor meum. Et. xxv. Pro-
ba me domine & tenta me, ure cor meum & renes meos. Sic enim liberatus a
malis, & diuinam uirtutem expertus, non aliud cupit q̃ iterum pati, ut iterum
uirtutem diuinam experiatur, nasciturq; ex his, quædã mirabilis patiendi sitis,
& inæstimabilis fiducia in dulcedine dei.

Omnia tamẽ ad nostrã doctrinam scripta sunt, ut per patientiã & consola- *Ad patientiã apparatus.*
tionem scripturarũ spem habeamus, Ideo enim quintuplicem uirtutem patiẽ-
tum, & triplicem agentium descripsit, ut nos erudiret, nihil esse tam malũ, tam
multum, tam magnũ, tam potens, tam diuturnum, quod non quæat uinci per
uirtutem dei, si in eã confidimus, Et tũc potissimum esse locũ sperandæ uirtu-
tis in nobis, quãdo irruunt in nos mala, multa, magna, fortia, assidua, cũ pro-

prium diuinæ uirtutis sit infirmos, paucos, paruos, imbecilles, pusillanimes u
uare, nō solū in malis pœnæ, sed & culpæ, Nā quæ esset dei uirtus, quæ solos
pœnas, ac nō etiā peccata in nobis uinceret? adeo plenus est hic locus cōsola
onis, cū naturæ contrariū uideat, & omnino desperatū, si irruāt nō modo mu
la, sed multa mala, magna mala, potentia mala, & prolongata mala. Sic etiā in
Apostolis uidimus, qui mox ut induti erant uirtute, ex alto non solum multi in
eos insurrexerūt, sed & multi, & magni, & potentes ad nocendum, deinde, &
pertinaces, & assidui, sicut psal. cxxviij. supra dorsum meum fabricauerūt pec
catores, prolongauerunt iniquitatem suam.

Tentationes semper ingru unt.

Eodem modo, & in quolibet homine operat̄ satanas in quacunq; priuata
tentatione, libidinis, iræ, superbiæ, auaritiæ aut cuiuscūq; mali, ubi enim firma
tum castitatis aut mititatis propositū inuenerit, non solū libidinē aut iram con
tra mouet, sed & uarias species adhibet cogitationū, tum eas magnificat & in
credibili astutia efficaces facit, tandē quos nec multitudine, nec magnitudine
nec efficacia uincere pōt, sæpius assiduitate & tedio uincit, ut fessos supplicet.
O stulti & temerarij nos, liberi arbitrij & actuum elicitorum iactatores, qui so
tanam dormire credimus, nec cogitationes eius, ex his locis scripturæ nobis
ostensas, intelligere & prævidere discimus, ac sine pugna, securi solis actioni
bus bonis salui fieri præsumimus. Non sic impij non sic, hostis adest, multus,
magnus, prævalidus & infatigabilis, cuius ut multitudinē, magnitudinē, uir
tutem & pertinaciā taceamus, simplicem etiā impugnationē nō possumus sta
re, nisi dominus fuerit uirtus nostra, cum nos per nosipsos, citra hostis impe
tum, ad omne malum proni simus.

Qua autem fiet arte, ut in hac hostili multitudine, magnitudine, potentia,
pertinacia, dominus sit uirtus nostra, firmamentū nostrum, refugium nostrū,
liberator & adiutor noster? Respondet, Ita fiet, si laudans inuoces dominum,
hac enim laudatrice inuocatione, saluus eris ab omnibus inimicis, sicut Ro.
x. ex Iohele. ij. Omnis qui inuocauerit nomē domini, saluus erit, Et Prouerb.
xviij. Turris fortissima nomē domini, ad ipsam currit iustus & exaltabit̄. Hæc
sane omniū nobilissima est in tribulatione, & tota aurea doctrina, optimumq;
consilium, quo ab omnibus malis eruí possumus, si in tribulatione poterimus
deum iustificare, benedicere, & prædicare, sicut exemplū trium puerorū mon
strat, Danie. iij. Deo nostro iustitia, nobis aūt confusio, sicut est dies hæc. Incre
dibile est, q̄ efficax sit ista laus dei in periculis remediū, mox enim ut cœperis
laudare deū, mitescit malum, crescit fiducia & sequit̄ fidens inuocatio.

Aurea doctri na patiētibus

Cauendum itaq; omnibus seruis dei, ne alio modo, uel alio ordine, aut con
solari, aut uincere tentent, q̄ hoc uersu præscriptum est. Nō primo inuocabis,
sed primo laudabis, sunt enim qui clamāt & non exaudiuntur, ut hoc psalmo
infra. Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret, ad dominū nec exaudiuit eos.
Quare? quia non laudando, sed indignando clamauerunt, nō dulcem domi
num sibi proposuerunt, sed suam tm̄ amaritudinem considerauerūt. At nemo
liberatur a malis, intuendo horrescendoue mala sua, sed superando & inhærē
do deo & eius bonitatem intuendo, sicut psal. xv. uidimus. Prouidebam do
minum in conspectu meo semper, quoniā a dextris mihi est, ne commouear.
O arduum consilium & rarum, facere sibi dulcem & laudabilem dominum in
medijs malis, & robustius intueri absentē & incōprehensibilem, q̄ mala præ
sentia & illum intueri prohibentia, nō possum satis cōmendare huius optimi
uersiculi gratiam & uirtutē, tam apte & significāter positis uerbis.

Nō indignādo sed laudādo clamandū ad dominum.

Qui uero

Quæro ab hac laude domini nō incipiunt uincere, sed ad hominū respe-
ctationes, uel ad merita sua cōuertunt seu futuræ uitæ melioris spem
apprehendunt, non uincent unq̄, quia stat firma sententia: Laudans inuoca-
bilis sit ab inimicis suis, & nullus alius. sic superius ex Isaia. xlviij. retuli,
Ne infrenabo os tuum laude mea, ne intereas. Et Isa. lj. Dominus dedit mihi
linguā eruditam, ut sciam sustentare eum, qui lassus est, uerbo, Hoc est quod
secundo præcepto nobis mandatur: Non assumes nomē domini dei tui in ua-
num. Et oramus. Sanctificetur nomen tuū. Hoc est quod tot laudibus dei hūc
psal. incipit, & amore dei gestit, ut hoc uersu uideat rationē reddere, cur sic in
domino glorietur & speret. q. d. sic enim oportet ab amore & laude incipi & Nota bene.
inuocari nomen domini. Experiat modo quisq̄, & apprehendat laudem ali-
quam dei, ubi fuerit male affectus, & sentiet mox releuamen. Nam quæuis alia
consolatio, aut non prodest, aut fallaciter prodest, id est, maxime nocet, immo
idem facit, si uel beatam uirginem, aut aliquem sanctum, denicq̄ si pium homi
nem adhuc in terra uiuentem, in nomine discipuli domini laudaueris, tāta est
uirtus & benedictio nominis domini, sic Geñ. xij. ad Abraham dicitur: Bene-
dicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, qua promissio-
ne certi sumus, nos benedici a deo, si sanctos eius benedixerimus, quanto ma-
gis si ipsum dominum benedixerimus. Ego fateor me sæpius hac ratione le-
uasse cor meum molestia sua.

Circundederunt me dolores mortis.

Et torrentes iniquitatis conturbauerunt me.

Hierony. Quoniā circundederunt me funes mortis, torrentes Belial terru-
erunt me, ij. Reg. xxij. pro funes, alia dictio est hebraica q̄ hoc loco, quā Hie-
rony. transtulit contritiones, mihiq̄ Reuchlin rectius hic, pro funes, collecti-
ones seu cumulos, ut j. Reg. x. Obuium habebis gregem prophetarū, ut sit sen
sus, Circūdedit me mors multis & magnis copijs, Vt copiæ mortis, cōponant
cum torrētibus Belial, posteriore parte uersus, ut utrinq̄ magnitudinē & mul-
titudinem malorum exprimat, quæ ceu uastis torrētibus, & multis exercitibus
irruerint.

Dixerat & docuerat, Inuocandum esse dominū cum laude & amore, ijs, qui
ab inimicis salui uelint fieri, Iam ita se fecisse recitat, & historiam suam narrat,
in exemplū doctrinæ, quā dederat, incipiens ab inimicis omnium pessimis &
ultimis, morte & inferno. Et licet uerū sit, ipsum Dauid fuisse has pœnas mor-
tis & inferni sæpius passum, ut crebro in diuersis psalmis confitetur, imprimis
psal. cxiij. Circundederunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt
me, tribulationem & dolorem inueni, & nomen domini inuocaui, Vbi pene
eadem uerba, nedum sententia, cum hoc loco conueniunt, tamen nos de Chri
sto hūc psalmū cœpimus intelligere, sensu interim generali omisso, ideo mor-
tem & infernum Christi hoc loco accipimus.

Hic autē uersus de morte, sequens de inferno loquitur, uterq̄ eandem rem,
repetita sententia eloquens, idem enim est, circundederunt me dolores mor-
tis, quod torrentes iniquitatis conturbauerunt me, Et idem, Circundederunt
me dolores inferni, quod præoccupauerūt me laquei mortis, Ita nos sentimus,
non refragantes, si quis hæc quatuor uoluerit diuersa facere. Sunt etiam uerba
propriè & grauiter posita, Circundederūt, non tantū occurrerunt aut insectati

sunt, sed undiq; tenuerũt & uallauerunt, solitariũ & unicum cõcluserit, quod uel maxime in monte discrutiat, si enim gradiendum esset magna turba comitante & apparente, mitius malum esset mors. Funes seu Cunei, quos dolores noster uocat, non scilicet unus aliquis me circũdat mortis minister, sed multi immo multæ copiæ, multæ turbæ, quo iterum solitudo amarissima significatur in morte. Hos funes seu Cuneos, posse intelligi, impios homines, quorum ministerio mors & dæmones utuntur, admittimus, iuxta illud psal. xxj. Circumdederunt me uituli multi, thauri pingues obsederũt me. Et iterum. Eruc a framea deus animam meam, & a cornibus unicornium humilitatem meam.

Noster tamen non inepte has copias intelligit, multitudinem dolorum in hora mortis irruentiũ, ubi nulla creatura est, quæ non morti & pauori seruiat, omnia enim quæ aspiciuntur sunt mors & nõ uita, ita mors armatur orbe tota rarum, & pugnat uniuersa creatura cõtra morientem seu morte pauentẽ, derelictum, unicum & omnibus circundatum, Inde fit, ut nõ possit ijs nomẽ dari, nisi metaphoricum, Cuneos seu copias appellãdo mortis, Mors enim ultimũ malorum, mitius erat, si copiæ alterius cuiuspiam mali circũdarent. Dictum est autem psal. superioribus, Christum uere passum esse, pauores & tedia mortis pro nobis, licet non omnes nos similia patiamur.

Horror mortis.

Torrentes Belial, itidem metaphora est, impetũ & exercitum malorum sine nomine edisserens, Reuera enim tantus est dolor mortis, ut nominari, cogitariq; non possit, sed tantũ pati possit, Sentiunt sese pessime habere, nec quid sit possunt indicare, ideo & nullum ibi remediũ est, sicut ecõtra gustus æternæ uitæ tantus est, ut sentiãt quidẽ sese optime habere, nõ tamẽ dicere aut indicare, quid sit, possunt: Vnde hic, torrens uoluptatis dei dicit psal. xxxv. Inebriabũtur ubertate domus tuæ, & torrente uoluptatis tuæ potabis eos. ille autẽ torrẽs Belial seu malitiæ, ut hoc loco dicit. Belial frequens dictio in scripturis, hebræis dicit significare malitiam, licet fere ubiq; iniquitas transferat idq; improprie, inde filij Belial (id est, malitiæ) Iudic. xix. **Böß büben/die keyn nütz seynd.** Etymologiã habet a bli (id est nõ) & iaal (id est profuit) ut qui ad nocendũ alijs tantũ modo uiuunt. Inde datum est & Diabolo nomen bli iaal, quẽ Belial dicimus, hic aũt pro malitia accipi, certũ est, scilicet mortis, quæ male afficit multis modis eos, qui moriuntur, ac torrentibus malorum inuadit, siquidem mors ipsa malorũ pelagus & summa est. Ita uides, q̃ proprie mala mortis, licet innominabilia, deliniet, q; mori aliud non sit (ijs qui fide carent) q̃ copias & gurgites malorum pati, ñsiq; unicos & solitarios circundari, & undiq; terreri, ut cogantur dicere, Angustiæ mihi undiq;.

Dolores inferni circundederunt me.

Præoccupauerunt me laquei mortis.

Eadẽ dictio, Dolores inferni, quæ præcedẽte uersu, dolores mortis, dicit, ideo & idẽ de ea sentiendũ, esse uidelicet, funes seu Cuneos inferni, nõ nisi copias omniũ rerũ mũdi, quæ oẽs armant ad ultionẽ dãnatorũ, Eiusdẽ significationis & sententiæ est, uerbum circundederunt, cum præcedente. Infernus autem & mors parum differũt, quo ad sensum dolentis: Mors enim amara separatio est a uita, Sed infernus est, quod statim mortẽ comitat, æternæ pœnæ & irreparabilis animæ sensus: Capitur enim hic anima & uere circundatur, ut non possit aliud sentire, q̃ se inæternũ dãnandã esse, Si eñ uel pilolatũ uideret exitũ, circũ

data non

ista nõ esset, nec infernũ sentiret nec mortẽ, sed spe plena & fiducia gauderet. Atqui est, q̃ Theologi Scholastici, uerba ista scripturæ, Circũdederũt, præ-uenerunt, parum diligẽter obseruãtes, deinde nihil harum rerum unq̃ exper-ti dicere de purgatorij pœna diuinant quicquid uolunt, ponentes in ea, nullã desperationẽ, sed tantũ satisfactionem, qui tamẽ rursus fatentur eandem esse pœnam purgatorij & inferni, nisi q̃ durationẽ differũt, Verum, ut sunt subti-les distinctores, garriunt, eandem esse pœnam utrobiq̃, nõ omnem, sed tantũ quæ simul non sit culpa, desperationem autem & seruilem timorem cũ culpas esse doceãt, e purgatorio penitus tollunt. Nos uero, quia rei istius cognitio in experientia, non in speculatione sita est, nõ contendemus, uerbisq̃ scripturæ simpliciter inhærebimus, etiam si nõ intellexerimus, quibus circũdari & præ-ueniri se doloribus mortis & inferni, sancti queruntur, Experti uiderint, quid ea uelint, inexpertis nihil prorsus credem⁹, qui necdum, quid ira & libido sit, crassissimæ scilicet & bestialissimæ affectiones, intelligunt. *Infernus & purgatorium.*

Idem est per repetitionẽ ut dixi, Præoccupauerunt me laquei mortis, ubi se captũ morte significat, & sic captum, ut præuentus sit a laqueis eius, hoc est, la-queis mortis ei præualuerunt & fortiores eo fuerũt, ut quos euadere nõ possit, id quod est in inferno esse, unde non patet reditus, sicut auis, quæ laqueo capi-tur non reuertitur. Hæc omnia in Christo, & si mirabiliter, tamẽ contigisse cre-dimus, ut uere captus sit mortis & inferni doloribus, laqueis & Cuneis.

In tribulatione mea inuocaui dominum, & ad deũ meũ clamaui, & exaudiuit de templo sancto suo uocem meam.

Et clamor meus in cõspectu eius, introiuit in aures eius.

Vnus hic in heb. uersus est, & incedit per futura uerba per totũ, inuocabo, clamabo, exaudiet, introibit, sicut & Hieron. trãstulit, &. ij. Reg. xxij. legitur, q̃q̃ hoc parũ refert, cum prophetæ hoc peculiare habeant, ut tempora plerũq̃ cõfundant non tamẽ absq̃ causa, ut sæpius diximus. Pergit itaq̃ exemplo suo ostendere, uerum esse, quod docuerat, saluari eos omnes, qui laudantes inuo-cant dominum Fui, inquit, & ego in maximis malis. i. doloribus mortis & la-queis inferni, saluus autem factus sum ab omnibus malis istis, quia inuocaui dominum, & ad deum meũ clamaui, ideo exaudiuit uocem meam & clamor meus introiuit in aures eius, Quare non est dubium, non esse aliam liberandi uiam, q̃ per inuocationem domini, & confessionem dei. Dictum est. psal. xv. Deum meum esse, quid habeat energiæ & significationis, Nemo enim dicit, deus meus, nisi laudans & amans, etiam in media morte & inferno, sicut scri-ptum est, Fortis ut mors dilectio &c.

Repetitionibus præ animi iucunditate abundat, cum sit idem ferme, Inuo-caui dominum, quod, ad deum meũ clamaui. Item, Exaudiuit de templo suo uocem meã, quod, clamor meus introiuit in conspectum eius in auribus eius, sic enim in hebræo dicere uidetur, omnia autem sunt plana, sed plena quoq̃ iucundissimis affectibus.

Commota est & contremuit terra, fundamenta montium contur-bata sunt.

Et commota sunt, quoniam iratus est eis.

Quid uelit Dauid ab hoc uersu ad decimum usque, non possum conse-
qui. Nusquam legitur terram motam, montes concussos, & alia quæ hic refe-
fert propter Dauid esse facta, sed nec propter Christum. Cæteri per allegoriam,
contempta consequentiæ ratione perfacile euadũt, quid enim facilius, quam
singulis partibus allegoriam suam affingere? Lyra non nihil dicit, cum dicit,
morem esse scripturarum, ut pro laudando aliquo singulari beneficio dei, re-
petantur ab initio, uel omnia generaliter, uel multa ex eis populo dei exhibi-
ta beneficia, Iuxta illud psal. cxviij. Memor fui iudiciorum tuorum, & conso-
latus sum. Et. lxxvj. Memor fui operum domini, quia memor ero ab initio mi-
rabilium tuorum. Et meditabor in omnibus operibus tuis, & in adinuentio-
nibus tuis exercebor. Sic Dibora Iudicũ. v. canitura domino, incipit ab exitu
Aegypti, d. Domine cum exires de Seir, & transires per regiones Edom, terra
mota est, cœlique ac nubes distillauerunt aquis, Montes fluxerunt a facie do-
mini, & Sinai a facie domini dei Israel. æmulatione huius dicit & psal. lxvij.
Deus cum egredereris in conspectu populi tui, cum pertransires in deserto,
terra mota est, etenim cœli distillauerunt a facie dei Sinai, a facie dei Israel. Et
psal. lxxvj. Viderunt te aquæ deus, uiderunt te aquæ & timuerunt, & turbatæ
sunt abyssi, multitudo sonitus aquarum, uocem dederunt nubes. Etenim sa-
gittæ tuæ transeunt, uox tonitrui tui in rota. Esto itaque, solere cõfessores dei,
altius repetere mirabilia dei, præcipue illud præ cæteris insigne, quod in exitu
Aegypti fecit, cuius præ omnibus arguunt filij Israel immemores fuisse, psal.
lxxvij. Et ex cuius memoria, sine dubio, multa didicerunt spiritu illustrante,
ita ut prouerbij uice habuisse uideãtur usitatissimum, & iam diuersas eius par-
tes in diuersis allegorijs tractatas, Non tamen capio Lyram, dum uerba huius
psalmi ad eandem historiam aptat.

Temerandum itaq; & mihi est, placet primum, repetita hic dici præterita
mirabilia in exitu Aegypti facta, & misceri mirabilibus præsentibus per iucun-
dam expatiandi & digrediendi libertatem, quando talem in scripturis usum
uidemus. Nam & sæculi rhetores, docent in genere demonstratiuo recenseri
oportere non modo præsentia, sed simul omnia præterita facta maiorum eius
qui laudatur. Nec tamen hoc solum agi a Dauid credo, sed simul præ exube-
ranti lætitia, luderè allegorijs historiæ Aegyptiacæ in laudem Christi uidetur,
quem significari ea figura clare cognouit. Et uidemus eos qui nimio gaudẽt,
ita gestire allegorijs & nouis figuris loquendi, ut infanire putentur: delectat
enim eos sua gaudia uestire pulchris & festiuis uerborum & sententiarum fi-
guris: alius aureũ, alius mellitum, alius manna suũ, alius aliter appellat, quod
laudat, Nemo hic nõ poeticatur, ipso gaudio docente figurate loqui.

Ita hic Christus, cum sese ab inferis exaudiente patre gaudeat reuocatum,
non modo repetit & miscet mirabilia dei antiqua, sed eadem simul iucundis-
sima allegoria immutat & innouat, sicut orat Ecclesia. xxxvj. Innoua signa &
immuta mirabilia, Vnde nec totã historiã ordine tractat, sed utcunq; ad rem
facit, quãlibet partẽ delegit, Quare hic nosse oportet allegoriam historiæ eius-
dem, præsertim eã quæ ad fructum resurrectionis Christi pertinet, quæ in du-
obus istis comprehenditur, lege & gratia, Lex humiliat superbos, gratia exal-
rat humiles, utrũq; miris & uarijs modis, suntq; hæc uere dei mirabilia noua,
quæ non alijs armis, q̃ ministerio uerbi perficit, per abiectos idiotasq; piscato-
res & successores eorum, quæ omnia, nisi fallor, his figuris & allegorijs suauis-
sime ludit propheta.

Legimus

Legimus itaq; Exo.xix.&.xx. Cũ esset dominus legem datũrus, tertia die
cœperunt audiri tonitrua ac micare fulgura,& nubes densissima operire mon
tem, mons fumabat,eo q; dominus deus descendit super eum in igne,
& ascendit fumus ex eo quasi ex fornace: Eratq; omnis mons terribilis, & so
nitus buccinæ paulatim crescebat in maius,& prolixius tendebatur.Moses lo
quebatur & dominus respondebat ei, descenditq; dominus super montem
Sinai,in ipso montis uertice,& uocauit Mosen in cacumen eius.

Dixi est hæc figura,cp ut uerbis eam consequi possim,quã nec intellectu
satis capio, Et tamẽ propheta dignissime eam tractat, multa enim ex ea & alĩ
simpsere prophetæ,ut quæ sit densissima refertissimaq; mysterijs Christi,ope
ra enim naturæ,legis & gratiæ,hoc est summa totius Theologiæ hic tractatur.
Apostolum ergo ex Romanis,primum & optimum interpretem inuocemo,
qui ea.iiij.dicit. Lex iram operatur, Et.j. Corinth.xv. Virtus peccati lex. Ro.j. Legis opus.
Reuelatur ira dei de cœlo super omnem impietatem & iniustitiam hominum
eorum,qui ueritatem dei in iniustitia detinent. Et Roma.v. Lex subintrauit,
ut abundaret delictum. Legis itaq; opus est terrere, cõscientiam concutere,&
omnem fiduciam demoliri. Atq; id est,quod agitur figura magnæ alicuius tẽ
pestatis, ita proprie, ut non alia allegoria magis apte possit monstrari. Toni
trua enim & fulgura commouent & tremefaciunt terram,concutiunt & con
turbant fundamenta etiam mõtium,&,sicut ille ait,feriunt & summos fulgu
ra montes,in qua re,iratum cœlum omnes formidant, sicut psal.xiij. dicit: A
uoce tonitrui tui formidabunt,hoc est,quod dicit. Quoniam iratus est eis. Ta
lem autem tempestatẽ fuisse in monte Sina,cum lex daretur,ex prædictis uer
bis satis liquet cuiuis,ut simul figura similaretur, quod reuera tum agebat,&
tale esset signum,qualis erat res ipsa.

Itaq; legis doctrina & cognitio,cum agat æternis comminationibus,& exi Lex importa
gat ea quæ ferre non possumus,sicut Heb.xij. dicit, Non enim portabant ea, bilis peccatri
quæ dicebantur,terribilis est & importabilis peccatrici conscientiæ,& tanto ci cõscientiæ.
magis,quanto prolixior & clarior eius sonus seu cognitio:hoc est,uere per le
gem fieri cognitionem peccati,& iram per legem concitari, hoc est ream inue
niri & æterna ira dignam,omnium hominum cõscientiam, Quæ cognitio in
tus in corde,omnem illum tumultum & impetum tempestatis implet, qui in
Sina monte describitur uisus esse:Hic uere cõmouetur & tremefit terra,id est,
terrena corda,quæ sapiunt ea,quæ super terram sunt,& nõ modo montes ipsi,
sed fundamenta montium conturbantur & commouentur,id est, dispergun
tur superbi mente cordis sui,Montes enim superbi sunt, Fundamenta sunt,ft
ducia potestatis,sapientiæ,iustitiæ,& quarumcunq; rerum.Eruditus enim ue
ra legis cognitione intelligit,cp non subsistit coram deo omnis caro, quia ex
operibus legis non iustificatur homo, Nec potẽtia,nec sapientia,nec quæcũq;
substãtia hic prodest,omnia turbantur & corruunt, quia iratus est eis, hoc est
per legem reuelatur ira dei,super eos maxime,qui fiducia illorum fundamen
torum superbiunt præ cæteris.

Montes aũt hic absolute dicit,quia sunt & montes sancti,psal.lxxxvj. Fun
damenta eius in montibus sanctis. Et alio, Iustitia tua sicut mõtes dei. Potissi
mũ autem,fundamenta montiũ intelligenda sunt,fiduciæ operum,seu ope
ra legis,seu lex & doctrinæ,quibus homines sese cõfidũt iustificari, hoc enim
potissimum agitur uerbo & cognitione legis, ut peccatores faciat, & omnis

mundus obnoxius fiat deo, sic enim Apostolus lege utitur potissimum ejus operum superbiam dicens. Ro. iij. sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut omnium misereat. Et Christi gratia maxime contra iustitiam hominū pugnat, nam hæc omniū pertinacissime resistit iustitiæ dei, ut Ro. x. dicit: ignorantes enim iustitiam dei, & suā quærentes statuere, iustitiæ dei nō sunt subiecti.

Est & hoc mirabile & signandum, ꝙ tonitruis non tantū cacumina, sed ipsa fundamenta montiū cōcutiuntur, nam terra tota tremefit, etiam radices montium. Ita lex non modo superbiam externe percutit, quod & hominū possunt increpationes, sed penetrat & intima cordis conturbat, ipsam cōscientiæ fiduciā tissimam fiduciā pauefaciens, quia lex spiritualis est & sermo uiuax, penetrantior omni gladio ancipiti, nec est, qui se abscondat a calore eius. Hebræus uocabulo allusione dicit, וחגעש uatigeas וחרעש uatireas תארץ haaretz, quod noster forte non potuit reddere, sed dixit: Cōmota est & contremuit terra, significat autem pauidum illum motū, quo ad fugam & cursum aliquis cōmouetur, significantissime uim legis, & cōscientiæ metum exprimens, ita propheta non modo iucundus est sententijs, sed & uerbis & cōstructione, si quis uacaret omnia obseruare.

Ascendit fumus in ira eius, & ignis a facie eius exarsit. Carbones succensi sunt ab eo.

Hierony. Ascendit fumus in furore eius, & ignis ex ore eius devorans, carbones incensi sunt ab eo, Hoc in uisibilibus tempestatibus fit, quoties fulmine tacta conflagrant, hic enim fumus ignis & carbones uisuntur, At in monte Sina fumum & ignem quidem fuisse satis ostendit Moses Exo. xix. Nusqꝫ autem carbones illic leguntur, nisi carbones intelligat, montem ignium & ardentem, certum est enim omnia igne micuisse, fumasse, arsisse, caligasse, quæ in monte & iuxta montem fuerunt, ut Deutro. v. dicit, Et montem ardere uidistis, terribile enim fuisse quod uidebatur Paulus scribit Heb. xij. ut & Moses diceret. Exterritus sum & tremebundus. Itaqꝫ quos carbones Moses non expressit, propheta una cum igne intelligit & eloquitur. Totum autem hoc facit, ut manifestis indicijs ostendat sese, ab historia illa ad allegoriam diuerti & mysterijs ludere, ideo non solum carbones adijcit, sed & alia quædam, quæ in historia non leguntur, aut non eo modo leguntur, quale est, quod fundamenta montium concussa dicit, cum illic nec plures montes, nec fundamenta memorentur, Volens uno monte Sinai multos illos superbos cum suis præsumptionibus figuratos uideri. Tale est, ꝙ iratum eis dominum dicit, cum nihil de ira domini in montem Sina historia habeat. Tale & hoc, ꝙ fumus in ira eius ascendit, cum nihil illic de fumo iræ eius sit dictum, Et quod manifestissime allegoriam historiæ indicat, quod dicit, ignem a facie eius exarsisse, sed ut Hebræus plenius habet, ex ore eius deuorasse, nec eñ ignis ille quo ardebat mōs Sina, ex ore dei puenisse scribitur, nisi ideo dicamus ex ore eius uenisse, quia fulgure desursum uelut ex ore cœli misso conflagrarit.

Opus legis ex ore prædicantium.

Lex igitur est, quæ ex ore eius, id est, ex ore prædicantium, infantium & lactentium procedens, accendit, exurit, deuorat, uastat quicquid est superbiæ in uanitate humana, ut locum paret gratiæ, ad increpationem enim legis sequit pauor & terror, fuga, atqꝫ cum fuga nusqꝫ pateat, oritur angustia, atqꝫ hæc est,

ignis ille

ignis ille qui concoquit & deuorat omne malum, exurit concupiscentiam, ut iam non libeat quod delectabat antea, sic incēduntur carbones ex eodē igne, ut peccatores, exusta per uim legis mala cupiditate ardeant, nondum quidem eliminata funditer, sed fornace angustiæ suæ fortiter, in qua conflantur & parā tur & purgantur, sicut aurum in igne. Sed fumus ante ignem ponit, cur hoc? Quis priorem igne fumum unq̄ uidit? sed fumus signum est præsentis ignis, & licet prior non sit, prior tamen apparet. Aug. fumū intelligit lachrymosam deprecationem pœnitentium, cum cognouerint, quid minetur impijs deus. Quem non repudiemus, sed augeamus, ut fumus sit & cōfessio foris peccatorum & omnia illa argumenta, quibus proditur interna conscientiæ fuga & angustia, sicut illi Act. ij. compuncti & conterriti uerbis Petri dixerunt: Viri fratres, quid faciemus? ijs enim uerbis significant, quid intus patiantur. Ascendit ergo fumus in ira eius, quia ira dei cognita per legem humiliat in profundum superbos, & ex eo profundo sursum fumum hunc pœnitentiæ suæ emittūt. II. Reg. xxij. dicitur: Ascendit fumus de naribus eius, & ignis de ore eius uorauit, ubi uitio scriptoris, uolauit nostri codices habent, in quo uidetur loqui de fumo irascētis, nō de fumo pœnitētis, Sed cū allegoriā tractet, conuenit, ut sicut os domini, os prædicantiū, & ignis ex ore eius, uirtus legis in peccatore dicit, ita & nares dñi ijdem prædicantes sint, q̄ per eos indicat & reuelat iram suā. Quare sicut ignis in peccatoribus uorat, licet de ore dñi procedat, ita fumus in eisdē ascēdit, licet de naribus dñi procedat, Neq̄ enim possibile est, historico & literali sensu, uel ignē de alicuius ore uorare, uel fumum de alicuius naribus ascendere, cū sternutans flatū potius demittat. Verū in hebræo utraq̄ dictio æquiuoca est, quam interpres uarie reddit, ut hic ignem exardentem & fumum iræ, quod illic ignem uorantem & fumū naris dicat. Ego dicerem, quod hoc psal. dicitur. Ignem ardentem & fumum iræ.

Inclinauit cœlos & descendit. Et caligo sub pedibus eius.

Hoc historia confitetur dicens, Cœpit nubes densissima operire montē, Et Deutro. v. & Heb. xij. eiusdem caliginis mētio fit, Dicitq̄, Exo. xix. Descēdit dominus super Sinai in ipso mōtis uertice, & uocauit Mosen in cacumē eius. Dionysius. Multi multa de ista caligine cōmenti sunt, præsertim Dionysius ille quisquis fuerit. Nos cœpto itinere, psequamur allegoriā nostrā, qua diximus, superbos humiliari per ministerium legis, idq̄ hoc loco tractari. Virtus itaq̄ legis & ira dei per eā reuelata, non sentit, nō conturbat fundamēta montium, nec tremefacit terram, nō succēdit carbones, nec deuorat peccatores, nec suscitat fumū, nisi domino ipso intus mouente, docente & incrementū dante, q̄ multi enim audierunt Iohannem Baptistam, Christum, Apostolos, fulgurantes & tonantes, tonitruis iudicij & iræ dei futuri, qui tamen indurati corde, sicut incus Behemoth, nihil sunt cōmoti, sicut multos uidemus, qui tonitrua corporalia contemnunt & rident, etiam si uideant alios eisdem exanimari.

Hoc est quod hic dicit, & illic figuratum est, ubi descendisse dñs super montem Sinai scribitur. Inclinauit enim cœlos, hoc est, Apostolos dimisit in mundum contra superbos filios Adam, Et ipse descendit, cooperans & confirmās sermonem eorum, sicut Gal. ij. dicit: Qui operatus est Petro in Apostolatu circūcisionis, operatus est & mihi inter gentes. Et caligo sub pedibus eius, id est, q̄ opera & uiæ eius cognosci non possunt: Hoc fit, dum alienum opus operatur, ut operetur opus suum, dum dānat ut saluet, dum conscientiā conturbat, ut pacifi- *Opera iustificationis contraria.*

ut pacificet, Contraria enim sunt opera iustificationis omni sensui humano qui sese humiliari & in nihilum redigi, per uirtutem legis non sustinet, qui non capit q̄p bene secum agatur, putat enim sese consumi, cum reuera oriatur sicut Lucifer, & dispergatur ut congregetur, euellatur ut plantetur, fide ergo opus est in ista caligine, sicut Iob. iij. Viro cuius abscondita est uia & circūdedit eum deus tenebris Hiere. x. Scio Domine, quia non est hominis uia eius, corripe me in iudicio & non in furore &c.

Et ascendit super Cherubim & uolauit.

Volauit super pennas uentorum.

De hoc nihil legitur in historia, nisi illud tangat, quod Exo. xxv. præcipitur Mosi, ut inspiciat & omnia faciat, secundū exemplar quod ei mōstratum erat in monte, inter quæ erant & Cherubim ex auro productiles, in quorum medio propitiatorium, unde loqueretur dominus ad Mosen, sicut ibidem dicit. quo simul propheta, præ ubertate uoluptatis, etiam mysteria tabernaculi copulat, cum mysteriis montis Sinai. Incredibile est enim, q̄p copiose colludant scripturarum mysteria & aceruatim irruant, si quando serenatis turbis periculorum, in libertate & gaudio spiritus homo uersatur, nihil enim tunc nō nouit, nihil non audet, omnia potest, quia unctio præsens docet eum. Visus autē scripturæ postea inualuit, ut deum appellaret, sedentem super Cherubim, ut psal. xcviij. Dominus regnauit, irascantur populi, qui sedes super Cherubim, moueatur terra. Et. lxxix. Qui sedes super Cherubim manifestare, coram Ephraim, Beniamin & Manasse (id est, super arcam, quæ erat ad occidentem, in quo tres illæ tribus locabantur) excita potentiam tuam.

Scripturæ mysteria colludunt.

Externum fidei memoriale.

Voluit enim dominus & ab initio semper id curauit, ut esset aliquod monumentum & signum memoriale externum, quo alligaret fidem credentium in se, ne abducerent uarijs & peregrinis seruoribus in spontaneas religiones seu potius idolatrias. Sic Gene. xxij. Mons Moria appellatur, id est, dominus uidebitur, q̄p illic respexerit ad oblationem Abrahæ. Et. xxxv. præcipitur Iacob, ut altare faciat deo, qui ei apparuerat in Bethel. Hinc Moses præcepit, ne locū, nisi quem dominus elegisset, sibi erigerent pro cultu dei, quod tamen, excelsis & lucis postea erectis, sæpius transgressi sunt: Ita & tabernaculum fœderis, propitiatorium, Cherubim, pro loco eis dedit, in quo eum inuenirent & inuocarent, quæ omnia in Christum figurata sunt.

Mysteria fidei nostræ.

Nos enim nunc locum non habemus, non tamen sine signis & monumentis sumus, ut sunt Baptismꝰ & Missa, sed nec ipsa ulli sunt loco affixa, Christus em̄ nunc ubiq̄ regnat, & ubilibet licet baptisari, prædicare & sacro pane uesci, quare nostrū propitiatoriū, noster Cherub, in abscōdito sunt, & mysterio uerbi fidei tantū cōprehendi possunt, Christus est propitiatoriū, ut Ro. iij. docet Paulus, Quē ꝓposuit deus, ꝓpitiatoriū in sanguine eius, in quo inhabitat omis plenitudo diuinitatis corporaliter. Et deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Duo Cherubim cum alis suis sese superne contingētibus, & ꝓpitiatoriū operientibus, in propitiatoriū mutuis uultibus prospicientes, Duo sunt testamenta, quorū alterum est uerbum legis, alterū uerbum gratiæ, quæ inter sese etiā aduersa uidentur, dum lex auget peccatū, gratia tollit, tamen in Christo conueniūt, quia quod erat impossibile legi, deus mittens filiū suum, damnauit peccatum de peccato, ut iustificatio legis impleretur in nobis.

Hoc uolunt

Cherub.

Hebraïst etiã, qui dicũt, Cherub significare multitudinẽ seu plenitudinẽ scientiæ, quod ministeriũ utriusq; uerbi, legis scilicet & ꝓmissionis seu gratiæ, si intelligãtur, omnia doceat. Equitat ergo seu uehitur dñs sup Cherubim in spiritu & ueritate, quando per fidem in nobis regnat, quæ ministerio utriusq; uerbi nobis paratur. Nã quod noster, ascẽdit super Cherubim, hebræus aptius dicit, uehitur seu equitat, ut uitale regnũ fidei in nobis exprimat, Nõ ergo nobis cherubin ulli loco affixus est, sed ubi ubi uerbũ fidei fuerit, ibi sup Che rubim sedet dñs per Christum & regnat in nobis. Vnde & in figura illud ser uatum est, q; super ꝓpitiatoriũ & cherubim, nihil erat positum, quod uideret, sed sola fide, credebatur illic sedere deus, & inde (inquit) loquar ad te: Ita nobis non nisi fide creditur, deus in Christo habitare, quod credimus testimonio Cherubim utriusq; testamenti, nec licet nobis undelibet expectare uerbũ dei, nisi ex isto propiciatorio Christo.

Idem uidetur per Tautologiam dici, Volauit super pennas uentorum seu spirituũ. De spirituali enim uento loquitur, quod est ipsum uerbũ spiritus, legem interpretans & gratiã demonstrãs. Hoc enim uerbum, sicut uentus uelociter uenit, spirãs ubi uult, uocemq; eius audis, & nescis unde ueniat aut quo uadat. Pennæ aũt horũ uentorũ, ipsa sunt uerba uocalia, in quibus uolant spiritus isti. Nã & gentes, suũ Mercurium, quo uolũt significari sermonem diuinũ, fingũt esse alatis pedibus, Adeo naturaliter insita est humanæ menti, allegoriæ affectio. Volat ergo super pennas uentorũ, id est, ministerio uerbi uocalis, quo fides docetur, uolat super nos, ut ubi sit uerbum uocale, spiritu fidei apprehensum, ibi sine dubio, dominus est & uolat super eos.

Mercurius.

Volare autẽ dicitur, cũ Cherubim ex auro producti non uolarẽt, quia uidit, alas nõ frustra Cherubim apponi in lege, cum alæ ad uolandum datæ sint, intellexit significari futurũ, quendã uolatũ uerbi per totũ orbem terrarũ, qui est ipsum ministeriũ uerbi, & sup hũc uolatũ, sup has pennas uolaturũ, & ubiq; uerbo suo præsentẽ futurũ dñm, sicut Marcus ult. dicit, Dño cooperãte & sermonẽ confirmãte sequẽtibus signis. Quare uolatus iste mihi uelocitatẽ uerbi per orbẽ significat, sicut & psal. cxlvij. dicit. Velociter currit sermo eius. Non solũ aũt hoc, uerumetiã, ut neq; uerbi, nec cooperãtis dñi quietẽ in Ecclesia significet: Nõ enim cessandum est unq; a uerbo, sed semper in usu, motu, uolatu esse deber, ut dominus ipse semper uolare, mouereq; in nobis fidem possit, qui & si omnia per se possit, nõ tamen nisi ministerio uerbi facere statuit, ut fidei locus sit & nostræ infirmitati consulatur, quæ ferre non potest diuina, nisi uerbo inuoluta, quo uelut in utero suo nos portat, ut Isa. xlvj. dicit.

Volatus uerbi dei.

Quare non spernendum est, quod uolandi uerbum geminauit, ut nos erudiret, spiritũ domini non ferri super aquas populorũ, nec præsenti numine regere, nisi eos, qui uerbo catechisantur, ut destrueret præsumptio humanæ uirtutis, & liberi arbitrij, commendaretur q; gratia & humanitas saluatoris nostri dei, in eos, qui audiunt uerbum dei & custodiunt illud, sic & Deutero. xxxij. scribitur. Dominus uolasse super populũ Iacob, sicut aquila prouocãs ad uolandum pullos suos & super eos uolitans. Si quis autem uolatum super pennas uentorũ petere uolet, ex historia montis Sinai, non magnopere cõtendo, potest forte dici, dominum quando in montem descendit, super pennas uenti uolasse, non enim monte ceu sustentaculo usus est, cum in aere potius substitisse dicendus sit, ut qui non portat ab ullo, sed portat ipse omnia uerbo uirtutis suæ, quod eo uolatu significatum sit.

Et posuit

Et posuit tenebras latibulum suũ, in circuitu eius tabernaculũ eius. Tenebrosa aqua in nubibus aeris.

Obscuritas fœcunda.

Quia obscuritas semper est fœcuda, sicut & imperitia, ideo prophera potest iterum uideri, gemellam figuram tangere & Sinai & tabernaculi, saltem parte priore, quæ de tenebris sanctisanctorum & tabernaculo uideẽ loquit. Q enim in sancto sanctorum nullum fuit lumen, significabat inhabitãte Ecclesiam suam deo per Christum, fidem esse in cordibus eorum, quæ nec comprehendit, nec comprehendĩ, nec uidet nec uidetur, & tamen omnia uidet. Est enim argumentũ rerũ, ualde quidẽ præsentiũ, sed nequaq; apparentiũ, sicut Aeca fœderis, erat præsentissime in sanctosanctorũ, nõ tamen apparebat. Ita tabernaculum eius fuit in circuitu eius, quia in medio sanctisanctorum ipse sedebat, quo significatum est, ut psal. xlv. dicit. Deum esse in medio Ecclesiæ suæ, ideo non posse eam cõmoueri, Quam & similes prophetias ex ea figura hauserũt.

Credendum corde.

Non enim deus in nobis regnat superficietenus, lingua & uerbo, sed in uirtute, nec sunt stabiles, qui in lingua & uerbo in eum crediũt, sed qui corde credunt, iusti sunt, in quorum medio ipse habitat, hi sunt fortes & adiuuantur in omnibus uultu dei (id est, præsentia dei) ut psal. xlv. Adiuuabit eam deus uultu suo, seu mane diluculo, id est, præsenti ualde numine & ipso uultu.

Sed ad montem Sinai quoq; ueniamus, de quo scriptum est q̃, descendente domino, mons operiri cœpit caligine. & ipse in uertice & medio mõtis, recte dicitur posuisse tenebras latibulum suum, quo eadem fides est significata, per quã habitat in medio Ecclesiæ suæ in cordibus nostris ubi non uidetur. Hæc autem tenebræ dum extra nos sunt, litera occidens est, terribilis prudentiæ carnis quæ uehementer exhorret occidi & tamen occidi oportet, sicut lex occidendã docet, ut cum Mose ascendat ad uerticem montis, ingresso in caliginem ad dominum, Neq; enim ad dominum intra caliginem uenitur, nisi mortificata per legem prudentia carnis.

Moriendum per legem carnis.

In circuitu suo tabernaculum, scilicet posuit, idem est per repetitionem, q̃q̃ in hebræo non sit præpositio, in, sed sic, circuitum suũ, tabernaculũ suum, hoc est, sicut posuit ut tenebræ essent latibulum suum, ita posuit ut & circuitus suus esset tabernaculum suum, quod mihi uidetur in eum sensum dici, quod fides seu Ecclesia fide sanctificata, sit illud in quo deus moratur, Nam ideo ponit tabernaculum suum, nõ nisi id quo circuitur, id est, clauditur & abscondit, sicut sanctosanctorum circũiebatur & claudebatur & in monte Sinai, nube & caligine circũiebatur. Et ualet aduersus personarum respectum, quod dicit, tabernaculum suum, esse id quo circuitur, quicquid illud tandem sit, nec nomẽ nec personam habet: Quicunq; enim eum circundant eiq; adhærent, siue gentes, siue Judæi, fiunt eius tabernaculũ, nõ est enim distinctio. Verum aspera (ut dixi) hæc carni ingressu ræ sunt, suauia spiritui ingresso. Nõ enim homo nisi per tenebras fidei, fides non nisi per mortificationẽ carnis ingreditur, unde tenebræ istæ donec sunt exteriores, mors & infernus sunt, ubi fuerint factæ interiores, uita & salus sunt. Litera enim opponit caliginem & crucem, sed spiritus fidei perrumpit & ingressus caliginem, inuenit dominũ, ideo qui fugit & horret caliginem, sicut populus Israel, excusans se ne fieret eis uerbum legis, non peruenit ad dominũ. nisi enim legem audieris quæ te humiliet & crucifigat, dominum intus cum Mose loquentem non audies, sed nec Moses ingrat nisi

uocante

ascante domino, sicut habent uerba Exodi.

Tenebrosam aquam in nubibus aeris. Hierony. in nubibus ætheris. Certe possent hebræo etiã dici, in nubibus nubiũ, utraq; enim dictio, nubem signi-ficat, densam & coactam nubẽ intelligamus, qualis est tẽpestatũ, Meliusq; ut accusatiuo, tenebrosam aquã & sine præpositione, In, hoc modo, Posuit te-nebras latibulum suũ, circuitum suum, tabernaculum suũ, tenebrosam aquã, nubem nubium, ut sequentia declarent præcedentia, ac si dicat, latibulum suũ uoluit esse tenebras, in quarum circuitu habitaret, quæ fuerũt aquæ illæ nigræ in densissima nube tempestatis, quibus omnibus significatur, mortificatio ue-teris hominis, quã in suis exercet per uerbũ legis dominus, & tamen hoc non facit crudeliter, cum sit prope omnibus, quibus hæc mala facit, ut benefaciat, ideo in circuitu suo fiunt. Quare licet passim, hãc tenebrosam aquam in nubi-bus aeris, speculationibus dederint in obscuritatibus propheticis, nos tamẽ cõ sequentiam uerborũ & sententiarũ obseruantes, per aquã tenebrosam, opus legis intelligimus, id est, mortificationes carnis, tristitias cõscientiæ, & iram iu-dicij, quibus caro affligitur, sicut & ad sensum, tenebrosæ illæ nubes tempesta-tum, a quibus sunt simul & tristes & molestæ. Nam & aqua & caligo, tristitiam, persecutionemq; significat in scripturis sanctis.

Nubes aũt nubium, seu nubes aeris, ipsi sunt Apostoli tristia mundo nunci-antes, dum omnes sub peccato cõcludunt per legis uerbũ, ipsi enim sunt cir-cuitus domini & in medio eorum ipse latet præsens & per eos operatur omnia in uerbo, sic Isa. v. de uinea domini, quam uocat Israel, dicit, Et nubibus meis mandabo ne super eam pluant imbrem. Et. xl. Qui sunt ij, qui ut nubes uolãt, & quasi columbæ ad fenestras suas? Sed dum atræ nubes soluuntur pluunt sa-lutarem imbrem, quæ prius nigredine sua minari uidebant interitum, ita præ-dicator legis occidit, & tamen uiuificat, ubi legem spiritualiter in Christo im-pletam docet. Frequens est allegoria ista nubium, & pluuiæ in scripturis pro ministerio uerbi.

Præ fulgore in conspectu eius, nubes transierunt,

Grando & carbones ignis.

Sensum huius uersus, quo præcedentibus cohæreat, fateor me prorsus non intelligere, Itaq; glosa mea prima esto, hoc uerbum, Nescio, Verum ut melio-ribus occasionem demus, in incertũ disputemus. Aug. & Hierony. intelligũt significari, transitum Apostolorum a Iudæis ad gentes, sed consequentiã non tradunt, qua hoc factum intelligatur a fulgore in cõspectu domini. Et ne pute-mus nos solos torqueri hoc loco, ipse Cassiodorus, præfulgore, putat unã esse dictionem numeri pluralis & referendam ad nubes, quasi præfulgidæ nubes dixeris, scilicet nihil mirum, nos labi quando tanti uiri, tam insigni lapsu, pene delyrant.

Delirabo & ego interim, hactenus nãq; ministerium uerbi cecinit, quo ad priorem eius partem, quæ est doctrina legis, qua, ubi præsens dominus coope-ratur, peccatores humiliantẽ, Nunc posteriorem & alterã partẽ canit, qua post uirtutem legis, uerbum gratiæ humiliatos exaltat & consolatur, ita erit sensus: Nubes illæ nigræ & terribiles, quibus per uerbum legis, ira dei reuelatur tran-seunt, prætereunt & euacuantur, præ nimio splendore & claritate, quæ in con-spectu eius est, hoc est, reuelatio & cognitio dei, qua cognoscitur eius miseri-

cordia, tam dulcis est, ut prior tumultus uerbi legalis amplius nō contristet.
Cognitio sui & dei. Sicut enim (ut Bernhardus ait) Cognitio sui, sine cognitione dei, desperatiōnē, ita cognitio dei, sine cognitione sui præsumptionē operatē, si modo cognitio dei dicēda est, quæ sine sui cognitione est, cū speculatiua tm̄ sit necessario.

Sic Paulus. ij. Cor. iiij. tribuit fiduciam & spem cognitæ gloriæ dei, dicens: Si ministratio damnationis in gloria est, multo magis abundat ministerij iustitiæ in gloria, nam nec glorificatum est quod claruit in hac parte, ꝓpter excellentem gloriam, habentes ergo talem spem, multa fiducia utimur. Et infrā: Nos autem reuelata facie, gloriam domini speculantes, in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem tanq̄ a domino spiritus. Videt Apostolum gloriam reuelatæ faciei enarrantem pene eadē uerba huius uersus ponere, præ fulgore cōspectus eius, Quid est fulgor conspectus eius, q̄ gloria seu claritas faciei reuelatæ dei?

Quid ergo est gloria domini? quid reuelatio faciei? diximus psal. iiij. & alibi,
Vultus domini super nos. Vultum domini & cōspectū dei super nos, & in cōspectu nostro positū, aliud nō esse, q̄ præsentem & ꝓpitium dominū habere, in eum cōsidere, & ut ipse habet scripturæ, nosse dominū, quod nō nisi per fidem fit in hoc seculo, Sic ex Hieremia Apostolus heb. viij. Et nō docebit unusquisq̄ proximū suū, dicēs, nosce dominū, Omnes enim scient me a minore usq̄ ad maiorem. Et Isa. xj. Quia repleta est terra, scientia domini, sicut aqua maris operientis. Hæc notitia dei lætificat cor, sicut notitia sui contristat, quia illa proponit misericordiā ante oculos, ut psal. xxv. dicit. Hæc peccatū contra nos ponit semper, & cogitare de peccato semper cogit, ut psal. l. dicit. Conspectus itaq̄ dei, est notitia reuelata dei, in qua uidetur gloria seu claritas dei. Gloria autem dei est nostra iustificatio, quam uidemus non esse currentis hominis, sed miserentis dei, unde
Gloria dei iustificatio nostra. non nobis, sed domino damus gloriam, qui, ut Apostolus dicit, Omnia facit in laudem gloriæ gratiæ suæ, ut qui gloriatur in dño glorietur, euacuata penitus nostra gloria, reuelataq̄ ignominia nostra per uerbum legis.

Transitis autem nubibus istis, & satis humiliatis peccatoribus per peccati cognitionem, ministerio legis paratam, & in cōspectum dei adductis, ubi gloriam gratiæ dei agnoscentes pacificantur exultant & laudant, simul transeunt & grando & carbones ignis: sic enim ego arbitror, ad uerbum, transeunt, resē-
Grando. rendas esse & nubes & grandinem & carbones ignis. Grando autem, allegorice, dura & aspera legis uerba significat, siue, ut alibi dicit, increpationes in populis. Ignitos autem carbones, quos idiotismo hebræo carbones ignis uocat, intelligimus uel eosdem quos supra dixit, succensos esse ab igne, ipsos scilicet peccatores angustiæ, igne exustos, siue eadē legis uerba, quibus ignis illæ pœnitentiæ in conscientia succēditur, Quod magis probo, omnia enim illa transeunt, ubi dulcis misericordiæ dei notitia reuelata fuerit, Tum enim nubes prius odiosæ, fiunt gratæ, & prædicatores legis, quos abominabamur, diligimus, & uerba eorum dura & urentia tandem probamus: Non secus atq̄ parunulus pedagogū suum & disciplinam eius odit, donec hæreditatem adeptus, intelligat, quæ fuerit duri pedagogi utilitas, quo paradigmate ad Galatas Paulus utitur, non inepto ad hunc locum intelligendum.

Hæc omnia puto prophetam accepisse ex ea parte historiæ, ubi scribitur Moses ascendisse in montem, & ingressus fuisse caliginem, scilicet in conspectum domini. Neque enim coram domino hanc tempestatem fuisse, sed in circuitu eius duntaxat, intelligimus, ut & uersu præcedente dixit, Sicut ergo Moſi ingredienti

gredientiũ in conſpectum dei, gloria domini apparuit, unde & retulit ex eodẽ conſortio ſermonis domini, gloriam uultus ſui, ut Exo. xxxiiij. ſcribitur, ſimul radiãdo & carbones igniti tranſierunt, & iam in eius conſpectu non fu mus præfulgore conſpectus dei. Ita & nobis, docente Apoſtolo, reuelata fa/ie domini gloriam ſpeculantibus, & in eandem eodem claritatis conſortio, imaginem transformatis, multa eſt ſpes & fiducia, ceſſat exactor, ſuperatum etiam oneris eius, ſceptrum exactionis eius & uirga humeri eius, per par/ uulum, qui natus eſt nobis & filium qui datus eſt nobis Iſa. ix.

Iterum hic propheta, uel auget hiſtoriam, uel proprio ſpiritu allegoriam lu/ dit. Non enim expreſſe legimus in Exodo, grandinem & ignitos carbones in monte Sinai de cœlo miſſos, ſed quia ualida tempeſtas fuit, intelliguntur, & ibi ignis, grando, nix, ſpiritus procellarum, nõ minus mixta fuiſſe, q̃ in Aegy/ pti plagis mixta fuerunt, cum utrobiq̃, idem legis officiũ figuratum fuerit.

Hæc pro meo captu dixerim, alius abundet ſuo ſenſu, nam uerbum, tranſi/ ens ſignificare mutationem, illud Matth. xxiiij. probat. Cœlum & terra trã/ ſibunt, uerba autem mea non tranſibunt, quam ſignificationem hoc tempore & loco apprehendi. Q; ſi quiſpiam uolet intelligi: Nubes, grandinem, carbo/ nes, tranſire præ claritate conſpectus dei, id eſt, uerbum & increpationes legis ualere & pertingere nec impediri, quin efficiant id in peccatoribus, propter q. od prædicantur, ob præſentiam gloriæ dei prædicatæ, quæ confundit ſuper/ biam hominum, ſicut pſal. lxxvj. uidetur loqui. Etenim ſagittæ tuæ tranſeunt, non damno, poteſt & hic tranſitus, pulchre quadrare præcedentibus & ſequẽ tibus, quo efficacia uerbi monſtret, ut Heb. v. uiuus & efficax eſt ſermo dei, & penetrantior omni gladio ancipiti, nec meũ eſt diffinire, utra ſentẽtia præſtet.

Et intonuit de cœlo dominus, & altiſſimus dedit uocem ſuam.

Grando & carbones ignis.

Hic uerſus propecogit, poſteriorem ſententiam præcedentis uerſus acce/ ptari, tamen utranq̃ uideamus, de priore prius, Ex hiſtoria uidetur illud refer re, quod Exo. xix. ſcribitur, Dominus reſpondiſſe Moſi loquenti, deinde uo/ ces auditas & dominum locutum, decem præcepta. Quorum allegoria eſt, ſo/ lius domini uoce impleri legem, Quid eſt enim Moſen loqui, & dominum re ſpondere? niſi per Moſen legem dari, per Chriſtum autem, qui legi reſponde/ at & eam ſolus impleat, gratiã & ueritatem fieri, ut Iohan. j. dicit: Lex per Mo/ ſen data eſt. Gratia autem & ueritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Intonat er/ go de cœlo dominus, id eſt, de choro Apoſtolico prædicat uerbum gratiæ, & idem dat uocem ſuam, per repetitionem dictum, Vox enim domini, uox uir/ tutis eſt, ut pſal. xxiv. uidebimus, & pſal. lxvij. Ecce dabit uoci ſuæ, uocem uirtutis.

Qua figura & pſal. cxlvij, pulchre ludit. Qui dat niuem ſicut lanam, nebu/ lam ſicut cinerem ſpargit. Mittit criſtallum ſuam (id eſt, grandinem) ſicut buc/ cellas, ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit? Emittet uerbum ſuũ & lique/ faciet ea, flabit ſpiritus eius & fluent aquæ. Quibus omnibus ſignificatur, mi/ niſterium prædicationis, quod aſperum eſt priore legis, dulce autem poſteri/ ore uerbi officio. Hoc ſenſu, oportet, Grandinem & carbones ignis alia ſigni/ ficatione accipere q̃ præcedente uerſu accepimus, nam illic aſpera & urentia legis uerba diximus, hic iucunda & refrigerantia ſignificari, dici oportebit.

Quod &si aliquo studio possimus utcũq; asserere, ut uerbum gratiæ asperum sit urens carni & sanguini (Nescit enim homo precium eius, sicut Iudæis Iohan. vj. Sermo Christi, qui erat sermo uitæ, durus erat & sermo mortis, Et Paulus fatetur sese esse bonum Christi odorem, alijs tamẽ in uitam, alijs in mortẽ) apparet tamen esse uiolentum & coactum.

Erit ergo tunc uerborum ordo: Dominus dedit uocem suam, quæ est grando & carbones ignis, id est, aspera & urens, deus enim noster ignis consumens est, immo ut Hiere. xxiij. dicit: Nonne uerba mea sunt quasi ignis, dicit dominus, & quasi malleus conterens petram? Quare & alteram sententiã, sub uno dicium cuiusq; tractemus, ubi & si satis in præcedentibus dixerat, terram commotam, fundamenta cõcussa, irascente domino, & ipsum uolasse super Cherubim, & alia, quib⁹ uirtus uerbi legis declarata est, & præsentia domini in ministris uerbi, tamen hocipsum etiam his uersibus tractat idem inculcaturus & explicaturus, dicẽs, Nubes ipsas præfulgore eius fuisse efficaces & dñm in eis de cœlo tonasse, dedisse uoces suas grãdineas & igneas, ne id operis, quod lex minando, terrendo, turbando, iurgando, increpando, arguendo, urendo, & cõsumendo (hæc enim omnia uidimus in his uersibus dari ministerio legis) operatur, ipsis nubibus, Apostolis & prædicatoribus tribuat, sed soli dño, qui dat nubes, grandinẽ, ignitos carbones trãsire, ipse enim dat hanc uocem suam de cœlo. Sic enim & in historia legimus, fuisse sonitum tempestatis, ante uocem buccinæ, ut clarior & clarior legis intelligentia detur, assiduitate docendi.

Patet ergo & translatores nõ intellexisse hos uersus, dum per soloecũ uerterunt, dedit uocem suã, grando & carbones ignis, Vbi uertendum erat, uocem suam, grandinẽ & carbones ignis in accusatiuo, a uerbo, dedit, pendente, ubi siue uocem distinguas a carbonibus & grandine, siue coniungas, nihil refert. Modo per utrũq; intelligas uocẽ prædicationis, quæ ut uaria est & uarijs affectibus seruiens, ita numerosis illis cœli impressionibus figurat, ut sunt, stellæ, pluuiæ, grando, nebula, nix, fulmen, fulgura, & omnibus quæ e cœlo labi possunt, siue uiuificãtia, siuẽ mortificãtia, quorũ priora uerbo uitæ, posteriora uerbo legis accomodanda sunt: Cœli eñ sunt Apli, ut sequẽte psal. uidebimus.

II. Reg. xxij. Non nihil uariant hi uersus, sic enim leguñ. Posuit tenebras in circuitu tu suo latibulum suum (ubi omittit latibulum suum, & pro tabernaculum suũ, latibulũ suum ponitur) cribrans aquas de nubibus cœlorũ (pro densitas a quarũ in nubibus nubium, densæ enim nubes cribrare uidẽt aquas) Præfulgore in cõspectu eius, trãsierũt carbones ignis, (pro quo noster textus, ibidem habet, præ fulgore in cõspectu eius nubes, succẽsi sunt carbones ignis, nubes enim superfluũt, & succẽsi sunt, idẽ uerbũ est, quod transierũt, utrũq; significans) Et intonuit de cœlo dñs & altissimus dedit uocẽ suã (ubi nõ repetitur, grando & carbones ignis) Quã diuersitatẽ, ociosis & studiosis relinquo.

Et misit sagittas suas & dissipauit eos.

Fulgura multiplicauit & conturbauit eos.

Euidens est allegorice prophetam loqui de sagittis, cum nihil in historia de eisdem legatur, quare sagittas appellat ipsa fulmina, de quibus dicit, Exo. xix. Et cœperunt micare fulgura, sic & psal. lxxvj. uocat, Et enim sagittæ tuæ transeunt, uox tonitrui in rota. Hinc uerba, quibus configitur conscientia, sagittæ uocantur, psal. xxxix. Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi. Et Iob. vj. Sagittæ

gitæ domini in me, quarum indignatio ebibit spiritum meum, & terrores domini militant cõtra me. Multa de sagittis eiusmodi passim legimus, ut & psal. xvij. sagittas suas ardentibus esse cit.

Sunt ergo ista fulgura, fulmina, sagittæ, eadem uerba legis, terrentia, turbãtia & configentia cor peccatoris, perseuerat enim propheta ad huc, in explicãdo & inculcando officio legis. Vnde & hic uersus, argumento est, uersus prædentes, posteriore sententia intelligendos esse de ministerio uerbi legalis, magis ꝙ de uerbo gratiæ, ut stet ratio consequentiæ: Diximus enim, uerbum legis esse uarium & multiplex in opere suo, quod in corde peccatoris operatur, terrendo, minãdo, arguendo, urendo, &c.

Ideo & uarijs in Sina monte symbolis tempestatis, & hoc alijsq; locis, uarijs uerbis tempestatis, explicatur, quæ omnia magis ac felicius experientia intelligantur, ꝙ uerbis edisserantur, quando quidem & propheta quasi suis uerbis ea nequierit consequi, ad historiam sese recepit & allegoricis uerbis uoluit indicare magis ꝙ explicare.

Quare & nos, si alia non possumus complecti, hoc simus contenti, uniuersa illa tempestate montis Sinai & omnium uerborum, quibus illa refertur, no bis tradi totum illum tumultum, quem suscitat uerbum dei, in corde peccatorum, quo ad odium sui & mundi mutantur, salubriterq; occiduntur. Hæc enim sunt bella domini uirtutum, qui de cœlo dimicat contra eos, sicut Iudit. v. dicit Dibora. Vt stet summa, scopus & intelligentia huius psalmi in hoc, quod Christus passus, resuscitatus, per spiritum sanctum predicatus, creditus & cultus, humiliat superbiam mundi. Hic est enim summarius & breuis intellectus huius totius psalmi, ut facile quiuis intelligit, qui obseruat.

Dicit autem, dissipauit eos, hoc est, dirupit atq; diuisit, non enim uenit pacẽ mittere sed gladium, quo non modo a domesticis suis, sed etiam a seipso diuideretur homo odio animæ suæ in hoc mundo. Et fulgura non tãtum misit, sed multiplicauit, ut multitudine prædicantium mundum tumultu crucis inuolueret, sic & psal. lxvij. Dominus dabit uerbum Euangelisantibus uirtute (exercitu) multa, Mittã, inquit, piscatores multos & piscabuntur eos. Salutaris ergo dissipatio & conturbatio ista, qua ad ueram unitatem & pacem ducuntur. II. Reg. xxij. sic dicit. Et misit sagittas suas & dissipauit eos fulgur & consumpsit eos. Aliqui per fulgura, intelligũt miracula, quibus domin⁹ sermonẽ Apostolorũ confirmauit, quos permitto in suo sensu abũdare, neq; enim inepte dicit.

Et apparuerũt fõtes aquarũ, & reuelata sũt fundamẽta orbis terrarũ,
Ab increpatione tua domine: Ab inspiratione spiritus iræ tuæ.

Hoc ad historiam nullo modo pertinere potest, in qua nihil de fontibus aquarum, & fundamentis terrarum dicitur, nisi illud Exodi. xv. alliget: Venerunt in Helim, filij Israel, ubi erant duodecim fontes & septuaginta palmæ, quibus figurati sunt duodecim Apostoli & septuaginta discipuli Christi, cõmuni omnium iudicio, ut sic propheta, totius exitus historiam, carptim tractet & pro libertate spiritus sui, mysteria noui testamenti cantet. Reuera enim, per ministerium uerbi, cognouit mundus, Apostolos esse fontes aquarum, principes orbis terrarum, sicut promissum erat Abraham & semini eius. Sic & psal. xliij. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos, principes super omnẽ terrã. Idẽ psal. lxvij. dicit: In Ecclesijs benedicite domino, de fontibus Israel.

Apostoli & libri apostolorum idem.

Siue ergo, uiuos Apostolos & prophetas, siue eorum libros intelligamus, idem erit. Sicut enim Apostolos & prophetas, nemo tales ac tãtos iudicasset, nisi eos dominus, per uerbi ministerium & miraculorum uirtutes reuelasset, & magnificasset, ita nec libros & intellectus eorum, nisi reuelante spiritu Christi, ullus talis ac tãtos arbitraretur, qui fontes & fundamenta essent terrarum. At intellectus & sensus Apostolicus, optimum; quod in Apostolis fuit esse recte creditur, ut nihil sint, reliquiæ uestium, ossium, locorum, quæ simplicis uulgi fidem utcunq; alunt, ad reliquias librorum seu potius sensus, qui nullis libris relinqui potest, sed solius spiritus beneficio seruari in cordibus fidelium suorum. Hæc sunt fundamenta, de quibus Paulus Ephe. ij. dicit. Iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici dei superædificati supra fundamentum Apostolorum & prophetarum.

Quare & hic uersus, pars argumenti est, prophetam hoc psalmo loqui in spiritu, & de historia, sumptam allegoriam literaliter tractare, in Christo.

Hoc totum autem factum dicit, non arbitrio humano aut prouidentia nostra. Quis enim uerbo suo tãtam uirtutem unq; tribuit, ut hæc fierent, quæ ministrato Euangelio per mundum, facta sunt, incredibilia magnalia dei, hoc psalmo prædicta & nũc impleta? Facta ergo sunt hæc, ab increpatione tua domine, quia increpasti gentes & periit impius, salubriter increpati, in melius sunt mutati, sic Iohan. xvj. Ille arguet mundum de peccato. Et Ro. xj. concluſit enim deus omnia sub incredulitate, ut omnium misereatur, Et. iij. ut obstruatur omne os, & subditus fiat mundus deo, quia ex operibus legis non iustificatur omnis caro, coram illo.

Increpatio sa lubris.

Altera pars uersus, ab inspiratione spiritus iræ tuæ, sic enim in hebræo distinguitur, Spiritum iræ dei componit cum inspiratione, qua uiuificatur homo uel animal uiuum, ut Gen. ij. Spirauit in faciem eius spiraculum uitæ. Nonne spiritus iræ potius occidit, q̃ inspiret uitam? Ita sane, spiritus est qui arguit mundum de peccato & reuelat iram dei super omnem hominem, ut Ro. j. dicitur, sed hoc ipso illis, qui hac ira humiliãtur, inspirat uitam gratiæ, Sic Isaiæ. xj. Percutiet terram uirga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impiũ.

Habemus ergo ministerium prædicationis Ecclesiasticæ hic descriptum, & fructum resurrectionis Christi crucifixi, quæ omnia per spiritum sanctificationis facta esse dicit, quemadmodum & Paulus Ro. j. loquitur, insuperscriptione sua, qua breuissime & pulcherrime, omnia comprehendit, quæ de ministerio uerbi & fructu resurrectionis Christi, hoc psalmo dicta sunt, ut facile est uidere diligenter utraq; conferenti & obseruanti.

Misit de summo & accepit me: Et assumpsit me de aquis multis.

Cum in superioribus, Christus confessus sit, sese passum, clamasse & exaudiũ, deinde miracula per resurrectionẽ suam per orbem, uerbi ministerio, facta, cecinerit, merito quæritur, cur denuo glorietur se assumptum de multis aquis, Nec enim postq; suscitatus & prædicatus est, de aquis assumptus est. Ego non arbitror, reuerti eum ad id quod cœperat de sua liberatione, quasi de mirabilibus uerbi prædicta interseruerit: Sed pro simplici ratione consequentiæ, opinor eũ nũc loq in psona Ecclesiæ suæ. Postq; em̃ prædicatũ est uerbũ Crucis, turbati peccatores & ad fidẽ cõuersi fuerũt, mox cœpta est persecutio, prima omnium apud Iudæos, donec ad gentes ire cogerentur Apostoli, propter incredulitatem & furorem eorum.

Quare cã

Quæ eã ipsam historiã hic canit, quã de apl̃is & fidelibus in actis Lucas scribẽ, id qđ pulchre colludẽt sequẽtia, ubi populũ humilẽ opponit, superbo populo Iudæorũ & gentiũ obedientiã cõtra illius inobedientiã iactat, & cõ fiducia dicit in gẽtibus, qđ utiq; nõ in persona ꝓpria põt intelligi dictũ. Fa/ ciẽt hoc aliquid ad rẽ ꝙ ab hoc uersu, in finẽ psalmi ferme oĩa uerba sunt futuri tẽporis, cũ hactenus fuerint præteriti, Vt Christũ de Ecclesia & in Ec/ clesia loquẽtẽ intelligamus. Nã & Act. ix. Christus de cœlo ad Paulũ dixit. Saule Saule, quid me ꝓsequeris? cũ tamẽ solũ Ecclesiã Christi ꝓsequereť. Sic & .iiij. Regũ. xix. in regẽ Sennacherib dicit dñs, habitaculũ tuũ & egressũ tuũ, & introitũ tuũ & uiã tuã ego prescíui & furorẽ tuũ contra me. Insanisti in me, & superbia tua ascẽdit in aures meas, cũ tñ populũ Israel persequeretur. Hinc psal. lxxxij. audet dicere: Quoniã inimici tui dñe sonuerũt, & qui ode rũt te extulerũt caput. Et tñ sequitur, Super populũ tuũ, malignauerũt cõsiliũ. Hoc enim ꝓmisit Exo. xxiij. Inimicus ero inimicis tuis. Et Zach. ij. Qui tãgit uos, tãgit pupillã oculi mei. Et Geñ. xij. Maledicã maledicẽtibus tibi.

Christus in Ec/ clesia loquitur.

Dicit itaq; Christus in persona Ecclesiæ suæ ex Iudæis collectæ. Mittet de summo & accipiet me, & assumet me de aquis multis. Hoc fecit, qñ spíritũ san ctũ de cœlo misit & cõgregauit sibi de Iudæis furibũdis, quotquot prædina/ uerat. Aquæ eñ multæ, hoc loco, populi Iudæorũ sunt, ut Apoca. xvij. Aquæ, quas uidisti, populi sunt & gẽtes, quæ & multis alijs locis scripturarũ, allegori/ ce, populos significant. Necq; eñ hæc uerba accipiendi, ereptionẽ a malis sig/ nificãt, id qđ sequẽs uersus dabit, sed electionẽ & separationẽ ab alijs, ut de Enoch. Geñ. v. Quia tulit eũ dñs. Et. xx. propter mulierẽ quã tulisti. Videťq; propheta alludere ad illud Exodi. ij. Vocauitq; nomen eius Moses, dicẽs, quia de aqua tuli eũ. idẽ eñ uerbum, Masa, hoc loco, quod illo, ponitur. Et Moses figura fuit eorum, qui de aquis sumuntur, id est, de cæteris eligunť, Vnde Mo ses, interpretaťnõ a Moys quod est aqua, ut somniãt quidam, sed ab assumen do, assumptus seu extractus, quia de aqua sumptus est.

Aquæ, populi

Eripuit me de inimicis meis fortissimis.

Et ab ijs qui oderunt me, quoniam confortati sunt super me.

Eripiet (ut dixi) hebræus, ut Ecclesiæ uocẽ agnoscas per Christũ, prædictæ. Sunt autẽ uerba fiduciæ & spei in deũ, quia inimicos fortiores & osores & ro/ bustiores se fore ꝓfiteť, ut desperãdũ esse nobis sciamꝰ de humano q̃cũq; præ sidio, qui Christiani esse uolumus, Nõ eñ brachio seculari & fulminibus ua/ nissimis Idolorũ istorũ defendiť Ecclesia uera & germana, sed fictitia ista, & quæ nomẽ Ecclesiæ ostẽdit, uirtutẽ aũt eius negat. Legimus aũt actis Aposto lorum, ꝙ ferox & potens fuerit populus Iudæus cũ suis principibus in Apłos & discipulos dñi, Verũ liberati, glorificabãt deũ, & uel in uno Paulo cõuerso hunc uersum impleuerunt.

Prævenerunt me in die afflictionis meæ:

Et factus est dominus protector meus.

Explicat modum ereptionis, qui fuit, ꝙ in medio persecutionis nõ deseruit Ecclesiã, sed affuit protegens eã, ne fortiores hostes, eam extinguerẽt, nec hoc solũ, sed eduxit quoq; eã in latitudinẽ, ut se quens uersus docet. Hoc est, quod dicit, in die afflictionis, id est, nec in ipso tempore persecutionis, quãdo uide/

bar penitus derelicta, & illi superiores, me dereliquit, sed protexit me. In quo iterum fides commendatur nobis, esse rerum nō apparentiū, sed oportere nos credere tūc esse, præsente domino, fortissimos, quādo sumus omnibus inferiores, sicut Paulus dicit. Cum infirmor, tunc fortior sum. Et Iohel. ij. Infirmus dicat, quoniā fortis sum. Non enim hoc prudentia carnis capit.

Et eduxit me in latitudinem,

Saluum me fecit, quoniam uoluit me.

De angustia afflictionis educet in latitudinem consolationis. Sic Paulus. ij. Cor. j. Benedictus deus & pater dñi nostri Iesu Christi, Iqui consolatur nos in omni tribulatione nostra &c. Latitudo enim & angustia, allegorice, consolationem & tribulationē significant psal. iiij. In tribulatione dilatasti mihi. Tristitia siquidem cōtrahit, gaudium dilatat cor & frontem, Prouer. xv. Cor gaudens exhilarat faciē, in merore animi deiçit spiritus. Et. xvij. Animus gaudēs ætatē floridā facit, spūs tristis exiccat ossa. Et secura mens quasi iuge cōuiuiū.

Latitudo, angustia.

Saluū me fecit, Melius Hierony. liberabit me, Item, quoniā uoluit me Hierony. quia placui ei. Est aūt sensus: Voluntas & beneplacitū suum in me fuit, sicut de Christo dicitur Matth. vj. Hic est filius meus dilectus in quo mihi cōplacui. Et Lucæ. ij. Et in terra pax hominibus bonæ uoluntatis, id est, beneplaciti. Est aūt purissima confessio, fidentissimaq; gratitudo in eo uerbo, fecit mihi hæc dominus, nō quia digna, aut ullis operibus merita fui, sed gratuita sua misericordia, quia sic placitū fuit ante eum, ut humilia respiceret & liberaret, ut non glorietur coram eo omnis caro, sed qui gloriatur in dño glorieť, quia non currentibus nobis, sed cōplacente & miserente illo, salui erimus.

Confessio purissima.

Et retribuet mihi dominus secundū iustitiam meam.

Et secundū puritatē manuū mearū retribuet mihi.

Oportuit & hoc uerbum, retribuet, in præterito, similiter cæteris, aut cætera quoq; in futuro, reddi, ne intelligētia & ordo confunderet. Hic em̄ sese Ecclesia cōparat impiæ synagogæ, cuius cōparatione digna fuit, liberari & educi in latitudinē, & si in cōspectu dei nō haberet, in quo gloriareť, nisi gratuitū beneplacitū dei, Quo affectu, uidimº & psal. vij. &. xvj. peti iudiciū a deo super iustitiā, Etsi em̄ nos nō nisi accusatione nostri, coram deo iustificamur, tamē impij multis modis nobis iniuriā faciunt, præsertim in uerbo dei. Hoc est, quod hic allegat iustitiā suā, ꝓpter quā sibi retributā gloriať liberationē ab inimicis. Aliud est em̄ iudiciū inter deū & nos, aliud inter nos & impios aduersarios, de qua re, inter Iob & amicos suos grandis disputatio est, uolētibus illis, hominē posse eo peruenire, ut & iustus corā deo sit, si corā hominibus nullo sit peccato pollutus, ille cōtra, iustitiam corā hominibus arrogat, sed coram deo peccatorem sese confitetur, cui omnes peccant & egent gloria dei.

Iob & amici disputant.

Diximus psal. xcij. retributionem in scripturis magis sonare, mutationem passionis ꝙ dignitatem meriti: Nihil enim sunt merita nostra apud deum, sed ipse gratuita misericordia, dum reddit, mutat nostram tristitiam in gaudium, angustiam in latitudinem, sicut dicit Isaiæ. lxj. Vt darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis, pro spiritu mœroris. Caueamus ergo, iustitiam meam & puritatem seu innocentiam manuum mearum, ab Ecclesia iactatas intelligere, coram deo, sed impij, in Ecclesiam peccata sua confi

Retributio meriti quid sint.

tentem,

rentem,ijsqui sunt,qua iustitia meretur recipere contraria q̄ ab impijs patiē, & impij contraria q̄ sperant,Sic Deutro.ix.prohibet dicens: Ne dicas in corde tuo,cum deleuerit dominus deus tuus eos in cōspectu tuo,propter iustitiā meam introduxit me dominus,ut terram hanc possiderem,cum propter impietates suas istæ deletæ sint nationes:Neq; enim propter iustitias tuas & æquitatem cordis tui,ingredieris,ut possideas terras eorum,sed quia illæ impiæ gentes introeunte te,deletæ sunt,ut compleret uerbum suum dominus, quod iurauit patribus tuis Abraham, Isaac & Iacob: Scito ergo q̄ non propter iustitias tuas dominus deus tuus dederit tibi terram hanc optimam in possessionē. Gloriari ergo aduersus impios, de iusta causa possumus & debemus,sed corā deo subdi & taceri eiq; soli gloriā tribuere oportet. Arbitror autem,iustitiam meam,pertinere ad patientiā,puritatem manuum ad innocentiam,hoc est, quod inique est læsa,mala ferens propter iustam causam,& nulli malum reddens aut faciens,propter iniuriā, hoc ipso scilicet meritā educi in latitudinem, quia placitum est domino, pro sua gratuita misericordia,in talibus hominibus.

Quō gloriandum.

Quia custodiui uias domini
Nec impie gessi a deo meo.

Perstat in comparatione sui ad synagogam,ut probabunt sequentia. Iusti enim & si in carne sua peccatum habent,& corpus eorum propter peccatū sit mortuum, Spiritus tamen uiuit propter iustificationē, ut Apostolus Ro. viij. dicit. Contra,impij,in carne sua iustitiam suam ostentant,in spiritu tamen eorum est dolus,propter impietatem. Ita iusti foris agunt ut peccatores,intus uero sunt iusti. Impij autem foris sunt iusti, intus peccatores. At nulla cōparatio spiritus (quæ est impietas) ad peccatum carnis (quæ est rebellis concupiscentia) Ita nulla est comparatio iustitiæ carnis (quæ est operatio legis) ad iustitiam spiritus (quæ est fides in Christo.)

Impij & iusti intus & foris.

Hoc est, quod hic dicit,sese custodire uias domini, Quo autem modo custodiuntur: In spiritu,non in carne,fide,non operibus,gratia, nō libero arbitrio. Ideo adiūgit, Nec impie gessi a deo meo,id est,hæc est custodia uiarum domini,non esse impium in deū. Impietas autem (ut sæpe dixi) incredulitas est, quæ per sua opera nititur iustificari, quæ ubi fuerit, nulla est custodia uiarum domini. Hebræus simplici dictione, רשעתי Rasathi dicit,id est,si liceret dicere, Impiaui, impius fui a deo meo. Impietas autē est discessio & declinatio a deo, Sicut psal. xiij, uidimus. Et Hiere. xvij. Maledictus uir qui confidit in hominē, & recedit cor eius a deo, Ideo hebraico idiotismo dicit, nec impius fui a deo meo, non recessi a deo meo per impietatem.

Cum ergo tam magnum sit peccatum impietatis collatum reliquijs concupiscentiæ in carne piorū, recte gloriatur Ecclesia, se non transgressam uias domini, nec impiam fuisse in eum, sicut sunt aduersarij eius, qui tamen propter iustitiam & zelum dei, in eam ferociunt.

Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo,
Et iusticias eius non repuli a me.

Sugillat im-

Sugillat impios, de quibus psal. ix. Auferuntur iudicia tua, a facie eius, Tabefuit & æmula eius synagoga, quæ omnium maxime uideri uoluit, iudicia dei se ante oculos habere, nō repellere iustitias eius a se, quin Ecclesiam hostium o minis ream faciebat semper, Quæ concertatio manet, donec caro & sanguis manet, cuius prudentia, dum iustitiam spiritus non capit, & suam angui nō pe titur, Contra prudentia spiritus, iustitiam carnis laudari non patitur, & intrinsecus fidei prædicat, fit, ut perpetuo bello conterantur hi duo paruuli Esau & Iacob in utero Rebeccæ.

Beatus ergo uir, qui meditatur in lege domini, die ac nocte, hic enim semper conspectum suum habet, omnia iudicia dei, nec repellit a se iustitias eius (Heb. iustificationes eius) hic est, qui custodit uias domini, quæ in iudicijs & iustitijs eius præcipiuntur. Haberi autem in conspectu iudicia dei, indicat ea diligi: Vbi enim est thesaurus tuus, ibi & cor tuum erit. Matthæi. vj. Opus autem habemus assidue, legem dei ante oculos nostros uersare, quia multis curbamur & distrahimur rebus & casibus, Hoc tamen sua sponte faciet, uolūtas in lege domini, quæ nisi adsit, cito prosciemus retrorsum sermones domini, ad quod mox sequitur, neglectus uiarum domini, & impietas in deum &c.

Iudicia & iustificationes. Iudicia & iustificationes, hoc loco, sic differre credo, ut iudicia ad prohibitiones pertineant, quibus iudicatur uetus homo, & iustificationes ad præcepta, quibus iustificatur spiritus, nouus homo.

Et ero immaculatus cum eo.

Et obseruabo me ab iniquitate mea.

Hic plane confitetur, reliquum ueteris hominis, contra quod se pugnaturum promittit, sicut Apostolus Gal. v. & Ro. viij. & alijs locis docet mortificare carnem & membra, quæ sunt super terram. Itaq; custoditis omnibus uijs domini & euitata impietate, semper manet negotium crucifigendæ concupiscentiæ in nobis, quo emaculemur & renouemur de die in diem corā deo, & obseruemus nosipsos ab iniquitate nostra, ne nos superet, peccatum enim non nobis dominabitur, quia sumus sub gratia, nec concupiscentijs carnis obediemus, ut regnet peccatum in mortali nostro corpore, licet non cesset sollicitare, ut regnet & dominetur.

Crucifigenda semper caro.

Hanc renouationem assiduam & obseruantiam peccati, impij cōtemnūt, mundi enim sibi uidentur, quia iudicia & iustitias dei non habent in conspectu suo, nec intelligunt q̄ grandem & absolutam munditiam exigant. Emphasin etiam ob eandem causam addit, cum eo, id est, corā eo. Nam impij, qui has maculas contemnunt, immundi fiunt, de die in diem coram domino, hoc ipso q̄ mundissimi coram seipsis & hominibus sunt. Dictionem, עון On, quā hoc loco, iniquitatem reddidit, nondum habuimus, nescio qua ratione ducer nam ab alijs nominibus iniquitatem significantibus. Libenter ego, opera carnis eo significari admitterem, ut ad originale peccatum referat, ut sit, On, malum quod effrenis cōcupiscentia perpetrat, hoc est, quando peccatum regnat & dominatur, in opus proruens. Cætera enim uocabula, magis legem prohibentem, q̄ originem mali furentem respicere uidentur, sic psal. l. Ecce in iniquitatibus conceptus sum &c. Quæ si uera essent, ualde nostro proposito commoda forent, ubi Ecclesia se custodire proponit, ne peccatum reliquum in carne, prodeat in opus.

Et retri-

Et retribuet mihi dominus secundū iustitiam meam,

Et secundū puritatem manuū mearum, in conspectu oculorū eius.

Repetit idem quod dixit supra, ut clarius dicat, & plura addat, Hoc totum, in
detestandos impios, qui & hæc non credunt & longe alia de se opinantur: Perpe
tuo enim fugillat ex obliquo impiam synagogam, quæ est generatio illa, quæ
sibi munda uidetur, & tamē nō est lota a sordibus suis. Prouerb. xxx. ideo piis
dei Ecclesiæ perpetuo imputat immunditiam & damnationē, tanq̄, quæ maxi
me pugnet cōtra deum, nedum immaculata sit corā eo & custodita ab iniqui
tate sua. Contra quam (ut dixi) suam causam iustificat, & longe alia de se pro
nunciari iudicante deo, prædicit, q̄ ab impijs pronunciantur: Etsi enim, non est
iusta nec pura manibus coram impijs, est tamen in cōspectu oculorum dei, id
est, dei & omniū qui oculos dei habent, hoc est, qui spirituales sunt. Impij em
omnia peruerse iudicant, deus recte iudicat, ideo fit, quod hic sequitur, quod
mundis omnia munda, immūdis nihil mundum, Impio etiā sanctus est pollu
tus, & innocens est nocens, electus est reprobus, & diuinus est dæmoniacus,
prorsus cum peruerso omnia peruersa, quod accidit, quia iudicat secundū con
spectum oculorum suorum, non secundum conspectum oculorum dei. Vn
de sequitur.

Cum sancto sanctus eris. Et cum uiro innocēte innocens eris.

Et cum electo electus eris, Et cum peruerso peruerteris.

Reddit hic causam, qua fit, ut impij piorum omnia damnent, causa est, q̄ im
mundi & peruersi sunt ipsi, & talia quisq̄ iudicat, qualis est ipse, ut ex Aposto
lo ad Titum retuli. Immundis nihil est mundū, quia inquinata est eorū mens
& conscientia. Dixit ergo puritatem manuū se habere, & iustitiam, sed non in
cōspectu impiorum, in quo potius iniquitas & immunditia abominabilis &
intolerabilis est, quicquid est & facit pius, pro quo tamē contemptu reponet
ei deus gloriā & honorē, interim fide & spe seipsum solatur, dicens.

Sine, ut qui sordidus est, sordescat adhuc, permittenda sunt hominibus per
uersis peruersa sua studia, nos in hoc gloriamur q̄ in conspectu illorū repro
bi, in tuo sancti sumus, quia cū sanctis sanctus es tu, Hoc est, ut nouam & ad
mirabilem afferamus glosam, cum peccatore sanctus eris. Nam sanctus ille, cū
quo deus sanctus est, nullus est, nisi qui sibi negat, deo soli tribuit sanctitatē,
retento, per ueracem cōfessionē, sibi soli, peccato, Sicut illi Danie. iij. Deo no
stro iustitia, nobis aūt confusio, sicut est dies hæc. Atq̄ hæc ipsa ueritatis cōfes
sio, qua in deum referunt sanctitatem, facit, ut eadem refluente in eos, sancti
ficentur & ipsi, Veritas enim uere sanctificat, ueritas autem est, nos esse immū
dos omnes, & solum deum sanctum. *Sanctus qui sit.*

Proinde, qui sic sunt sancti, hoc est, uere humiles & in oculis suis uiles, ij
quicquid deus dicit & facit, pro re sacra & optima habent, Et dicūt illud psal.
cxviij. Iustus es domine, & rectum iudicium tuum, Et iterū. cxliij. Fidelis do
minus in omnibus uijs suis, & sanctus in omnibus operibus suis: Mortificata
enim uoluntate eorum, non delectantur, nisi in uoluntate dei, qua quicquid
eis acciderit, laudant & benedicunt & uenerantur. Contra, peruersus & impi
us, cuius uoluntas uiuit in omnibus, nihil non damnat quod deus dicit & fa
cit, uult enim omnia secundum suum sensum cadere, quem ipse sanctum san
ctorum arbitratur, quod cum fieri non possit, id quod reuera sanctum dei est, *Omnia dei damnāt peruersi.*

peruertit

peruertit atq; uelut prophanissimum & execratissimum damnat. Exempli est, pius homo, in quo deus est, loquitur & operatur, quem impius frem potest, ita necessario cum peruerso deus peruertit, & pro sancto execratus betur: At qualis habetur deus, talia & in habente operatur, ideo omnia peruer si peruersa sunt, etiam quæ ex deo habet.

Vides ergo, deum non quo ad suam substantiã & naturã suam, sanctum, electum, innocentem, peruersum fieri, sed secundũ uerbum & opus suũ quod operat in bonis & malis spiritibus, & utroscp recipere in seipsos, quod in deũ referunt: Nam ut pius eoipso quo se polluit & deũ sanctificat optime in omnibus quæ uiuit & operatur sanctificatur, Ita impius eoipso quo se sanctificat & deum polluit, pessime polluitur in omnibus quæ uiuit & operatur. Qui enim seipsum sanctificat, non põt deum non polluere in omnibus suis uerbis & factis: Qui aũt deum sanctificat in omnibus uerbis & factis suis, non potest ipsum nõ polluere, Est ne igitur mirabilis ista pollutio & sanctificatio, ut alius sanctitate polluatur, alius peccato sanctificetur? Est ne impius omniũ infelicissimus qui ipsa sanctitate polluitur? Est ne pius omniũ felicissimus qui ipso peccato sanctificatur? Qua causa? infra dicet: Quoniam tu populũ humilem saluum facies, & oculos superborum humiliabis. Non est ergo sanctitas tam magna, quin polluat si homo sibi eam arroget, nec soli deo referat, nec est peccatum tam magnum quin sanctificet si homo uera confessione sibi idipsum tribuat & deo aufferat.

Pius in oĩbus sanctificatur.

Sãctitate polluitur peccato sanctificatur.

Notatu dignũ

At arduissimum est sibi non arrogare sanctitatem & deo nõ tribuere peccatum. Quis enim in omnibus quæ deus nobiscum operat, sic affectus est constanter, ut omne opus & uerbum eius sanctificet, id est, ceu rem sacram reuereatur & amplectatur? Quis pœnas, ignominias, mortes & omnia mala pro sanctis rebus ducit, quas cum reuerentia suscipiat? Iob sanctus erat unus ex illis, cui omnia quæ deus intulit sancta erant, dicens: Si bona suscepimus de manu domini, mala autem quare non sustineamus? dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est, sit nomen domini benedictum.

Sanctis omnia sancta.

Quære impium cui uel pilus (quod aiunt) tangitur contra cp ipse elegerit, & uide an non ter centũ tonet ore deos, ini qua, impia, noxia esse uociferans quæ sibi contigerũt, nec ex deo, sed diabolo uenisse quicquid acciderit sibi tam sancto, innocẽti & electo uiro, His enim nominibus peruersus sese ornat & uendit, deo uero contra (id est, diuino operi & uerbo) nocentiam iniquitatem, & quicquid mali est, tribuit hacipsa insipientia sua.

Impio nihil sanctum.

Ex his iam facile intelliguntur toti hi duo uersus, nam cum innocẽte innocens eris, aliud non est cp in oculis piorum uideri innocentiam quicquid deus dicit & facit, omnia enim illius laudant & iustificant. At hac ipsa sua confessione & affectione coram deo quocp sunt innocentes in omnibus quæ faciũt & dicunt: Mutuum enim felicissimum habent cum deo, ut qualem ipsi deum habent, tales habeantur a deo. Innocens autem hoc loco תמים thamim, id est, integer, probatus, perfectus, immaculatus dicitur, ut psal. cxviij. Beati immaculati in uia, Et Canti. v. Columba mea, immaculata mea, Teuthonice, *from*/ qui neminem lædit, omnia facit quæ debet.

Mutuũ cum deo.

Ita & illud: Et cum electo electus eris, eodem sensu, aliud non est cp pios sic esse affectos, ut quicquid deus cum eis fecerit, pro re electa habeant, & aliter si eri nollent, optime in ea contenti laudãtes & benedicentes dominũ, hoc solo sibi cõplacentes, quod deo sic placitum esse intelligãt, sicut Matth. xj. Christus exultasse

Deo sic placet.

ra tribuitur,& confessus fuisse,quia reuelarit pater hæc paruulis,& ab/
condiderit sapientibus,non alia causa,q̃ quia sic placitum fuerit ante eum.Hac
autem electione & ipsi sunt electi coram deo, & sicut eligũt ita & eliguntur.
Adiecta habere nõ capit caro,nec impij intelligunt, quibus potius cõtrariũ
placeat, scilicet nec custodiri uias domini a pijs nec seruari eos ab iniquita/
te,nec retribui puritati manuum eorum,nec esse deum cum eis sanctum,inno
centem,electum,sed potius quicquid egerint, hoc totum esse impium in deũ
& hominem,unde & totum damnãt pro stultitia,errore,peccato,hæresi,quic/
quid pñ senserint & fecerint, Vt hæc omnia uerba Ecclesiæ nõ nisi fide capiã/
tur,ea esse,cum longe aliud in specie & oculis hominum appareat, sicut sæ/
pius diximus.

Pij damnãtur ab impijs.

Ex quibus intelligimus propherã hoc loco non de electione æternæ præde/
stinationis,nec de prima iustificationis gratia,sed de ipso fructu,usu, opere &
præmio gratiæ loqui, Vult enim ostendere quid operetur & impetret uerbum
& fides gratia in hominibus. Sicut & illud.j.Reg.ij.Quicunq; honorificaue/
rit me glorificabo eum,qui autem me contemnunt, erunt ignobiles, neq; eñ
homo prior deum honorificat q̃ a deo per gratiam uisitetur & honoretur, sed
accepta iã gratia laborat, ne propter homines siue amicos siue inimicos a gra/
tia decidat & faciat quod deum offendat, ubi si propter deum sustineat igno/
miniam ab hominib⁹, perseuerãs in deo honorificando,reponet ei deus glo/
riam pro ignominia, & cõtra omnium sensum,cum sancto sanctus erit,& cũ
electo electus.Hunc esse intellectum præcedentia & sequẽtia clare ostendũt,
dum dicit sibi retribui secundum puritatem suam, quo ostendit se iam in pri/
ma gratia constitutũ,iniqua patientem,a deo tandem eligendum & honoran
dum.Et infra, Quoniam tu populum humilem saluum facies, ubi declarat se
cum superbis,in usu acceptæ gratiæ uersari.

Verbum & fidei gratia quia in homine operetur.

Dixi autem & superius,oportere sacræ scripturæ tractatorem diligenter ob/
ser rare,ne uerba dei,quæ de usu & opere gratiæ loquuntur,ipsius gratiæ prin/
cipio aptet,& hinc uenenum hæreseos illius hauriat, quæ tribuit libero arbi/
trio uirtutem disponendi se ad gratiam recipiendam,quale faciunt in illo Za/
chariæ.j. Cõuertimini ad me & cõuertar ad uos,& similibus, Quare,sanctum,
innocentem,electum,hoc loco,debemus imaginari pium hominem,qui pro/
pter uerbum & fidem dei,sceleratissimus,nocẽtissimus,reprobissimus in ocu/
lis suis & hominũ habetur,& plane indignus,qui uiuat,nouissimus uirorũ &
despectus. Esse autem dominũ cum eo sanctum, innocentem, electum,aliud
non intelligi,q̃ eum esse contemptorem personarum, respicere autem solum
ad humiles istos & contemptos,ut eos sanctos,innocentes & electos tandem
declaret,quia ipsi eum sanctum innocentẽ & electum cõfessi sunt & tulerũt.

Admonentur hic scholastici theologi.

Pius homo quis sit.

Ita dupliciter potes dominum intelligere,sanctum esse cum sanctis,actiue
& passiue,q; & ab eis sanctificat,& eos rursum sanctificat,hoc est, quod Chri
stus quoq; dicit:Qui me cõfessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego
coram patre meo. Et iterũ. Qui mihi ministrat, honorificabit eum pater me/
us,Quõ autem honorificat, nisi q; sanctum,innocentẽ electumq; esse decla/
rat, quem impij prophanum, noxium & perditum habuerunt & declaraue/
runt?Sunt enim uerba consolationis ad eos,qui pie uiuentes in Christo,con
tempti sunt in hoc seculo.

Sanctus cum sanctis domi= nus.

Cum peruerso autem peruerteris, **Wie es gott macht/so ists nitt recht/**
Ideo econtra,**Wie sies machen/so ists auch nit recht.** Hic est Moab,ille su/

perbus paratus semper docere deum & iudicare omnia, quæ in suis dicit esse, cit deus, interim tamen nō aliud q̄ deum ore sonans & bona ac sancta docere ac facere præsumens, Id quod Iudæorum, præ omnibus gētibus, uitiū generum fuit. Non enim deus in natura sua peruertit, sed in uerbo & opere suo quibus regnat in pijs hominibus. Quare & hic in spiritu locutum prophetā obseruans tes, peruersum istum intelligimus eum, qui in oculis suis & hominū non mo do peruersus non est, sed solus sanctus, innocēs, electus, plane sanctus sancto rum, inter sidera nidum suū collocans, & se annulū in dextra deo seruans, cui omnia sordent quæ dicūt & faciunt pij, sua uera oīa fulgent, at hic ipsa per uersitate, quia peruerse de deo & seipso & omnibus sentit, meretur ut deum peruertit, rursus peruertatur a deo, & ostendat omnibus peruersus.

B. Hierony. sic transfert, cum peruerso peruertes, Et illud, cum innocēte in nocenter ages, quo indicat, actiue uersus hos intelligi, quo studio dicendum quoq; fuit, Cū sancto sanctificabis, & cum electo eliges, uel sic, Sanctum sanctificabis, innocentē innocentem facies, electum eliges, peruersum peruertes, nisi q̄ hebræus idiotismus nescio quid negotij tribuere uidetur deo, cum dicit, Cum sancto sanctus eris, cum peruerso peruertes. q.d. negotium sanctificādi, perficiendi, eligendi, peruertendi tibi dant impij, dum omnia tua peruertunt & se solos iustificant.

Quoniam tu populum humilem saluum facies,

Et oculos superborum humiliabis.

Populus Christi. Vides in persona populi Christi hæc dici, qui sanctus, innocens, electus est, sed humilis, ut dixi, hoc est despectus, & qui nihil min⁹ q̄ sanctus & probus, & electus sit coram peruersis iltis & superbis. Ita reddit optime rationem omnium prædictorum & iustum dei iudicium prædicat, Ideo enim sanctos sanctificat, quia humiles saluos facit, ergo sancti sunt humiles, id est, quies & abiecti, ideo & peruersos peruertit, quia oculos superborum humiliat, Ergo peruersi sunt superbi & honorati & magnificati. q.d. hæc iudicij tui æquitas immo natura tua, humiles exaltare & cum illis esse, superbos autem humiliare & cōtra eos esse, de qua re multa diximus, & plena est scriptura.

Sancti sunt humiles.

Superbia oculorum. Proprie autem dixit, oculos superborum, nō superbos, uitium enim superborum in oculis est, quia alta sapiunt & ea etiam uident de se, quæ nusq̄ sunt, ut non sit necesse res ipsas, de quibus superbiūt humiliare, cum nullæ sint, sed oculos tantum, quibus fastidiunt humiles & sese mirantur. Prouerb. xxx. de eisdem Iudæis, Generatio cuius oculi sunt excelsi, & palpebræ in altum surrectæ. Contra Paulus Ro. xij. Non alta sapientes, sed humilibus consentientes, Iob. xxij. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria, & si inclinauerit oculos suos, saluabitur. Ita impij oculos habēt arrectos ad uirtutem, iustitiam, sapientiam, Pij uero inclinatos ad infirmitatem, peccatum, stultitiam, ideo superbum sequit humilitas, & humilem suscipiet gloria. Prouerb. xxix. Et contritionem præcedit superbia, & ante ruinam exaltatur spiritus, Eiusdem. xvj. O qualia uerba, quantæ sententiæ.

Quoniam tu illuminas lucernam meam,

Domine deus meus illumina tenebras meas.

Et hoc ad populum Christi pertinere satis clarum est, Christus enim tenebras illu-

bras illuminãdas nõ habet, quod autem dicit, hoc est, Illi habent oculos excel
sos & superbus quisq; sibijpsi est dux & lux, neminem audit, nemini sensu ce
dit, nec deo ipsi, quẽ cum omnibus suis etiam peruertit: Sed populus humilis
simus fratus sit, ut sapiens sit, de se desperãs, tibi dat manum, & magisterio tuo
dedicabit, dirigi uult lumine tuo, sicut psal. lxxxviij. Domine in lumine uultus
tui ambulabunt. Et. iiij. Signatum est super nos lumen uultus tui domine. Et
xxxij. Firmabo super te oculos meos. Sic figura Exodi quoq; docet, ubi per de
serum horribile, in quo erant serpentes flatu urentes, scorpiones & dipsades,
ad Deutro. viij. dicit, filij Israel ducti sunt nõ suo magisterio, sed columnæ nu
bis & ignis, id est, diuina illuminatione. Ita in Christo surrexit Hierusalem &
illuminata est, quia uenit lumen eius & gloria domini super eam orta est, ut in
lumine eius etiã ambulent gentes & reges in splendore ortus eius. Isa. lx. ubi
dicit quoq; Nõ erit amplius tibi sol ad lucendũ, & splendor lunæ nõ illumina
bit te, sed erit tibi dñs in lucem sempiternam, & deus tuus in gloriam tuam.
De hac luce abunde psal. iiij. dictum est, q̃ sit uerbum Euangelij, Sicut Pe
trus dicit. ij. Pet. j. habemus firmiorem propheticum sermonem, cui benefaci
etis attendentes tanq̃ lucernæ lucenti in loco caliginoso donec dies eluceſcat,
& lucifer oriatur in cordibus uestris. In tot enim perturbationibus utriusq; for
tunæ, ceu in quadã tenebrosissima tempestate non habemus aliã cynosurã aut
elicen, id est, stellam maris, q̃ uerbũ dei, quo dirigimur quotquot seruamur. *Verbum dei stella maris.*
Quæ est ergo lucerna nostra, quæ hoc uerbi lumine illuminat? sine dubio cor
nostrum siue id conscientiã, siue intellectum uoces, nihil refert. Ac uide, q̃ pe
ritus nihil tribuat dictamini naturali & uniuersæ prudẽtiæ carnis, quod aper
tis uerbis, tenebras suas appellet, quicquid absente uerbo dei in nobis fuerit,
quas illuminari potit lumine uerbi dei, quod facile capit, qui in tentationibus
uersatur. Nam hic intelligit q̃ nihil posſit consulere ratio uniuersa, immo quo
quis sapientior est, eo sit in periculis insipientior, solum uerbũ dei sustentat &
consulit quid faciendũ sit, nẽpe fidendũ & expectandã a deo salutẽ, ut sequit.

Quoniam in te eripiar a tentatione,

Et in deo meo transgrediar murum.

In te, non in me, te rectore, teq̃ illuminatore, non me cursore & operatore,
quadam tentationes, sciens q̃ manu tibi tradita, consilium tuum expectandũ
sit. Sic psal. xliij. Nec enim in gladio suo possederunt terram & brachium corũ
non saluauit eos, Sed dextera tua & brachium tuum & illuminatio uultus tui,
quoniam placuisti in eis. Tu es ipse rex meus & deus meus qui mandas salu
tes Iacob. In te inimicos nostros uentilabimus cornu, & in nomine tuo sper
nemus insurgentes in nos, Non enim in arcu meo sperabo, & gladius meus
nõ saluabit me &c. Ecce uera Christi Ecclesia nescit brachium seculare, quod
hodie impij pontifices unice amplectuntur, inuocant & metuunt, q̃ pulchre
concordat eorum uita & sensus cum diuinis scripturis?

Hieron. &. ij. Reg. xxij. rectius: Quoniam in te curram accinctus & in deo
meo trãsiliam murum, Metaphoram enim trahit a militibus animosissimis in
bello, Nam accinctus, qui גדוד hebraice dicitur. iiij. Reg. xxiij. latun
culus dicitur, quem nos militem dicimus. Sic enim dicitur ibidem: Immisitq̃
dominus ei latrunculos Chaldeorum, & latrunculos Syriæ, & latrũculos Mo
ab, & latrunculos filiorum Ammon. Vult ergo dicere: In fiducia tui tuæq; il

luminationis ad nullius pauebo occursū, pugnabo aduersus quodlibet genus inimicorum, superabo murum & quicquid oppositū mihi fuerit, hoc est, qui in me infirmor, in te ero inuictus, & sicut Paulus gloriatur, Philip. iiij. Possum omnia in eo qui me confortat. Et. ij. Cor. ij. Deo gratias, qui nos semper triumphat in Christo. Quare murus hoc loco non peccata significat solam sed

Murus est inimici potentia

potentiam quoq; inimici, contra quā pugnat Ecclesia Christi per fidem uerbi dei, sicut in re militari pugnatur contra muros hostium. Nam turres & muri in scripturis allegorice significant duces & protectores & maiores in populis, ut psal. cxxj. Fiat pax in muris tuis & abundantia in turribus tuis. Ibi, in maioribus & rectoribus Ecclesiæ, xlix. Ecce muri tui in oculis meis semper. Ita hic, Murū pro muros, id est omnē potentiam huius mundi, in qua formaliter collocatum dit atrium suum donec ueniat fortior & uincat eum.

Potestas mundi nō tollitur sed superatur

Et proprie dicit transiliam seu transgrediar, non dirutam aut destructā, quia potestas mundi non tollitur per uerbum fidei, sed superatur tantum. Nō enim Christus Cæsaris regnum sustulit, sed sublimius regnum ueritatis condidit. Et Paulus subiicit omnem animam potestatibus sublimioribus. Ro. xiij. secūdū carnē, qui tñ secundum spiritū omnes asserit liberos esse in Christo. Similiter & Petrus. ij. Pet. ij. increpat futuros illos dominationū contemptores, qui & ipse libertatem Christianā prædicat. Ita uincimus omnia, tūc maxime quando omnibus subiacemus.

Deus meus, impolluta uia eius, eloquia domini igne examinata. Protector est omnium sperantium in se.

Idiotismus hebraicus.

Meus, non est in heb. sed absolute, Deus, quod idiotismo hebraico dicitur, pro eo quod nos diceremus: Dei impolluta uia, Hebræus enim dicit, dei impolluta uia eius, ut psal. cxvij. mons in quo beneplacitū est deo habitare in eo. Et Genē. ij. de ligno, quod est in medio paradisi, non comedes ex eo, quem loquēdi morē & nostra uernacula habet, dū dicimus, **Vonden holtz mitten ym paradiß, do solten nit von essen.** Item, **Eynem regentē der Kirchen, Nit gepurt nit zū streyten.** &c.

Pergit autē dulci affectu, quo delectatur in deo, diuina etiā uerba cōmendare, sicut hactenus opera cōmendauit, aduersus tā opera q̄; uerba superborū & impiorū. Nā, q̄ deus cum sancto sanctus est, & corroborat eos, qui in eū cōfidunt, hoc facit, per cōscientiam puram, Pura enim cōscientia læta & animosa est. Pura autē non fit, ullis operibus aut doctrinis hominū, sed lege & uita dñi,

Verbū, uita, conscientia.

ut psal. xviij. Lex dñi immaculata conuertens animas. Quale enim est uerbū dñi, talis & uita, id est uita secūdū uerbū, qualis uita, talis conscientia. At uerbū dñi sicut argentū igne examinatū, purgatū septuplū psal. xij. Atq; hoc facit, ut impij in deo lætari non possint, sed omnia eorum sint peruersa quia inquinatæ sunt uiæ eorum, quibus omni tempore, in doctrinis & mādatis hominum ambulant & sibi in eisdem placent, etiā ipsa lege domini tracta in suas easdem opiniones.

Ecclesiæ ad synagogam cōparatio.

Quare comparationem oportet obseruare, qua Ecclesia se synagogæ per totū cōparat, glorians in deo, qui non modo oīa opera Ecclesiæ probat, sed & doctrinam uerbi purissimā ei dedit, iuxta quā sancta, electa innocens uiuit. Contra impiæ synagogæ, & opera & uerba polluta facit, q̄tumlibet aliud in oculis hominum appareat. Nam ut impij, uitam ita & doctrinam piorum pollutam esse iudicant, ignorantes iustitiam fidei, quæ ex deo est, & suam quæ

rentes sta-

rentes habere quæ ex operibus est. Ex qua deinde non potest aliud sequi q̄m fiducia & præsumptio, contra quos dicit hic, protector est omnium sperantiū in se. Qui enim in uia dei ambulant & uerbo eius inhærent, non in seipsis confidunt, sed in deo, a quo etiam solo proteguntur, cum illi suis se uiribus, operibus, doctrinis protegant, opus enim habent pij protectore deo, cum propter impolluram uiam domini & pura eloquia dei semper ab impijs patiant & ad persuasionem quærantur.

Quoniam quis deus præter dominum:
Aut quis deus præter deum nostrum:

Protector est omnium sperantium, quia est unde possit protegere, cū præterea non sit deus alius, qui noceat. Sic. j. Reg. ij. Non est sanctus ut est dominus, neq; enim alius est extra te & nō est fortis sicut deus noster. Ex quo loco Dauid huius uersus partem posteriorem accepit, sunt enim eadem uerba. Hieronymus quoq; hebræum צור Zur, non uertit, deus, sed fortis, dicens, & quis fortis sicut deus noster. Nō etiam coniunctio disiunctiua, aut, sed copulatiua, & ponī hic debet, Est enim uersus tautologicus.

Est igitur sensus consolatorius Ecclesiæ aduersus insultationem & iactantiam Phenennæ istius synagogæ. q. d. Si ille protegit, quis nocebit: Si deus pro nobis, quis contra nos: Quis est qui uobis noceat, si boni æmulatores fueritis: Sic & Anna. j. Reg. j. contra suam æmulam præsumptuosam eadem dixit, & addit. Nolite loqui sublimia gloriantes, quia non in fortitudine sua robo-rabitur ullus.

Deus qui præcinxit me uirtute,
Et posuit immaculatam uiam meam.

Iterum hebraismus, Deus qui præcinxit, pro, Deus præcinxit, uel, Qui præcinxit, sicut deus meus, impolluta uia eius. Et idem uocabulum hic, immaculatam, quod illic impolluta, scilicet תמים Thamim, id est, innocentem, ut ibi, Cum innocente innocens eris. Supra dixit, Impollutā uiam domini, hic impolluta uiam suam iactat, Atq; cum superius abunde dixerit se nō impie gessisse a deo, & iustitiam suam ac puritatē manuum suarum cōfessa sit, quid denuo eadē toties repetit & ingeminat, uelut superfluis uerbis Battologisans:

Continuationis ratio.

Dixi, meo sensu, prophetam hoc psalmo Ecclesiæ primitiuæ statum in persona Christi canere usq; ad uocationem gentium, ideo in principio caput eius Christus introductus est, deinde Euangelij prædicatio & Ecclesiæ ortus in Iudæis, & comparatio eiusdem cum reproba relictaq; parte synagogæ, quæ suis iustitijs superbiens, Ecclesiæ fidē irrisit atq; contempsit, denicq; & prohibuit & p̄secuta est, sicut Pharao filios Israel in Aegypto oppressit ne multiplicarent.

Nunc uero profectum & multiplicationē eius canere uidetur, q̄ quo magis impij prohiberent, hoc magis fideles multiplicarent. Hunc esse sensum & uerba & sequentia monstrabunt. Virtus em̄ qua hoc loco se cinctam dicit, ea est, quæ multitudini & exercitui tribuit, sicut Isaiæ. lx. Quādo cōuersa fuerit ad te multitudo maris & fortitudo gentiū uenerit tibi, id est, magna uis, hoc est, grādis multitudo gentiū. Exo. xv. Pharaonē & uirtutē eius, iecit in mare, Vnde hæc dictio חיל heil, sæpius pro exercitu, quæ hic & alijs locis, pro uirtute transfertur, Sic

fertur. Sic & latini, magnam uim pecuniarum, hominum, equorum &c. dicũt quando multitudinem significant.

Circundari uirtute. Igitur cingi & circundari Ecclesiã uirtute, est illud quod Lucas Act. ij. dicit, Dominus autẽ augebat, qui salui fiebant quotidie in idipsum. Et v. magis aũt augebatur credentium in dño multitudo uirorũ ac mulierum. Idem significat quod cum prius uiam domini impollutam dixisset, nunc suam uiam impollutam dicit, cum tamẽ eadem sit uia sua & domini, ipsa enim uia dñi ambulat, nõ suam quæ nõ sit domini, hanc enim synagoga ambulat, ut ille ait, dicit, nos omnes errauimus, unusquisq; in uiam suã. Et Genẽ. vj. Omnis caro corrumpebat uiam suam.

Via ecclesiæ est uia dei, ab initio & semper. Quare uiam Ecclesiæ poni seu dari (ut hebraeum dicit) immaculatã, est probari & confirmari talem multorum imitatione, quod nisi fieret, cum tot sint impij qui eam noxiam & immundam criminant, tandem deficeret. Quare oportuit in Ecclesia fieri, id quod Exodi primo figurate dicit, filij Israel creuerunt, & quasi germinantes multiplicati sunt, & roborati nimis impleuerunt terrã. Et iterũ, Quãto magis opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur & crescebant. Ideo aptius hic dixit, uiam meam, q̃ exemplũ Ecclesiæ ambulãtis in uia domini multos attraxit in eandem uiam, Ipsa enim in Apostolis absq; medio ex deo habuit uiã dñi, cæteri autem ministerio & exemplo Apostolorum & prædicantium discipulorum, Id quod etiam perpetuo in Ecclesia seruat deus, ut omnes quidẽ habeat a solo seipso doctos, & tamen oẽs per hominum ministeria, uerba & exempla trahat, & per uiam Ecclesiæ in uiam suam, quæ eadem est, ducat. Hierony. ij. Reg. xxij. reddit. Et complanauit perfectam uiam meam, quod facile in eandem cadet sententiam.

Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum,
Et super excelsa statuens me.

Hiero. hic &, ij. Reg. xxij. Coæquans pedes meos ceruis, & super excelsa mea statuẽs me. Scio in superioribus me per pedes exposuisse affectus animi & motus cordiũ, ut psal. xiij. ueloces pedes eorũ ad effundendũ sanguinẽ, quæ expositio in multis locis scripturæ, forsitan & hoc ualet, Sed audebo meo iterũ sensu abundare, & ecclesiæ pedes sic intelligere, ut cohærentia aptius quadret, in spiritu eñ uersamur cũ ꝓpheta, Hic eñ uersus rationẽ mihi reddere uidetur præcedẽtis, in quo uiam suã dixit auctam & roboratã imitatione multorum, quod nullis aliis uiribus factum est, q̃ ministerio Euangelij, quod non sine magno miraculo uirtutis diuinæ, tam multos, tam uelociter ad Ecclesiam congregauit, cum uia domini, quã ecclesia ambulat aduersaria sit omni prudentiæ carnis, nec possit impolluta iudicari ab ullis hominibus, nisi deus illorũ corda mutarit, id quod incredibili uelocitate perfecit ministerio uerbi.

Miraculum magnum.

Pedes Ecclesiæ, Euangelistæ. Pedes ergo Ecclesiæ sunt ipsum ministeriũ uerbi, siue quod parũ refert, ipsũ Euãgelistæ, Sic Paulus se cursum cõsummasse ad Timotheum scribit, Et Act. xx. Dummodo consumẽ cursum meũ & ministeriũ uerbi quod accepi, Et ad Galathas, Ne in uanũ currerem aut cucurissem. De ijs pedibus loquit Ezechielis uisio, ubi pedes quatuor animalium scribit fuisse pedes rectos, & Isaiæ. lij. quẽ Ro. x. Paulus adducit. Q̃ speciosi super mõtes pedes euangelisantis, prædicantis pacem, annũciantis bonum &c. id est, q̃ dulcis prædicator, qui prædicat gratiam & remissionem peccatorũ. Et Micheæ. v. Surge tritura filia Zion, quia cornu tuũ ponam ferreum, & ungulas tuas ponã æreas. Iterũ Isa. xxxx.

Beati qui

Beati qui seminatis super omnes aquas, immittentes pedem bouis & asini. Et multa similia passim in scripturis. Inde bos in area pedibus triturans, Euangelium significat Paulo. j. Cor. ix. Nō alligabis os bouis triturantis.

Nota aūt est, ceruorū illa insignis celeritas, quæ & uerbo tribuit psal. cxlvij. Velociter currit sermo eius. Quæ autem sunt excelsa ista super quæ statuit eā dominus: & quæ conuenientia pedum & excelsorū: deinde uelocitatis & stabilitatis? Alij cœlestia intelligunt, in quibus posita est ecclesia, Mihi adhuc de pedibus loqui uidet, Hebræus enim dicit, Stare me fecit, id quod pedum est proprium, quare simpliciter sentio, idem hic dici quod Isaiæ. xl. dicit: In montem excelsum ascende tu, qui euangelisas Zion. Exalta in fortitudine uocem, tu qui euangelisas Hierusalem. Exalta, noli timere, dic ciuitatibus Judæ, Ecce deus uester. Eodem consilio &. lij. adiecit, montes dicens: Q; speciosi super montes pedes euāgelisantis, Forte & hoc a ceruorum ingenio sumptū est, qui fœtus suos exercent cursu, fugamq; meditari docent, ad prærupta ducunt saltūq; monstrant. *Ceruorū ingenium.*

Nihil ergo pugnant cursus & status pedum istorum, quando & Ezechielis primo scribuntur & ambulasse & stetisse. Excelsa autem siue montes siue prærupta, non intelligo nisi turbas populorum multorum, in quorum medio prædicator stat, & cum fiducia constanter annunciat uerbum dei, quod non est uirtutis humanæ, sicut Christus indicat, dicens Lucæ ulti. Induemini uirtute ex alto, ideo dicit: Stare me fecit. Sic Petrus, stat Act. ij. & eleuat uocem suam ad Iudæos, Et Paulus uarijs locis. Et Christus psal. lxxxj. Stat in medio deorū. hunc statum Isaias. xl. sua magnifica exhortatione satis clare exponit. Turbas autem populorum montes uocari ex multis locis patet. Sic enim Babylonem Hieremias ult. montem uocat, & quælibet ecclesia mons dicitur, sicut uniuersalis ecclesia, mons domini dicitur psal. lxvij. & Isa. xj. &c. Mea autem excelsa hebræus dicit, in quo uel prouidentiam dei signat, quæ fecit, ut ministeriū uerbi non profuerit, nisi ijs, qui ad ecclesiam uocandi erant, uel simpliciter ipsas ecclesias partiales sic appellat. *Stare im mōtibus.*

Qui docet manus meas ad prælium.

Et posuisti ut arcum æreum brachia mea.

Perstat in commendandis eloquijs dei & uirtute eorum, non enim solū impolluta & igne probata sunt, nec solum docent & conuertunt multos ad fidē per ministerium prædicantium sicut hactenus dixit, sed & potentia deo sunt, (ut Paulus ij. Corin. x. docet) ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem sese aduersus scientiā dei, & in captiuitatē redigentes omnē intellectum in obsequiū Christi. Sic & ad Titum præcipit, Episcopū esse potentē, nō modo ut exhortet in doctrina sana, sed & cōtradicētes redarguat, nec id nisi sermone fideli, qui est secundū doctrinam, nō in arguijs humanis aut ratiunculis philosophicis, Hoc est quod dicit. *Verbi dei potentia.*

Qui docet manus meas ad prælium, Neq; enim Ecclesia mundano prælio implicita est, suum habet ipsa prælium, quod iam ex Paulo retuli: Aduersarios scilicet uerbi, quibus, nisi dominus doceat manus ad prælium, & ærea nobis brachia ponat, frustra congredimur: Neq; Moses & Aaron poterant Iannem & Mambrem superare, nisi in digito dei. Ex humanis rationibus, nō nisi noxiæ oriuntur contentiones, inuidiæ, sectæ, ut idem Paulus docuit. Credo autem al- *Ecclesiæ suū prælium.*

tem allegoriã iſtam ex re bellica ſumptam, in qua manibus & brachijs pugnãtium res geritur facile intelligi, nihil aliud uelle, q̃ꝫ prædicationibus diuinitus eruditis dari infatigabilem & inuictam uerbi docendi uirtutem ad redarguendos omnes aduerſarios, ſicut & Chriſtus promiſit: Ego dabo uobis os & ſapientiam, quibus non poterunt reſiſtere & contradicere omnes aduerſarij ueſtri. Sic Act. vij. non poterant reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui, qui loquebatur. Hoc & Gamaliel Act. v. affirmabat dicens. Si opus iſtud ex deo eſt, non poteſtis diſſoluere.

Non poterant reſiſtere.

Et dediſti mihi protectionem ſalutis tuæ, & dextera tua ſuſcepit me.

Et diſciplina tua correxit me in finẽ, & diſciplina tua ipſa me docebit.

Neſcio unde iſte uenerit uerſus, in hebræo pro ijs omnibus unus uerſus ſic habet. Et dediſti mihi, clypeum ſalutis tuæ, & dextera tua confortauit me, & manſuetudo tua multiplicauit me. Nihil hic de diſciplina, de correctione, de fine, de doctrina dicitur, ſed &. ij. Reg. xxij. omittitur particula iſtæ: Et dextera tua ſuſcepit, Vbi uitio ſcriptoris legimus: Et manſuetudo mea, pro manſuetudo tua.

Totam itaq; uictoriam, quam doctis ad prælium manibus, & æreis brachijs retulit ex aduerſarijs, Eccleſia non ſibi, ſed pia gratitudine ei cuius eſt, refert acceptam, ac ſi dicat: Q; non ſuccubui in prælio iſto pietatis, ſaluaq; mihi manſit doctrina ſynceræ fidei, fecit, q; ſalus tua fuit protectio mea, & fauor tuus ſeruauit me, atq; hoc miraculo uideo, tuæ fuiſſe ſolius benignitatis, uictis aduerſarijs auctum eſſe numerum meum.

Salus tua, protectio mea.

Q; autem grande & periculoſum ſit prælium iſtud doctrinarum, nemo niſi expertus facile credit, Paulum uidemus in Galathis & omnibus epiſtolis, quanto ſpiritu, quantaq; ſollicitudine in hoc prælio ſudet ipſe & nos armet, Aſtutiſſimus enim eſt ſerpens antiquus & ſimplicium corda facillime fallit, immo quem non fallit? Accedit ad difficultatem, q; Eccleſiæ doctrina ſupra captum humanum eſt, quam niſi deus ſolus doceat, ſeruet, triumphet, augeat, omnia alia ſtant a parte aduerſarij, multitudo, magnitudo, uis, eloquentia, ingenia, eruditio, ſpecies, opes, ut uere ſit ſolius protegentis dei & ſuſtentantis dexteræ, ut hi ſeruentur, qui iam credunt, & hi aggregentur qui contradicũt. Vnde & Paulus plus orationibus agit apud deum pro Eccleſijs, ut deus cuſtodiat fidelium corda & intelligentias ne corrũpantur ſenſus eorum, ſerpentis aſtutia & hominum nequitia, q̃ꝫ q; ſolis uerbis, licet & ipſa ex deo, tanq̃ arma dei habeat, præſumat. Gratia ergo eſt eſſe inſtructum ad prælium, ſed maior gratia uincere in prælio & ſeruare ciues ac ſubiugare hoſtes, rem augere, non ſolum tueri.

Preliũ doctrinarũ ingens.

Eccleſiæ doctrina ſuper captum humanum.

Qui ergo ſumus nos, ut uel præſumamus ueritatem tueri & aduerſarios ſuperare, aut ſi id non præſtiterimus, indignemur? Mãſuetudinis diuinæ eſt ſeruari & augeri, nõ noſtræ præſumptionis, ut ſtet gloria ſoli deo.

Dominus uincat.

Iam quid de noſtra faciemus translatione? poterit idem ſenſus eſſe, corrigi per diſciplinam domini in finem, & doceri per diſciplinam domini, quod eſt, multiplicari per benignitatem dei, Sed tanta opus eſt ui & tortura, quibus eſt ſenſum repugnantibus uocabulis exprimamus, ut præſtet prorſus tranſire, cõtentos hebraico & textu & ſenſu.

Dilataſti

Dilatasti gressos meos subtus me,

Et non sunt infirmata uestigia mea.

Victis scilicet aduersarijs uerbi, & sermone dei confirmato, atq; per ip-
sum seruatis & auctis fidelibus, non mō nō sunt coartati & imminuti, qđ ad-
uersarij uolebant, sed dilatati & confortati gressus eius, quod fecit mansue-
tudo dei multiplicantis eam, etiam inuitis oppressoribus, quia multo plures
pedes incedunt, q̄z antea dum opprimerentur, ut supra ex figura filiorū Israel
in Aegypto monstraui.

Idē est per tautologiā, uestigia mea nō sunt infirmata, id est, robustissi-
me firmata, quæ impij conati sunt infirmare. Negatiuā enim diximus sæpe esse
uehementiorem affirmatiua in sac. lit. Tropum hūc hebræū esse notum credo, quod firmare significet, statuere, implere, seruare, quomō Apostolus Ro. iiij. dicit, legem per fidē nō destrui, sed statui, Quū Ro. v. dicit infirmari per carnē
Et iterum. iiij. ꝓmissionem dicit firmari per fidem, rursus non solū non firma
ri ex lege, sed etiam exinaniri. Eodē modo & hic dici oportet, uestigia firma-
ri, esse uiam dei qua Ecclesia incedit corroborari, quod fit dum multiplicantur
fideles, qui perambulent simul in ea. *Tropus hebraeus.*

Quare appellet autem suos gressus, & uestigia sua, cū sint gressus dei &
uiæ dñi, supra dictum est. Ecclesia enim exemplo suo facit uias dñi esse suas,
& coram hominibus, ubi exemplū ualet, nō uidet nisi uia Ecclesiæ esse, sed in
fide cognoscitur, totū id, quicquid est, diuini operis esse. *Exemplū ualet coram hominibus.*

Alijs uidetur dilatari gressus subtus Ecclesiā, esse eā hilari charitate ope-
rātem, qua angustijs persecutionū superior est, latitudo enim hilaritas & cōso
latio est, sed consequētia non satis decora est.

Persequar inimicos meos & comprehendam illos.

Et non conuertar donec deficiant.

Experta benignitatem dei mirabilem, qui multiplicat, dū aduersarij mi-
nuūt, dilatat dū illi artāt, firmat dū infirmāt, concipit fiduciā etiā persequendi
& ultro insectandi, donec ad internitionem aduersarios deleat, atq; ita factum
est & fit in omi uictoria populi dei, ut in principio belli uideātur hostes superi
ores & insuperabiles, At facta impressione confortatur, hostes cedunt & cæ-
duntur, tū ipsa persequi præliū cæptū non desinit, donec consumat omnes ad
uersarios. Quare hic uersus perseuerātiā belli seu uictoriæ & infatigabilē usq;
ad finem uirtutē Ecclesiæ describit. Quod & uerba, persequar, itē cōprehen-
dam, non conuertar, donec deficiāt, seu ut Hiero. uertit, donec cōsumem eos,
satis probant. Persequar enim hic non nouū belli initiū, sed profectū cœpti
significat, sicut psal. xxxiij. Inquire pacem & persequere eam, id est, in finem
usq; sequere. Et cōprehēdā eos, significat in totū capi & penitꝰ occupari eos. *Perseuerātiē uincit.*

Hoc figuratum est in bello Iosuæ contra Haitas, in quo filij Israel primū
cæsi & infirmati ad desperationem, deinde insidiose fugientes, donec hostes
longe ab urbe traherent, uersa facie in eos usq; ad internitionē eos deleuerūt.
Quō significabat spiritus fore, ut Ecclesia principio simulata fuga, id est passi-
onibus secūdū camē infirmata, cedere uideret, cū secūdū spiritū fidei fortis, tā-
dē uinceret & penitus deleret hostes. Sic Ariani primo fortes, tādē ad nihilū
usq; consumpti sunt. Nō sic in libris Iudicum ubi toties scribitur, filios Israel
non potuisse delere Iebusæos. *Ecclesiæ simulata fuga.*

Conf ringam

Confringam illos, nec poterunt stare, Cadent subtus pedes meos.

Planus est sensus ex prædictis, scilicet q̃ aduersarios comprehẽsos cædit & conterit, ut ipsi amissa uirtute nequeant surgere neq; resistere cædenti, describit enim hic uersus aduersariorũ infirmitatem, sicut præcedentes, Ecclesiæ fortitudinem. Cadere sub pedibus, simplici tropo dictum puto, pro eo q̃ est humiliari aduersarios & conuerti ad fidem, Arbitriũ tamen esto lectori, & hic pedes Ecclesiæ ministeriũ uerbi intelligere, sicut Lucas dicit in Actis: Multa turba sacerdotũ obediebat fidei, Tunc cadere sub pedibus idem erit, quod obedire Euangelio.

Et præcinxisti me uirtute ad bellum.

Et supplantasti insurgentes in me subtus me.

Iterum uirtus hoc loco ea est quæ supra memorata est, Et præcinxisti me uirtute, id est, multitudine fidelium coronasti me. hic uero addit, ad bellũ, in quo gloriat sese nõ modo auctam fideliũ multitudine, sed etiã multitudine bellatorum. Ex cæsis enim & uictis aduersarijs q̃plurimi conuersi sunt & facti duces & pastores ecclesiarũ, potentes in doctrina sana ædificare simul & pugnare, tenentes altera manu gladiũ, altera ædificãtes, ut de Neemia dictum est.

Auctis autem hoc modo bellatoribus, facile fit supplãtare quoscunq; insurgentes & extollentes se aduersus scientiã dei, hoc est, aucta Ecclesia semper augetur magis, & succrescit germinans, id quod in primitiua Iudæorum Ecclesia uidimus impleri.

Illud, subtus me, ad uerbum supplantasti pertinet, sicut superius, Dilatasti gressus meos subtus me, ad uerbum, dilatasti. porro soloecum hũc, subtus mei, pro sub me, uel subter me, relinquo grãmaticis iudicandum.

Et inimicos meos dedisti mihi dorsum.

Et odientes me disperdidisti.

Hactenus de ijs locutus est Iudæis, qui per uerbum uicti & humiliati in Ecclesiæ augmentum uenerunt. Nunc de reprobis & in incredulitate perseuerãtibus loquitur, Quos inimicos & osores uocat, neq; enim atrocius odiũ passa est Ecclesia, q̃ ab ipsis fratribus Iudæis. Vide autem proprietatem uerborum, dedisti eos mihi dorsum, & disperdidisti, Terribilia sunt hæc, synagoga uincit & fugit, Ecclesia uincit & insequitur, hoc enim est inimicos dari in dorsum, ut Geñ. xlix. Inda manus tua in ceruicibus inimicorum tuorũ, Sed & illud miserabile est, synagogam manere semper auersa facie ab Ecclesia, hoc est perpetuo odio: Agnoscere nõ uult nec potest, & odium non ponit, nec tamẽ quicq̃ contra eam promouet, sed semper fugit & cedere cogitur, Hæc usq; in hodiernum uidemus ad oculum in Iudæis fieri, ita ut aptius eorum conditio nõ possit exprimi paucis uerbis, q̃ q̃ sunt positi dorsum, tantum ad odiendum & mala ferenda dati.

Dari in dorsum.

Ita & disperditos esse clarius uidemus q̃ legamus, sed longe miserabilius est quod sequitur.

Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret,

Ad dominum nec exaudiuit eos.

Sic & Prouerb. j. de eisdem dicit. Tunc inuocabũt me & nõ exaudiam, ma-
ne consurgent & non inuenient me. Synagogæ uanissima studia & irrita uo-
ta designans, quibus sese deo seruire & eum placare credunt, cum ille annun-
cio eis Christo, neminem nisi in Christo audire & saluare uelit, Neq; enim
est aliud nomen sub cœlo in quo oporteat nos saluos fieri Act. xv. Ita
frustra omnia laborant, frustra inuocant, frustra orant, nõ est eis saluator nec
exaudior, nec tamen cessant a sua præsumptione indurati, de qua miseria pas-
sim in prophetis multa & horribilia.

Iudæorũ mi-seria.

Et cõminuam eos, ut puluerem ante faciem uenti, ut lutum platea-
rum delebo eos.

Ista contusio & cõminutio psal. primo tractata est satis, q̃ Iudæi duplici con-
tritione contriti sunt, & facti sicut puluis, quem proijcit uentus: Videmus enim
eos toto orbe dispersos, nusq̃ sede quieta & certa habitãtes, nullum regnum,
nullum principatum, nihil prorsus uirium habentes, Multo aũt magis in ua-
rias impietates spiritualiter dispersi sunt, dũ omissa fide Christi uarijs & pere-
grinis doctrinis circũferuntur, Sic & in conculcationẽ dati sunt omnibus gen
tibus per orbem, sicut lutum platearum, quod euacuatũ, prorsus nulli utile est,
nisi ad contaminandos pedes. Sic Isa. x. erit in conculcationem quasi lutũ pla-
tearum. Et hebræus dicit, Vt lutum platearũ euacuabo eos, hoc est, sicut Matt.
v. de Sale infatuato dixit, Ad nihilum ualet ultra nisi ut mittatur foras, & con-
culcetur ab hominibus. Iudæis uero & hic duplex est conculcatio, q̃ & corpo
raliter omnibus subiecti sunt & contempti, sicut inutile lutum, deinde & spi-
ritualiter a dæmonibus per ignominiosam doctrinam.

Iudæorum cõculcatio.

Obserua emphasis, puluerem & lutum platearũ, electi sunt, terra solida, bo-
na & fœcunda, non puluis sterilis uento expositus, Et lapides precioſi, hono-
rabiles, expoliti, non lutum ignobile & uacuum omni utilitate. At sicut e pul
uere & luto omnia euacuata sunt, quæ aliquid sunt, ita & a reprobis, ut nihil
in eis sit, reliquum quod usum habeat in rebus.

Eripies me de contradictionibus populi, Constitues me in caput
gentiũ, Populus quem non cognoui seruiet mihi.

Hic Christus in persona sua loquitur, q̃q̃ & superius dicta omnia ad per-
sonam eius pertinere possint, eo q̃ ipse omnia fecit, & Ecclesiam facere eadẽ
fecit. Clare aũt prophetat reiectionem synagogæ, & assumptionẽ Ecclesiæ gẽ-
tium, Sic & Haggei. ij. Christus uocatur desideratus gentibus, & Genẽ. xlix. Et
ipse erit expectatio gẽtium. Et Isa. xj. Radix Iesse, qui surget regere populos,
ipsum gentes deprecabuntur, & multis alijs locis, sicut & Ro. xv. aliquot cum
isto præsenti Paulus recenset.

Gentiũ salus.

Odiose autem dicit de contradictionibus populi, in quo iustitiam dei com-
mẽdat, & culpam Iudæorum aggrauat, ac si dicat, Nihil in isto amarulento &
indurato populo, nisi contradictio est, parum fuisset, si non crederent, aut con
temnerent: At nunc oblatam misericordiam etiam ui persequuntur, & indo-
mito furore resistunt ac cõtradicunt, quo cogunt se derelinqui & me fieri gen
tium caput, ut psal. cix. Iudicabit in nationibus, implebit ruinas.

Et hic obseruandum, loqui prophetam non de Initiali sed perseuerante im-
pietate &

Nota. pietate & eius retributione, quemadmodum superius de perseuerante pietate locutus est, Nã misericordiæ & indurationis principia nemo nouit, quæ sunt inscrutabilia iudicia dei. Ro. xj.

Et ne quis eum putet fore caput gentium eiusdem populi contradictoris, se ipsum exponit clarius, & a Iudæis penitus distinguit, dicens: Populus quẽ nõ cognoui seruiet mihi, ne ulterius glorientur ꝙ solum in Iudæa sit notus deus. Sic Deutro. xxxij. Ipsi me prouocauerunt in eo, qui non est deus, & irritauerunt in adinuentionibus suis: Et ego prouocabo eos in eo qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos. Sic Oseæ. ij. Vocabo nõ populum meum, populũ meũ. Et erit in loco ubi dictum est eis, Non populus meus, dicetur, filij dei uiuentis. Quod autem dicit, Non cognoui refert Aug. ad corporalẽ præsentiam Christi, qua uisitauit Iudæos, potest autem referri melius & ad omnia alia quæ huic populo familiariter exhibuit, qualia sunt lex, promissa, miracula, & quæ Ro. ix. etiam Paulus memorat, quæ gentibus non exhibuit, quibus illos solos agnouisse dicit, cõtra uirginibus Matth. xxv. & hypocritis Matth. vij. dicit: Nescio uos.

In auditu auris obediuit mihi,
Filij alieni mentiti sunt mihi.

Comparat obstinatam Iudæorum perfidiam cum prompta gentium fide, illi multis signis uirtutibusq; honorati, lege & prophetis instructi, demum ipso Christo & Apostolis docentibus uocati, nec sic ad fidem uenire uoluerũt. Nihil horum gentibus exhibitum, sed tantum auditus & sonus Euangelij ad eos peruenit & mox obedierũt, quia sic preordinauerat deus, Hoc est, quod insigni epitasi, fidei promptitudinem commendat, in auditu auris audient mihi, (ut hebræus habet) quia solo uerbo aure percepto crediderunt gentes, cũ prophetas & legem non habuerint.

Gentiũ prompta fides.

Auditus seu auditio tropo linguæ proprie utitur spiritus pro ipso uerbo uocis, ut Isa. lij. Domine quis credidit auditui nostro? id est, uerbo quod nos prædicamus audiendum. Abacuck. j. Domine audiui auditionem tuã (id est uerbum tuum audibile) & timui. mirecq; placet ista proprietas, qua duplex mysterium indicare uidetur spiritus, primum, ꝙ uerbum dei tale est, quod nisi omnibus sensibus clausis, solo auditu percipias, & ei credas, non capias, ut Isa. vij. dicit, Nisi credideritis nõ permanebitis, stultificat enim & excæcat uerbũ dei, seu ut Apostolus dicit, captiuat omnem intellectum in obsequium Christi. Quo tropo & Christus ad pharisæos dixit: Sermo meus non capit in uobis. Quod nemo intelligit, nisi in die tribulationis, ubi destitutus homo prorsus omni cõsilio, simpliciter hæret uerbo & ductilem sese præbet auditui diuino.

Verbum dei ut capias.

Hinc illa querela in scripturis de populo Iudaico, ꝙ auribus grauiter audierunt, nec inclinarent aures suas, nec obedirent uoci domini, quia in die tribulationis non sese præbuerunt ductiles uerbo dei, sed suis se cõsilijs & oculis regere uolebãt, hoc est, nõ crediderũt, sed sicut equus & mulus sentire uoluerũt.

Actum igit̃ credendi (ut uocant) nescio quibus uerbis possis aptius eloqui, ꝙ ista periphrasi diuina, Auditu auris audiuit mihi, hoc est, stultus sibi fuit populus gentium, ut mihi crederet, in his quæ nõ uideret, nec caperet. ꝙ pulchre huc fabula illa Gallici Herculis trahi possit, quis nõ uidet? Quid aureæ cathenulæ populos per aures molliter trahẽtes, ꝙ uerbum uocale dei, quo credẽtes trahunt̃ ad

Gallicus Hercules.

trahuntur ad Christum? Sed esto hæc gentilia, non tamen non ideo Christo fidem & seruientia.

Alium mysterium est, in Ecclesia non satis esse, libros scribi & legi, sed necessarium esse, dici & audiri, ideo enim Christus nihil scripsit, sed omnia dixit, apostoli pauca scripserunt, sed plurima dixerunt. Ita cum posset psal. xviij. dicere, In omnem terram exiuit liber eorum, potius dixit, Exiuit sonus eorum, id est uiua uox, Et in fines orbis terræ, non scriptura, sed uerba eorum. Itē. Nō sunt loquelæ, neq; sermones, quorum non audiantur uoces eorum, Nota, audiantur uoces eorum, non ait, legantur libri eorum. Noui enim testamenti mysterium, non in lapideis & mortuis tabulis est deformatum, sed in uiuæ uocis eorum positum, Inde & alibi dicit, deus locutus est in sancto suo, nunc eum loquitur in ecclesia, qui olim scripsit in synagoga, per scripturas sanctas, primum fit euangelium, Ro. j. sed per uerbum uiuum perficit & implet euangeliū. Vnde magis conandum, ut multi sint concionatores & boni scriptores in Ecclesia, quo sensu & Paulus ad Gala. scribit, Vellem modo præsens esse apud uos, ut mutarem uocem meā, Quod multa possint & efficacius uoce tractari, quæ scripta non possunt. *Concionatores non scriptores habentur.*

Filij alieni mentientur mihi, Alienos uocat, qui ipsi se alienauerunt a Christo, incredibiles facti, id enim uox hebraica hoc loco significat. Sub occulte autem patres cōmendat, & degeneres filios arguit: Filij enim sunt patrū secundū carnem, sed alieni secundū spiritum, quū non sequantur patrum uestigia, De quibus psal. iiij. dictum potest uideri: Filij uiri (id est, filij uirorum & patritiorū per syneedochen) usq; quo gloria mea ad ignominiam? Porro, mentiti sunt, id est, mendaces facti sunt mihi, dum iactant sese patrum hæredes & populū dei, cum nihil minus exhibeāt. Contra gentium populus, nec de patribus, nec de cultu dei glorians, factus est filius domesticus, ueritatem faciens per fidē, qua se exhibet populum dei. Qui autem non credunt, ueritatem dei non habent, ideo mendaces semper manent, cū sola fides faciat ueraces. Significat ergo Iudæorum futuram perfidiam & pertinaciam, q̄ non tantum errant, sed errorem etiam pro ueritate statuant atq; defendant.

Filij alieni inueterati sunt,
Et claudicauerunt a semitis suis.

Dum enim mentiuntur & ueritati pertinaciter contradicunt, non modo nō renouant sensu mentis suæ, sed indurantur etiā & irrecuperabiliter inueterascunt in suis opinionibus, Errantem enim facile est reuocare, sed mendacē qui studiose ueritatē impugnat, quis queat reuocare? Sic psal. iiij. Vt quid diligitis uanitatē & quæritis mendaciū? hoc in Iudæis impleri abunde uidemus. *Errans, Mēdax.*

Et claudicauerunt a semitis, quod. ij. Reg. xxij. & apud Hiero. sic legimus. Et cotrahēt in angustijs suis. Alij sic. Et claudicabūt a uinculis suis. Et. ij. Reg. xxij. per metathesin literarum uerbum הגר Hagar, quod hic חרג Harag ponitur, forte quod uoluerit spiritus, parū referre, siue claudicare, siue contrahi uinculis eos, diceret. Est enim sensus, Iudæos qui contempta fide libertatē Christi respuerūt, dati sunt in reprobum sensum, ut sese suis ꝓprijs doctrinis, ceu uinculis quibus dā illaqueent, affligent, & excarnificent, nec tamē unq̄ recte incedant, semper autem claudicent, ut sit contritio & infelicitas in uijs eorū. Idem sensus est psal. lxxx. Et non audiuit populus meus uocem meā, & Israel non intendit mihi,

intendit mihi, Et dimisi eos secundū desideria cordis eorum, ibunt in adinuē onib⁹ suis. Et Prouer. j. Et comedēt fructus uiæ suæ, suisq; cōsiliis saturabunt.

Iustitiarij scrupulosi semper.

Nec posset res ista iustitiaria impiorum aptius & significantius dici, q̄ q̄ cō trahunt in angustijs suis, uidemus enim omnes tales, q̄s sint scrupulosi & ca ptiuæ conscientiæ, ut etiam ibi timeant ubi timor non est, & ibi peccatū suspi centur, ubi forte meritum est, adeo angustam sibijpsis, tum opinionibus, tum traditionibus suis, faciūt uiam, semper inquieti, semper scrupulosi, semper me ticulosi, quos Colos. ij. Paulus pulchre tangit, ubi eorum uerba irridet, dicens: Ne tetigeritis, nec gustaueritis, nec contrectaueritis, quæ pereunt ipso usu, ra tionem quidē sapientiæ habentia. Ita enim suis statutis imbuunt, hoc non li cet, & hoc non licet, denicq; nihil eis licet, nisi esse impios in deū & homines. Exempla sunt nostro seculo, sacerdotum & religiosorū mores & ritus.

Hi ergo semper errant corde, & non cognouerunt uias domini, ut psal. ix. dicit, quos. iij. Reg. Helias figurat, dum Baalitas increpat. d. Vsq; quo claudica tis in duas partes. Claudi enim sunt, dum altero pede tantum, aut utroq; non ambulant, & tamen quia mouentur, similes sunt ambulantibus, hoc sit, dum affectu impio incedunt in litera seruitutis, operibus suis & semitis suis deo ser uire præsumentes.

Viuit dominus & benedictus deus meus,

Et exaltetur deus salutis meæ.

Finita sua & ecclesiæ historia seu prophetia, reuertitur ad laudandum & be nedicendum deū, potest autem laudātis affectu intelligi dictum, Viuit, id est, eius sit uita & benedictio, sicut dicit: Soli deo gloria & honor. Sic & Apostolus, j. Cor. xv. Qui solus habet immortalitatē, ita solus uiuit & solus est benedi ctus, ita solus est, qui exaltari debet, ut eius solius sit gloria, hoc modo in iudai cam perfidiam dicit, qui suis angustijs, uitam, benedictionem & gloriā quæ runt, quas oportuit soli deo tribui & acceptas referri, unde dicit, Deus salutis meæ, id est, qui saluum me facit, nō ego meipsum meis uiribus, tropo usitato, quo deus iustitiæ meæ, psal. iiij. dicitur, id est, qui me iustificat. In hebræo autē, Benedictus deus meus, צורי Zuri dicitur, quod aliquādo pro petra, aliquādo pro fortitudine transfertur, ut in principio psalmi huius uidimus, Deus meus fortitudo mea, sperabo in eo, Ita & hic, deum laudat, ut in quo fortitudinē suā sitam confitetur, non in seipso.

Potest etiā gloriantis affectu hic uersus dici, in despectum eorū, qui contra hunt suis angustijs, q̄ neq; uitā, neq; fortitudinem, neq; gloriā dei habeant, ac per hoc nec salutē, quæ non nisi in domino habet per libertatē fidei.

Deus qui das uindictas mihi, Et subdis populos sub me.

Deus qui das, pro, qui das, more suo, Duplici sensu potest hoc dici, primo, das uindictas mihi, id est, uindicas me, ut psal. cix. Donec ponam inimicos tu os, scabellum pedum tuorum. Secundo, das mihi uindictam facere, quia con stitutus est iudex uiuorum & mortuorum, & Iohan. vj. Dedit ei potestatem iudicium facere, quia filius hominis est, Vbi non seipsum clarificasse docetur, nec seipsum uindicasse, nobis in exemplum, ne arrogātes & ambitiosi simus. Ita uindicat Christus Iudæos impios, & regnat super gentium populos credu los: Dextera dei in hoc exaltatus, & dominus omnium factus.

Liberator

Liberator meus, de inimicis meis iracūdis, ab insurgētibus in me,
A viro iniquo eripe me.

Videntur hi quatuor uersus ultimi, Epilogus quidam esse eorum, quæ toto psalmo dicta sunt, quare satis ex præcedentibus apertus est eorum sensus. Id quod, A uiro iniquo (id est, uiris iniquitatis per synecdochē) dicit, hebræis est, per hamas illa, id est, iniuria quæ lædit & malū facit proximo, quod satis proprie iniquitatem diceret, nisi alibi uariaret interpres.

Propterea confitebor tibi in nationibus domine:
Et nomini tuo cantabo.

Hanc uersum Paulus Ro. xv. citat, ut diximus, qui & cogit hunc psalmum de Christo proprie intelligi. Igitur Christus a Iudæis liberatus, iracundis, hostibus, insurgentibus, iniquis, In gentium ecclesia per fidem cognitus laudat, & cantat nomen domini, hoc est, datis donis spiritus sui, facit nos confiteri & cāntare. Porro ipsum cōfiteri, & cantare indicat, nos, nō nostris iusticijs, sed gratuitis dei beneficijs uiuere & esse in Ecclesia, ut soli fidei & misericordiæ dei gloria maneat.

Magnificans salutes regis sui, & faciens misericordiā Christo suo:
Dauid & semini eius usq; in seculum.

Magnæ autem sunt salutes, quibus Christum regem suum & christianos saluos facit, quia a morte, a peccatis, ab inferno & omnibus malis saluat, æternæ enim sunt istæ salutes, uita, iustitia & gloria. Salutes autem corporales, paruæ, immo nihil sunt, in quo docemur, salutem corporis contemnere, & Christianum esse, ut magnas salutes, æternas q; spectemus, Nouo enim testamēto conuenit magnas salutes habere, sicut ueteri cōgruebant paruæ. Idē est quod dicit: Et faciens misericordiam Christo suo, hic finis uersus medij. Salutes ēm illæ nullis merentibus, sed solo miserente deo donatæ sunt, Vnde Christum suum hic intelligit, unicum illum, in quo promissa est misericordia donanda, cui ob id & factam hic dicit, id est impletam in eo. *Salutes per Christum.*

Dauid & semini eius usq; in seculum, cum sit altera pars uersus, hoc mihi uidetur dicere, q; salutes in rege illo & misericordia in Christo domini, sint impletæ, ut satisfieret Dauid & semini eius, cui facta est ꝓmissio de rege & Christo dei Iacob, ut. ij. Reg. ultimo dicitur, Totum ergo quod priore parte factum dicitur in Christo, Dauidi & semini eius factum intelligatur in æternum, ut Isa. lv. Misericordias Dauid fideles dabo uobis, quod Act. xiij. dicit Lucas, Dabo uobis sancta Dauid fidelia, hoc est, æternas salutes & misericordias, Fortiter enim hæserunt prophetæ in promissionibus dei, & sæpe easdem repetūt & inculcant, quin & dilatant & explicāt, quod & omnibus, qui salui fiūt, necessariū est, cum in his solis sita sit salus, non in præceptis aut operibus ullis.

PSALMVS DECIMVSOCTAVVS,
hebræis decimusnonus, Titulus, ad uictoriã.

PSALMVS DAVID.

COELI enarrant gloriam dei, Et opera manuum eius annunciat firmamentum.

Hunc psalmum esse de ministerio Euangelico intelligendũ, docet & cogit Paulus Ro.x. dicẽs: Nunquid nõ audierunt? Et quidem in omnẽ terram exiuit sonus eorũ, & in fines orbis terræ uerba eorũ. Vnde cœlos, firmamentũ, solem, dies, noctes & similia, allegorice oportet accipere, quibus iucundis inuolucris, nos spiritus trahit, ab hoc uisibili mundo, ad spectaculum, cuiusdam noui mundi, in quo, alij cœli, noctes, dies sint, quorũ in hoc mundo figurã & umbram uidemus. Cogit ergo nos hic ipsa euidens circũstantia & consequentia dictorum, tum autoritas noui testamenti, allegoriam apprehendere, quæ alioquin scripturarũ sensus amissa, uagetur in mortuis suis somnijs. Sic enim sæpe dicimus, nõ licere in scripturis allegorijs ludere (saltem in contentione) nisi alijs scripturæ locis, euincatur allegoria.

Allegoriã tractatori scripturarũ uitandam.

Diximus autẽ in superioribus quoq; spiritũ solere aliquãdo uerbis allegoricis uti, dum res quasdam allegoricas (ut sic dixerim) tractat. Sic psal.ij. Reges eos in uirga ferrea &c. Cum Euangelium sit dulce & molle, apparet tamẽ carni ferreũ, rem gloriosam tenuibus & humilibus uerbis eloquens. Contra hic, uelut in sublimi genere dicendi res quæ in oculis hominum uiles sunt, magnificis & potentibus uerbis eloquitur, figurata incedens oratione, pene per totum cœlos appellans eos, qui peripsima & feces mundi erant, ac uere quandam allegoria uiua, quæ aliud gerebat, & aliud erat.

Apostolicum munus, officiũ uerbi.

Cœli igitur sunt, Apostoli & quotquot funguntur Apostolico ministerio, id est, officio uerbi. Atq; hic egregia eloquẽtia uidebimus nobis dissecti, quid sit Euangelium, quid sit esse Apostolum seu Episcopum in ecclesia, tum qualis esse debeat, qui Episcopum agere uelit. Primum. Cœli esse debent & firmamentum, obsecro, quid hic non uirtutis in Ecclesiastico ministerio exigitur? Cœli sunt thronus, & habitaculum dei, sicut Isaiæ. lxvj. dicit, Cœlum mihi sedes est. Inhabitãtem ergo deum habeat, pontifex Ecclesiæ dei, ut sit sine crimine, & omnibus dotibus ornatis, quibus eum Paulus Tit.j. & Timot.iij. describit, cœlesti scilicet uita, & deo digna conuersatione degens in terris,

Episcopus qualis esse debeat, id est, Cælum.

Vnde eruditus episcopus

Quia puritate mereatur erudiri desursum & docibilis dei esse, ut terrenis hominibus, non sua, sed diuina tradat, Deinde firmamentum sit medium aquarum, sic enim cœlos appellare placuit Genẽ .j. propter futura mysteria, quia Episcopus & uerbi minister firmus esse debet in fide, cum in medias perfectionum aquas propter uerbum dei ponatur, ne uel superioribus uel inferioribus cedat, nec prosperis, nec aduersis commotus, atq; hæc quidem personam absoluunt, quibus erit sanctus deo, firmus hominibus: Si enim mercennarius fuerit, fugiet, & non firmamentum, sed nubes sine aqua, aut uapor modicum parens erit.

Officium ue-

Officium uero est, enarrare gloriam dei, & annũciare opera manuum eius. Id quod puris, citra figuram, uerbis describitur, quo & cogimur cœlos intelligere quosdam homines, cum enarrare & annunciare cœli uisibiles non possint, neq; enim os, linguam aut uocem habẽt, nisi allegorisare uellemus, quales sonandas mandari. Atq; hac ratione Episcopos & sacerdotes non esse, qui hodie sic uocantur, etiam si una die omnes preculas & omnes missas absoluerint. Non enim officium eorum est legere horas canonicas, missas frequentare, in templis boare, organis musicis strepere, & surdis ac mutis uocibus omnia implere, denicq; neq; miracula facere, aut optimis operibus, studijs, exercijs uitam exornare, exemploq; bono alijs lucere satis fuerit: Sed enarrare & annunciare & alijs in uerbo seruire, quod qui faciũt ubi sunt? nec satis est enarrare aut annunciare quoduis, ne scilicet gloriam hominum, aut opera manuum hominum annuncient, sed gloriam dei & opera manuum eius, hoc est, non nisi Euangelium. Quid enim est Euangelium, nisi annũciatio gloriæ dei & operum eius? id est Iesus Christus filius dei, Quod uidebimus, si quid gloria dei & opera manuum eius sint uiderimus.

Officium Episcopi.

Sacerdotes non sunt, qui dicũtur.

Nota.

Euangelium quid sit.

Paulus .j. Corint. j. dicit: Nos prædicamus Christum, Iudæis scandalũ, gentibus stultitiam, Ipsis uero uocatis sanctis, dei uirtutẽ & sapientiam. Solius enim dei est iustitia, ueritas, sapientia, uirtus, sanctitas, salus, & omne bonum. Nostra autem est iniquitas, insipientia, mendacium, infirmitas & omne malum, ut hæc omnia abunde in scripturis probant, & nos in superioribus sæpius docuimus. Omnis enim homo mendax, & perditio tua Israel. Hinc omnes tua sunt gloria dei, & non potest gloriari in cõspectu eius omnis caro, ut Paulus Roma. iij. dicit: At Christus factus est nobis a deo iustitia, sapientia, sanctificatio & redemptio, & per eum gloria dei habitat in terra nostra, & iustitia de cœlo prospicit. ut qui gloriatur in domino glorietur. Benedixit enim nos deus & pater misericordiarum omni benedictione cœlesti in spiritualibus, uerũ non nisi in Christo. ij. Cor. j.

Gloria dei & nostra.

Quare gloria dei enarrari non potest, nisi simul ignominia hominum enarretur. Nec deus uerax & iustus & misericors prædicatur, nisi nos mendaces & peccatores & miseri prædicemur. Quæ si crediderimus utraq;, salui erimus, & misericordia dei in nobis regnabit in gloriam eius. Sic psal. lx. Tibi soli peccaui, ut iustificeris in sermonibus tuis. Ita nihil in nobis est unde gloriemur, sed omnia abundant unde confundamur, Est autem in deo unde gloriemur, & nihil unde confundamur. Ex quibus colligitur gloriam dei esse duplicem, eam qua nos in ipso gloriamur, pura conscientia per misericordiam eius gratuitam donata, & eam qua ipse in nobis & a nobis glorificat. Et enarrari gloriam dei, aliud non esse, nisi prædicari id in quo deus glorificatur & nos gloriamur, hoc est, uniuersa inæstimabilis misericordiæ suæ mirabilia & diuitias gloriæ miserationum suarum super nos effusas, quod est uere Iheſum Christũ & Euangelium pure doceri.

Gloria dei duplex.

Enarrare gloriam dei.

Vide ergo q; spiritus breuissimo uerbo tantas res elocutus sit, nec solum breuissimo, sed aptissimo quoq;. Nam non solum res, sed & usum rerum exprimit. Multi enim Christum prædicant, sed ita, ut usum & beneficiũ eius nunq; intelligant aut dicant, ut facit uulgus illiud concionatorum, qui nõ nisi historias Christi prædicant, dum optime prædicant. At non est Christiana prædicatio, si histo-

Christum prædicare uere quid sit.

tio, si historice Christum prædices, nō hoc gloriam dei prædicare est, Sed si do cueris historiam Christi eo pertinere, ut nobis prosit credentibus ad iustitiam & salutem, ut non sibi, sed nobis omnia fecerit, uoluntate dei patris, & omnia quæ in Christo sunt, nostra esse sciamus. Hæc fides & scientia domini facit nos amare, gloriari & glorificare. Hanc gloriam Moses & prophetæ & si cognouerunt, non tamen enarrauerunt, sed enarrandam aliquando prædixerunt, cum doctrina legis potius gloriam hominum & ignominiam dei operaretur, dum per opera legis aut superbi præsumerent, aut desperati deum odirent homines, cœlorum est hæc enarratio. Vnde & hic psal. unus est locorum, in quibus Roma. j. Apostolus dicit, Euangelium esse promissum in scripturis sanctis per prophetas.

Cum ergo omnia Christi nostra sint, Euangelio docente, & iustitiam non operibus legis, sed gratiæ dei tribuit, sequi putatur, quod & ad Apostoli prædicationē sequi putabatur, scilicet, nos iam nō debere operari bonum, immo facere mala, ut ueniant bona, Peccare ut glorificetur deus, manere in peccato, ut gratia abundet, & ijs similia. Sic enim sapit prudentia carnis, quæ gloriam dei non capit, suffocata in gloria sua, quā Apostolus pulchre confutat Ro. vj. & vij. De qua nunc non est tempus dicendi.

Opera manuum dei quæ.

Opera manuum eius, Hic מעשה Maesæ, id est, facturæ, fabricæ, dicuntur, nō actiones aut operationes, quas uocant, transeuntes. In quo iterum uirtus gratiæ dei commendatur, & nostra confusio reuelatur: Sunt enim opera manuū dei, ipsæ nouæ creaturæ, ipsi fideles, de quibus Iacobus. j. Voluntarie enim genuit nos uerbo ueritatis, ut essemus initium aliquod creaturæ eius. Et Paulus ad Galathas: In Christo enim Iesu, neq; circūcisio, neq; præputium aliquid ualet, sed noua creatura. Non enim uerbum Euangelij, actus agentes mutat, nec

Gratia stat in operantibus, non in operibus.

respicit ad munera, sed ad offerentem: Quia non opera gratum faciunt apud deum, sed gratus facit opera, nec stat gloria dei nisi in operantibus, nequaq; in operibus. Moses quidem per legem opera mutat, nō operantes, ideo hypocritas facit, & in speciem iustificat. Euangelium autem uiuificat & ueritatem facit in hominibus. ꝙ autem de operibus recreationis loquatur, non de creationis ex eo capi potest, ꝙ de Euangelio prophetat, in quo docetur, quid ex nobis fieri oporteat. ꝯꝯ reuera nihil differat creatio & recreatio, cum utraq; ex nihilo operetur: Et omnis creatura sit opus manuum dei, præter impios, omnia enim alia, non sibi seruiūt, non agunt, sed aguntur & soli deo sunt ad gloriam, ad quorum imaginem & nos fieri oportet. Quid ergo est annūciari opera manuum dei, nisi docere, ueterem hominem crucifigi & nouum in dui, mori Christo, & resurgere cum Christo, & sic impleri in nobis gloriam dei?

Creatio & recreatio non differunt.

Vbi iterum uides, ꝙ breui & apto uerbo, eloquatur spiritus, non solum mysteria Crucis Christi, sed & usum & beneficiū eius, ut & hic discas, meros esse fabulatores, qui Christi passionē prædicant historico more, nullum eius usum & fructum docētes, qui est, ut opera manuū dei efficiamur. Vbi ergo manebit lib. arbi. ubi facere quod in se est: cum hic fieri nos doceamur, nō facere, & nō nos operemur, sed deus nos operetur, facturæ nō factores simus, Funditus scilicet ruit omnis Theologia superborum. Atq; hæc est causa, quare Cœlos & firmamenta esse oporteat eos, qui hæc enarrant, cum sint aduersaria toti mundo, maxime sapientibus, sanctis & potentibus, quorum furijs & turbinibus ne cedant necessum est.

Dies diei

Dies diei eructat uerbum,
Et nox nocti indicat scientiam.

Alia uarietate hic uersus tractatus est, qua dimissa, nostro spiritu abunde/
mus. Videtur enim declarare, quod dixit uersu primo, ne carnalis quispiã glo/
riam dei & opera manuũ eius sic enarrari intelligat aut expectet, ut simul rem
ipsam uideamus, seu uisibilia sint, quæ narrantur, quo modo, gloriæ & opera
hominum sehabent & narrantur, sic enim fides euacuaretur, Ideo talem glo/ Fide opus
riam, & talia uult opera dei intelligi, quæ nõ nisi uerbo & fide capiantr, Nõ em esse.
uidet solius dei gloria esse, necdum quid simus in opere dei apparuit, sed fide
interim credimus, alioquin quid erat ut diceret, enarrant, annunciant? Quod
enim narratur, non exhibetur uisui, sed auditui, nõ ostenditur in re, sed in uer/
bo, ideo dicit, Cœlos enarrãdo non proferre rem, sed uerbum, non indicat id
quod cognoscitur, sed scientiam seu cognitionem, ut oculos effodiat, sensum
captiuet, stultos faciat, & solo auditu fidei saluos faciat. Apud philosophos
em enarratores uident sibi res ipsas indicare, non uerbũ cum scientia non in/
dicetur, sed indicet rem, ideo stulti fiunt in his eloquijs dei.

Componit autem iucunda antitheti, dies & noctes, dies ipsi cœli, Apostoli, Dies diei.
firmamentum, quibus dominus dicit Matth. v. Vos estis lux mundi. Et Pau/
lus ad Corin. Nunc autem lux in domino estis. Et Thess. Inter quos lucetis si/
cut luminaria mundi, uerbum uitæ retinentes. Hic dies nouo sole Christo fa/
ctus eructat alteri diei, id est, mũdo, seu hominibus mundi, luce sapientiæ suæ
fulgentibus, uerbũ, i. non exhibet quod uideat, sed quod credat & desinat esse
dies, & sapiens in oculis suis, ac si dicat: Sapientia spiritus prædicat sapientiæ
carnis, & ita prædicat, ut captiuet uerbo, & stultam faciat. Nam sapientia spũs,
dies est coram deo, sapientia carnis, dies est coram mũdo, id est, utraq; in loco
suo, celebris clara & gloriosa est. Sic. j. Cor. j. Nonne deus stultam fecit sapien
tiam mundi? Scriptum est enim, perdam sapientiam sapientum, & prudentiã
prudentium reprobabo. Hic sensus ex eo mihi placet, quia scriptum est Euã/
gelium prædicandum esse, ijs qui ignorant, Ro. xv. Quoniam quibus non est
nunciatũ de eo uidebũt, Cum ergo dies eructet uerbũ diei, nõ utiq; ei cui eru/
ctatum est, nec sibijpsi eructanti, sed alteri & contrariæ, cui nõ fuit eructatum.

Esse autem dies & noctes hic allegoricas, cogit id quod dicit, Eructat uer/
bum, indicat scientiam, Neq; enim dies isti naturales eructant uerbum, aut in/
dicant scientiam, aut audiunt & cognoscunt, cum uerbũ, auditio, scientia, eru/
ditio, sed & eructare & indicare sit hominum uiuentiũ in terra, Sed & sequens
uersus de sermonibus & loquelis, confirmat idem. Ita nox, id est, Apostoli fi/
deles, nocti infideli indicat scientiam. Est enim eiusdem repetitio siue gemi/ Nox nocti.
natio, sicut enim fideles sunt lux coram deo & in deo, ita sunt nox coram &
in mundo, scilicet obscuri & contempti, immo & in oculis suis nihil & tene/
bræ sunt, quia sibijpsis non placent, Contra impij & infideles, ut sunt lux in
mundo & oculis suis sibi placentes & apparentes, ita in spiritu & in oculis dei
sunt nox & tenebræ. Sic Apostolus enim dicit: Eratis aliquãdo tenebræ. Qua/
tuor itaq; limites hic digerit propheta, uocans homines quales sunt secundũ
diuersos cõspectus & partes suas. Impij sunt dies in oculis suis secundum ex/
teriorem hominẽ. Pij sunt
teriorem hominem, nox in oculis dei secundum interiorem hominẽ.

dies in oculis dei secundum interiorem hominem: Nox in oculis hominũ ꝛc suis secundum exteriorem hominem.

Obserua obseruantiam prophetæ, quomodo uerbum tribuat diei, & noctiscientiam. Q2 nocti, id est, mundo secundum interiorem hominẽ scientia in dicatur, sed diei, id est, eidem secundum exteriorem hominem uerbum eructatur: Verbum enim ad auditum foris, sed scientia ad notitiam intus pertinet. Quanꝯ qui uelit possit per scientiam æque uerbum uocale intelligere. Est igitur sensus: Prudentes spiritu indicant prudentibus carne scientiam, id est, notitiam dant per uerbum de rebus absconditis, quas non indicant. Sic Lucæ j. Iohan. scribitur, præire ante faciem domini, ad dandam, nõ salutem ipsam, sed scientiam salutis, quia salus nostra absconditа est cum Christo in deo, sed scientia eius manifestata est per uerbum fidei.

Non sunt loquelæ neqꝫ sermones, quorum non audiantur uoces eorum.

Quorum eorum? cœlorum, dierum & noctium, qui enarrant gloriam dei, & opera manuum eius, sed ubi istos cœlos audiemus? aut in qua gente? aut quibus linguis loquentur? Respondet, Omnium gẽtium linguis loquentur, & in omni terra, ut sequens uersus dicet. Id impletum est, ubi Apostoli loquebantur uarijs linguis magnalia dei, & adhuc impletur in orbe terrarum, quia Euangelium per Apostolos uarijs linguis euulgatum, adhuc sonat in eisdem linguis, usque in finem mundi, licet non omnes uarijs linguis loquantur, nec est necesse.

Quomodo differant loquelæ & sermones, nondum satis mihi liquet, utisum est multis, loquelas pertinere ad linguas, sermones ad differentias seu proprietates eiusdem linguæ, sicut in hebræa lingua, Galilei a Iudæis discernebãtur, ut in Euangelijs legimus dicentibus ad Petrum, Galilæus es, nam & loquela tua te manifestum facit. Ego contentus sum hoc uersu doceri Apostolos fuisse omnium linguis locutos.

Apostoli quõ linguis locuti

Obstruit autem uersus hic, os eorum, qui dicunt Apostolos una lingua locutos hebræa, cæterum auditas ab alijs suas proprias, hic enim dicit: Non esse loquelas, quarum non sunt auditæ uoces eorum. Si enim uoces Apostolorũ erant & hæ omniũ linguarum hominibus sunt auditæ, certe uarijs linguis sonuerunt, aut si non sonuerunt, uoces non eorum fuerunt, sed uel audientium uel aeris intermedij. Quo miraculo aũt uarias uoces ediderint, ut auditus non confunderentur (neqꝫ enim eadem auris simul potest uarijs uocibus seruire) quis nouit? Is qui dedit uarijs linguis loqui, potuit etiam facere, ut singulæ ad suæ linguæ homines sine strepitu & mixtu aliarum peruenirẽt, sicut Christus de cœlo loquebatur Saulo, & tamen a solo Paulo audiebatur, id quod Lucas indicat fere, ubi dicit turbam mente confusam, & unumquẽqꝫ audiuisse eos sua lingua loquentem, quasi dicat, unũquenqꝫ sua solum tangebat lingua, & tamen singuli eosdem audiebant, & uarijs illi loquebantur, non enim dicit audierunt linguam suam, sed unusquisqꝫ audiebat eos lingua sua loquentes, id est, qꝫ loquerentur, non tm audirentur lingua sua. Alioqui quid erat necesse Apostolos græcam scire, in qua scripserũt? Sufficisset hebræa, nec tunc uarijs linguis locuti, sed uarijs auribus auditi debent dici, nec miraculum in linguis prædicantium, sed in auribus audientium ponetur.

Iterum *uide*

Non uide ut cõmendet fidem, non em̃ uident̃ quæ narrant̃, sed audiunt̃ cõmendatur
conscientiã, auditus solus requirit̃ in Ecclesia dei. Hierony. sic uertit: Non sunt fides.
omnes, non sunt uerba quibus non audiatur uox eorum, ubi uerba, רבריהם
dicuntur, quod aliquoties res seu historias significat, seu famam, quo
modo hic nõ credo accipi. Nec solum fides, sed efficacia & fructus uerbi simul
commendat̃, ꝙ non in uentũ locuti dicuntur, Sed audiuntur uoces eorum, id
est admittunt̃ & suscipiũtur quod fit per fidem. Omitto hic quæstionem quã
aliqui mouent: Sit ne hic uersus impletus, cum nondum omnes gentes Euan-
gelium audierint, facile hic quiuis respondere poterit.

In omnem terram exiuit sonus eorum,

Et in fines orbis terræ uerba eorum.

Locum (ut dixi) hic designat ubi sonent isti cœli, ne quis quæratur aut sese
excuset, ꝙ non possit transfretare, aut in cœlum ascendere ad audiendum, pro
pe est uerbum in ore tuo, & in corde tuo ait Moses Deutro. xxx. Ad hoc enim
uarijs linguis donati fuerunt, ut in omnem terram sonus eorum exiret. Et ui-
de ꝙ uigilanter aptet spiritus uerba sua, ne Apostoli putarent̃ esse uerbi auto-
res, facit eos ministros & instrumẽta, sicut dicit Christus. Non enim uos estis
qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Et iterũ. Ille me
clarificabit & testimonium perhibebit de me, & uos testimonium perhibebi-
tis, Ideo dixit, uoces eorum audiunt̃, sed alius est qui loquitur. Exit sonus eo-
rum, sed alius est qui efflat & emittit, usus uoce & uerbis eorum, pro instru-
mentis suis.

Augustinus hunc locum torquet in donatistas, qui Ecclesiam in Affricæ an
gulũ artabãt, sed multo magis torqueri debet in nostros nouos donatistas, qui
negãt in India & Perside & Asia esse fideles, Vbi enim sonus & uerba spiritus
sunt, ibi Ecclesia sine dubio uera est Christi, Nõ enim loquit̃ spũs Christi, nisi
in Ecclesia sua, quare cũ hic sit apertus textus sonũ Apostolorũ exiuisse in om
nem terrã, necdũ legatur reuocatus, timendũ est nobis, ne cum impijs donati-
stis siue illis siue istis, nos solos iactemus pro fidelibus, qui forte nihil minus
sumus ꝙ fideles, cum uerbũ & sonũ Apostolorũ nusquam audiamus.

Et ꝙ ꝙ hebræus habeat. In omnẽ terrã exiuit regula eorũ, tamen Apostolus
Ro. x. sonũ dicit, & in idẽ recidit, Sonus enim euangelicus, regula illa est iuxta
quã ædificat̃ Ecclesia, nõ enim ædificatur armis corporalibus fabrorũ, sed uer-
bo uitæ. Simul tamen eo uerbo certa mẽsura significatur, qua cuiusꝙ Aposto-
li ministerium dispartitum est in orbem terrarũ: Non enim omnes eodẽ loco
prædicauerunt, sed diuisi sunt in totũ mundum, nõ ut diuitias eius sibi aggre-
gent, sed unusquisꝙ portionem suam ad Christum reducat.

In sole posuit tabernaculum suum.

Hæc in hebræo pars est posterior præcedentis uersus, hoc modo habens, So
li posuit tabernaculum in eis, solem alij proprie accipiunt, pro isto sole uisibi-
li, in quo Ecclesia seu humanitas Christi, tabernaculum dei, manifestatum sit,
Sed melius arbitror prophetam perstare in allegoria cœpta, & solem esse eũ,
qui in istis cœlis poni & habitare possit, quod & sequens uersus indicat: Et
ipse tanꝙ sponsus procedens, Et satis uiolẽter interpres hebraicum, בם Bam,
qd̃ sonat in eis (id est, cœlis prædictis) mutarũt in, suum, immo fere omiserũt,
Quãꝙ reuera allegoria ista sumpta sit ex cœlis & sole uisibilibus istis in qui-
bus sol

bus sol habitat & currit ab oriente in occidentem iucundissimo cursu. Igit̃ ien sus est, Christum qui est sol iustitiæ (ut Malach. iiij. dicitur orietur uobis timen tibus nomen meum, sol iustitiæ, & salus sub pennis eius) posuit in Apostolis. Ipse enim illuminat eos, loquitur, operatur, & est omnia in eis.

Videmus enim & in his cœlis solem esse gloriam ac uniuersam eorum sub stantiam, cum merso sole ac tenebris præsentibus, chaos quoddam potius tri ste appareat q̃ cœlum. Ita Apostoli aut eorum successores, si sine inhabitante *Chaos & nõ Cœlum.* Christo forent, uere chaos & non cœli essent. Vnde hic uersus causam reddit prædictorũ, Q. omnia quæ de cœlis gloriosa dicta sunt, & quæcunq; possunt, non sua uirtute, sed inhabitantis Christi possunt. Tabernaculum uero istud, fides Christi est, per quã in nobis habitat, sicut Ephesios. iij. Christum habita re per fidem in cordibus uestris. De quo Isaias. iiij. Super omnẽ gloriam prote ctio & tabernaculum erit in umbraculum diei ab æstu in securitatẽ & absco sionẽ a turbine & pluuia, id est, fides ꝓtegit utrinq; a ꝓsperis & aduersis.

Et ipse tanq̃ sponsus procedens de thalamo suo, exultauit ut gigas ad currendam uiam.

A summo cœlo egressio eius, & occursus eius usq; ad summũ eius.

Nec est, qui se abscondat a calore eius.

Id est Euangelium parauit, siue id, de quo in Euangelio enarrarent Aposto li, Describit em̃ his duobus uersibus solem, cui in Apostolis, tabernaculũ po situm dixerat, de quo totum sonat Euangelium, & ipse est gloria dei, in quo & omnia reposuit. Omnium fere sententia est, hos duos uersus, de incarnati one, conuersatione, assumptione Christi loqui, quam priore loco sequamur.

Thalamus Christi. Thalamum Christi, quod hebraice, occultum, uelatũq; significat, omnes intel ligunt uirginem Mariam, e cuius utero prodijt sicut sol ex aurora, immo ex noctis occulto, Pulchra certe sententia, qua ineffabilis illa natiuitas signatur, in qua sola uirtus altissimi obumbrauit uirginem, & in abscõdito operata est hunc fœtum salutis, quod natura nesciuit, nec attingere potuit, sicut enim sol oriens prodit omnibus uisibilis, & tamen nemo noscere possit unde ueniat. Ita Christus natus ad omnium conspectum uenit, & tamẽ natiuitatem suam (ut Isaias prædixit) habuit inenarrabilem, cũ nasci ex uirgine sine uiro, usum & captum superet naturæ.

Sponsus Ecclesiæ. Sponsum aũt uocat, q̃ indutus humanitate, sit cũ Ecclesia copulatus, in unã carnẽ, quod sacramentũ magnũ & iucundum est, in quo conuenerunt in unũ diues & pauper, iustus & peccator, beatus & damnatus, filius gratiæ & filius miseriæ, Neq; enim põt ullo alio uerbo, magnificẽtius illa misericordia cõmen dari, q̃ q̃ sponsus Ecclesiæ uocat̃, in quo, oĩa sua nobis, donata, omnia nostra ablata ꝓphetant̃. Sed quo modo procedit spõsus de thalamo suo? Et cur hũc solem Christũ ea cõparatione prædicat? forte, q̃ spõsus ornatus, & coronatus ꝓcedit, gestiens amore spõsæ suæ. Ita Christus amore Ecclesiæ ꝓcessit de uen tre uirginis, ornatus & coronatus in spiritu, cum secundũ carnem, uenerit in summa paupertate & cõtemptu, plenus enim ornamẽtis & coronis gratiæ dei uenit, gestiens in amorem Ecclesiæ suæ, Ideo exultauit ut fortis ad currendam uiam, hoc est, magna charitatis & spiritus fortitudine, creuit, operatus est, pu gnauit in agone, cum diabolo & peccatis nostris, passus & mortuus est.

A summo

A summo cœlo egressio eius, Dictum uolũt, de natiuitate æternitatis, quia a patre exiuit, & uenit in mundum, ut Iohan. xvj. dicit. Et occursus eius, usq; ad summum eius, De ascensione eius exponunt. deinde, Calorem eius, spiritum sanctum intelligunt, qui repleuit orbem terrarum, clarificans Christũ esse dominum omnium & omnia subiecta sub pedibus eius.

Vera inq; horum sententia, sed non suo loco dicta. Desideratur enim in ea, ordo & cõsequẽtia. Et nihil de Christi incarnatione cõuersatione, assumptione, sed de glorificatione & prædicatione eius, mihi loqui uidet: Cœlos em̃ describit, & uniuersum illud mysteriũ pẽtecostes & ministeriũ Euãgelicũ. Quare suspicor, nõ cũ retrogredi, ad ea quæ ante pẽtecosten gesta sunt, sed potius ea persequi, quæ secuta sunt, ad cœlorũ narrationes & linguarũ donũ, scilicet, regnũ fidei in toto orbe dilatatũ. Id qđ & ordo & uerba, mihi prestare uident modo allegorice propheram loqui, pro maiestate sacri mysterij accipiamus, sic enim cœlos, firmamentum, dies, noctes, solem, tabernaculum solis, allegorice accepimus, de mystico & prædicato Christo per Apostolos. Ita eadem cõtinente seu continua allegoria, processus sponsi de Thalamo, egressus & occursus, & exultatio ad currendã uiam, non nisi, regnanti & per Euangelium prædicato, & credito Christo conuenire debebunt. Sic enim ego meditor, salua cuiusq; meliore sententia, cũ de nouo quodã mũdo psalmus agat, ut dixim⁹.

Igitur exeunte in omnem terram sono cœlorum, Ipse qui in eisdem cœlis tabernaculum suum posuit, hoc ipso eorum ministerio procedit & reuelatur in cordibus terrenis per fidem, qua desponsat sibi Ecclesiam totius orbis terrarum, sicut in Osex. ij. dicit. Et spõsabo te mihi in sempiternum, & sponsabo te mihi in iustitia & iudicio, & in misericordia & miserationibus: Et sponsabo te mihi in fide, nec; enim Christus sola incarnatione sua sponsus proprie & plene factus est, sed assentiente eius pacto per fidem Ecclesia sua. Qui enim spõsam habet, sponsus est (ait Iohan. iij.) Consensus enim facit matrimonium, ante quem uerius procus cẽ; sponsus dicitur. Quare processus eius tanc; sponsi, est reuelatio eius in fidem Ecclesiæ, hoc est, dum creditus est apparuit esse sponsus. *Desponsatio Christi cum Ecclesia.*

De thalamo autem, siue de abscondito, quid sit, non capio, nisi uelit intelligi, Christum in cordibus fidelium per fidem sic oriri, ut nescias unde ueniat, sicut Iohan. iij. dicit. Spiritus spirat ubi uult & uocem eius audis, & nescis unde ueniat, aut quo uadat, quo significaretur gratuita miserentis dei dignatio, non enim nobis cogitantibus, sapientibus, uolentibus, oritur in nobis fides Christi, sed incomprehensibili & occulto opere spiritus, prævenitur quisquis fide donatur in Christo, ad solum uerbi auditum, citra omnem nostram aliam operam, quod si hic recte sapio, eiusdem tropi erit hæc locutio, quo dicit: Qui producit uentos de thesauris suis. Et psal. xvj. De absconditis tuis adimplebis uentrem eorum. Si enim res quæ ad uictum pertinent carnis, prodeunt de occultis dei, ut nullius industria præueniri, capi aut parari possint, quantomagis res illæ diuinæ & æternæ, quæ in fide, & per fidem donantur, ministerio & auditu uerbi, absq; nostro studio parãtur? Necessario ergo addit, Christum procedere & orin, in cordibus nostris, sicut sponsum de occultis, ut gloria dei & opera manuum eius, non nostri lib. arbi. superbia enarrentur. *Thalamo Christus egreditur.*

Pulchrum tamen est, occultum hoc dei, Thalamum sponsi uocari, Cum ipsa Ecclesia, in scripturis passim uocet עלמות Almuth, id est, abscõdita, quæ est thalamus Christi, e quo Christus (id est, quicquid est Christi, siue fides, siue uerbum,

ue uerbū, siue uirtus) processit & in mundo apparuit. Dum enim hæc in Ecclesia manifestantur, simul Christus manifestatur, ut cuius, tanq; sponsi, omnia sunt, quæ Ecclesia habet. Sic Ephe. iij. dicit Paulus, ut innotescat principatibus & potestatibus in cœlestibus per Ecclesiā multiformis sapientia dei, secundū præfinitionem seculorum, quam fecit in Christo IHESV domino nostro. Ita procedente Ecclesia & fide Christi, certe Christus procedit in Ecclesia, & per Ecclesiam & ex ecclesia, in conspectum mūdi, quo modo &. j. Timot. iij. dicit, manifeste magnum pietatis sacramentū est, quod manifestatum est in carne, & iustificatū est in spiritu, apparuit angelis, prædicatū est gentibus, creditū est mūdo, assumptum est in gloria. Et nescio quæ energia in uerbis huius uersus sit, maior, q̄ ego consequi possim, q̄ Christum inducit procedentē ut sponsum de thalamo suo. Videtur enim, Ecclesiam & Christū, breui uerbo, facere unā carnem, & unū spiritū & omnia cōmunia, ad quod & cantica Salomonis alludūt dum ecclesiæ ortū & processum describunt. d. Quæ est ista, quæ progredit, quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol. Deniq; familiare fuit Dauid, Christi & Ecclesiæ ortum, auroræ seu solis ortui comparare, ut psal. cix Ex utero auroræ tibi ros infantiæ tuæ, Vbi nos habem⁹, Ex utero ante luciferū genui te. Quid enim uterus auroræ, nisi thalamus Ecclesiæ, ex quo processit Christus, dum prædicato per Apostolos Euangelio, aucti sunt Christiani, in quibus Christus & ipsi in Christo? Sic de eodem. ij. Regū. xxiij. ultima uerba Dauid habent, Sicut lux auroræ oriente sole, mane absq; nubibus rutilat & sicut pluuijs germinat herba de terra. Sed & Iob. iij. Imprecatur diei suo, ne uideat lucem, nec ortum surgentis auroræ.

Christi & Ecclesiæ unitas.

Siue igitur Thalamum, uocemus, occultū dei, siue uterum Ecclesiæ, unde procedit & crescit Christus, non refert, utrunq; uerum est. Et ex natiuitate carnis Christi, facile intelligitur hæc natiuitas spiritus. Sicut enim in beata uirgine utrūq; occultum fuit, scilicet uterus uirginis, & occultum opus dei, quo Christus formatus & natus est, ita & in Ecclesia, utrūq; fuit. Nā ex utero Apostolorum, qui primitiua Ecclesia fuerunt & secreto opere dei, processit Christus, natiuitate spiritus & manifestatus est mundo. Nihil enim esset Christus, si carne solum natus esset in personam suam, nisi natus esset & spiritu in corpus suum, quod est Ecclesia, de qua potissimum natiuitate, allegoricum prophetam loqui intelligimus, ut dixi, qua proprie, sicut sponsus prodijt.

Natiuitas Christi duplex.

Exultauit ut gygas ad currendam uiam. Gygas heb. a גבור Gybor dicitur potens & dominator, sed in spiritu, quo significat prophera, Ecclesiā & Christum in ea, per uerbum Apostolorum, prospere processisse, & aduersus omnē potentiam inferorum creuisse, licet secundum carnem infirmaretur uarijs, ac multis persecutionibus, neq; enim imminutus est Christus, sed etiam cū gaudio cucurrit, magnificatus & eleuatus est, per totum orbem, sicut sol uisibilis uidetur, quodam modo gestire, oriens & ascendens. Verum propheta regius peculiari & regio sermone loquitur, ut ego fatear, me uerba eius non posse ulla interpretatione consequi, etiam si rem ipsam non nihil capiam meditatione. Breui enim uerbo, pugnam Ecclesiæ, in uerbo potentissimo & superbissima fide constantis, aduersus omnes potestates mundi describit, dū Christo in ea pugnāti omnia tribuit, tanq; giganti alacriter pugnanti & uincenti & prospere agenti, cū longe contraria omnia apparerent sensui. Sicut enim magnificis cœli, firmamenti, diei, noctis, allegorijs, utilissimos Apostolos celebrauit. Ita eadem pompa uerborum allegorica, potētiam Christi gigantis in ecclesia currentis &

uerendi & late seipsum multiplicantis per Euāgelium, in summa infirmitate, & (ut ego arbitror) imminutione eiusdē Ecclesiæ, describit, ut nō sponsus, sed homo esse apparere, nec præcedere, sed interiri uideretur, ideo de occulto & thalamo non procedere dicit, id est, sacramento crucis, & crucifixæ Ecclesiæ.

A summo cœlo egressio eius & occursus eius, usq; ad summum eius. Hebræ uocabulis uerbis: A fine cœlorum exitus eius, & ambitus eius ad finem eorum. In quo mira proprietate, Ecclesiam uniuerso orbe multiplicatam significat. Fines enim cœlorum appellat, quos horizontas nostri uocant, permanens in allegoria cœpta solis uisibilis, sicut enim ubiq; terrarum, sol idem ab oriente in occidentem uergit, quasi ab uno cœli fine ad alium (sic enim apparet sensui) ita Christus ubiq; terrarum oritur & Ecclesia eius, ab oriente & occidente congregatur, ut dicit Matth. viij. Multi ab oriente & occidente uenient, & recumbent cū Abraham, Isaac, & Iacob, in regno cœlorum. Isa. xlix. Ecce isti de longe uenient, & ecce illi ab aquilone, & mari & isti de terra Australi. Et. xlxiij. Ab oriente adducam semen tuum, & ab occidēte congregabo te, dicam aquilōni, Da, & austro, noli prohibere, affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terræ, & omnem qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creaui eum, formaui eum, & feci eum. *Latitudo Ecclesiæ.*

Hanc sententiam psalmo, ij. sic posuit: Dabo tibi gentes hæreditatem & possessionem tuam terminos terræ. Et. lxxj. Et dominabitur a mari usq; ad mare, & a flumine usq; ad terminos orbis terrarum. Quare summum cœlorum, & summum eorum, hoc uersu dicitur eodem tropo, quo Christus Matth. xxiiij. dicit: Et cōgregabunt electos eius a quatuor uentis, a summis cœlorum (id est, ab oriente usq; ad terminos eorum (id est, usq; ad occidentem) Sic enim Christus collectus est ex hominibus terræ, ab oriente usque ad occidentem, ubique prædicatus, ubiq; creditus, ubiq; sponsus Ecclesiæ factus est, quod solo uerbi ministerio factum est, etiam non cogitantibus nec præuidentibus prædicatoribus. Sic enim Apostoli audierunt, Samariam recepisse uerbum dei, antequā prædicare illi decreuissent. Et Isaiæ. xcjx. Ecclesia se præuentam miratur, inopinata fidelium multitudine, dicens: Quis mihi genuit istos? Ego sterilis & nō pariēs, trāsmigrata & captiuata, & istos quis enutriuit? Ego destituta & sola & isti ubi hic erant? Ita enim odor Christi bonus in Apostolis adducebat ex uniuerso circuitu terrarum ad uerbum & fidē Christi, hoc est a summo cœlorum, ad summum eorum. *Notabile.*

Nec est qui se abscondat a calore eius. Calorem solis allegorice, spiritum sanctum dici non est dubium. Hic autem nullam personarum respectum habuit, nec discreuit inter gentes & Iudæos, cum sit idem dominus omnium, etiam de lapidibus suis suscitans filios Abrahæ. Vt enim omnes peccauerunt, ita omnes gratuito calore spiritus miserente iustificati & uiuificati sunt. Calorem autem potius uoluit appellare, quā alio nomine, ut uirtutem spiritus uiuificatoris signaret. Calor enim uitæ qualitas est, frigus mortis. Sic Genē. j. Spiritus domini ferebatur super aquas, in est, incubabat & fouebat calore suo uiuificaturus, sicut gallina incubat & uiuificat oua sua. Hebraice non est, qui se abscondat, quod fugam abscondentis se prætendit, sicut Adam in paradiso se abscondit: Sed simpliciter, Nō est absconditus a calore eius, quo potius inueniri misericorditer intelligitur abscōditus, & illuminari seu reuelari, sicut Lucæ. ij. Christus ad reuelationem gentium paratus dicitur. Est enim expressio eius, quod dixerat ubiq; terrarum Christum regnare & nullū esse locum, in quo spiritus *Calor solis, spiritus sanctus.*

Christus ubiq; regnat.

eius non iustificet & uiuificet homines. Ne impij loco alicui Ecclesiam Christi affigant, & in suum angulum coartent, qui soli uolunt calore spiritus animati uideri, cum potius frigore Babylonis sint exanimes.

Hoc etiam uult Propheta, ꝙ ad solius Euangelij ortum datus & effusus sit in totum orbē spiritus sanctus, lex enim calorem neꝙ dat, neꝙ habet, quæ potius frigus est, faciens, inuitos, pigros, immo mortuos ad opera bona, sicut dicitur psal. cxlvij. Ante faciem frigoris eius, quis sustinebit? Emittet uerbum suum & liquefaciet ea, flabit spiritus eius & fluent aquæ. Verbum inquit, Euangelici caloris emittet, id est spiritus, hoc enī liquefaciet, sicut & psal. cxxv. Conuerte domine captiuitatem nostram, sicut torrens in austro.

Lex domini immaculata, conuertens animas, testimonium domini fidele, sapientiam prestans paruulis.

Descripto ministerio Euangelico & opere eius, quod est, enarrare gloriam dei, & eodem uerbo fidem Christi plantare ac spiritum dare, Prosequitur fructum eiusdem, qui est, dilectio legis, id est plenitudo legis, sicut Ro. xiij. dicit: Plenitudo legis dilectio. Neꝙ enī lex operibus, sed amore impletur, nec uult operibus fingi, sed affectu amari. Ideo Propheta eos intuens, qui per uerbum fidei accepto spiritu, hilares & amātes facti sunt, ad facienda ea quæ legis sunt, docet, ꝙ sit sancta & iusta & bona lex, quæ his qui sine spiritu sunt, amara, iniqua & dura uidetur, cum non sit culpa legis, sed affectuum, ac si Christum & Mosen comparet, dicens: Mosen odiebāt & cornutam eius faciem fugiebant, denicꝙ lapidibus eum impetebant, semperꝙ aduersus eum murmurabant. In his enim figurata est, legis & affectus mali mutua habitudo. At Moses reuerabat mitissimus omnium, qui erant super terrā, quod tñ non cognoscebant. Et lex dñi amabilissima est, quod prauitas cordis non intelligit, donec, ad uocem sponsi sublata prauitate & dato spiritu, lex cognoscatur & ametur.

Lex non operibus sed amore impletur.

Quare & si de lege domini, quæ litera est, loquitur, quæ in Decalogo scribitur, non tamē, nisi de amata & iam e litera in spiritum rapta loquitur. Sic enim Hiere. xxxij. promisit: Scribam legem meam in cordibus eorum, & dabo in ui sceribus eorum. Id quod indicat, ubi dicit: Lex immaculata, id est, integra, seu innocens, hoc est (ut in hebræo, dicitur) תמימה Themima, quæ facit bonum & innocentem, Quod nō facit, nisi dum spiritus digito scribitur, & calore uerbi docetur, ideo & calorem præmisit uersu præcedente. Diximus autem abunde alias, quo modo, lex, litera sit, siue scribatur, siue dicatur, siue intelligatur, donec ametur, qd non est legis ipsius docentis, sed caloris iustificantis & animas conuertentis. In summa, hac ratione tribuit his uersibus, tam eximia munera legi, ut sit immaculata, conuertens animas, & reliqua, ut eam discernat a lege sine uerbo fidei & calore spiritus docta, quæ non nisi polluit & auertit animas, infideles facit & insipientes, ut omnia quæ de lege hoc loco prædicat, spiritus calefactoris per uerbum fidei esse intelligantur. Qua causa & tanta uerborum copia gestit, toties (nempe sexies) legem repetens aliis & aliis uerbis, & duodecim epithetis, uelut duodecim fructibus ligni uitæ eam celebrans. Ipso plane uerborum gestu id ostentans, quod reuera in anima legem amante & gestiente geritur. Amans enim legem nō potest satis eam laudare, adeo placet quæ prius adeo displicuit. Quare omnia hæc per antithesin uideamus, quo facilius intelligamus, quid lex sine spiritu, & spiritus sine lege operet in nobis.

Primum,

Primum, Lex est immaculata per fidem, nō modo in seipsa, seu (ut uocant) obiectiue, sed & in nobis, seu (ut dicunt) effectiue (nam formaliter nunq̄ non est immaculata) quia & facit nos bonos & immaculatos, & amatur ab immaculatis & bonis factis, ut immaculata, hoc est, uere cognoscitur qualis est. At si nō fit, non modo non immaculatos seu bonos facit, aut non amatur, sed etiam nos & malos facit, & ut mala oditur, quia lex iram operatur & mortem, quam nemo non odit, & prohibet concupiscentiam, qua nemo non irritatur & indignatur, & si metu pœnarum simulet obedientiam, quæ hypocrisis tantum timore pœnæ, sed magis auertit cor odio earundem & indignatione prohibitæ concupiscentiæ, conuertit etiam os, oculos, & aures, & omnes uires, sed cor non est rectum, & spiritus non est fidelis. Quare nequis his uersibus legem absolute laudari intelligat, opus est, ut subintelligat, legem esse talem factam per fidem, non autem ipsam esse se solam, factricem talem: Non talia facit lex, sed talis fit per calorem solis in fide uerbi orientis, fit inq̄ talis in nobis, in quibus ante fidem, longe contraria erat, hoc enim sensu plane intelligitur fructum fidei Euangelicæ, esse legem amabilem factam, & talem, qualem hic describit. *Lex amabilis simas fidelibus*

Tertium, Testimonium domini fidele, idem per testimoniū domini quod per legem, intelligi non est dubium, sicut & per sequentia quatuor nomina, iusticiæ, præceptum, timor, iudicia, Alijs & alijs causis. Nam lex dicitur a docendo seu instruendo ea, quæ ignoramus. Testimonium a testificando, quod sit ceu signum & memoriale per alios uelut testes & nuncios datum ab eo, qui absens est & non apparet, De reliquis suo loco, hic duas istas obseruatas uidemus rationes. Nam lex docendo facit תמימים Thamim (id est, bonos uiros) & conuertit animas, si tamen in spiritu doceatur. Testimonium fidele, quia & si sit absentis & nusq̄ apparentis, non tamen fallit aut decipit, neq̄ enim frustra impletur, nec in obliuione est opus nostrum corā eo, qui non uidetur, sic enim fides fidele credit esse testimonium dei. Quæ causa solet homines reddere suspitiosos de fidelitate, deinde pigros de præstanda fide: Oculata enim & grauia fide negotiantur homines. Neq̄ hoc modo solum fidele est passiue, uerum & fideles facit actiue, ut ij qui fidem habent non segnius faciant absentes, q̄s si præsentes essent ei, cuius est testimoniū. Contra, ubi spiritus fidei nō fuerit, ibi nec fidele habetur, nec fideles facit, immo infideles facit: Agunt enim ac si is, qui præcepit, nullus sit, aut non exacturus, nec redditurus sit, ita fit testimonium eis uanum & falsum, quia ipsi uani & falsi sunt.

Quartum, Sapientiam præstans paruulis. Paruuli hic proprie sunt, simplices & hi qui persuasibiles sunt facile, ut Prouerbiorum. j. Vsquequo paruuli diligitis infantiam? Et. xiij. Innocens credit omni uerbo, id quod proprie, ad testimonium quadrat. Neq̄ enim audiūt testimoniū domini, nisi persuasibiles & ductiles uelut paruuli, cum denuncietur per uiles & abiectos testes, ab eo qui tam longe remotus est ab omni sensu. Sapientes autem fiunt testimonijs, id est earum rerum cognitores, quæ excedunt omnem captum, & remotæ sunt a nobis, id est, fidei, quam dum cognoscunt, ab omnibus se subtrahunt, quæ uidentur & comprehenduntur, studentes illi placere, quem non uident. Hoc modo, dum docet cœlestia, fit per fidem, testimonium domini, sapiens & sapientes faciens. Contra, maiores illi impersuasibiles rebus præsentibus potius

inhærent, quibus excæcati, imprudentes fiunt, nihil de absente deo sapientes, ꝙ sic etiam timore pœnæ de deo loqui, audire, cogitareue cogantur, affectu mentem eo longius abeunt, & ijs, quæ uident, immerguntur, id quod facit, testimonium domini nõdum factum tale, quod sapiẽtiam præbeat paruulis, id est, sine spiritu doctum.

In hebræo, collectiue accipi potest עדות יהוה eduth edonai, id est, summa testimoniorum, seu quicquid est testimoniorum domini, quo modo עלמות Almuth iuuẽtutem, id est summã iuuenum, seu quicqd est iuuenum dicimus, tamen hoc parum ad rem, nisi ꝙ elegantia regij Prophetæ obseruãda est.

Iustitiæ domini rectæ, lætificantes corda, præceptum domini lucidum, illuminans oculos.

Quintum, Iustitias (quas alibi iustificationes uertit, cum hic non sit צדקות zidekoth, sed פקודים pikudim, quod statuta, mandata quoq; reddit) rectas commendat factas Euangelio gratiæ. Lex autem domini, iustificationes dicuntur ab effectu ꝙ iustificent & in iustificando exerceant, seu, ut hebræo cõsonemus, ordinent & dirigant hominem in faciendis, quibus pulcherrime conuenit laus rectitudinis & lætitiæ. Anteq; enĩ lex domini spiritualiter intelligitur uehementer inquietas perplexasq; facit conscientias & multis operum ambagibus fatigat, dum sectantur iusticiam legis & tamen ad iusticiam legis nõ perueniunt, sicut figurat ambitus ille filiorũ Israel in deserto ad litus maris rubri, ubi murmurabant præ dolore, & tedere eos cœpit laboris & itineris. Neque enim operibus saturat lex, sed operatores suos, infinita exactione penitus exhaurit & uarie trahit, unde & contristat, tedio afficit, & difficiles, curuos inuitosq; reddit. At uersa in spiritum, id est amata, miro compendio expedit & recto cursu ad finẽ dirigit, facitq; homines hilares ad omne bonũ opus, dextros, instructos & paratos.

Lex impedit & expedit.

Litera molestat corda.

Sextum ergo est, quod corda lætificat, cum carni longe contraria faciat. Litera enim occidit & molestat corda, dum nullis uiribus nec operibus sentiunt satisfieri exactioni legis, atq;, quo magis student & operantur, eo magis debere se intelligunt. Aut si in hac parte non laborant, uana & peruersa operum fiducia lætantur, quia non in deo, nec in pura conscientia & lege domini sed in seipsis delectantur, quæ non est lætitia cordis, sed corporis & sensuum, latente intus inquieta tamen cõscientia, suo tempore proditura, quo modo, & sapientiam præstant testimonia, superbis, scilicet in litera, qua sibi sapiẽtes uidentur, Lex enim, dum litera est, semper operatur utrum illorum, aut enim ficte conuertit, aut uere magis auertit, ita uel dat fictam sapientiam, uel magis facit insipientes, ita uel ficte lætificat uel magis contristat. Ideo spiritus tres legis habitudines tangit, dum non simpliciter dicit, Conuertens, sed addit, animas, ita non contentus, dicere, Sapiẽtiam præstans, addit paruulis, Et lætificãtes, non quod libet, sed corda, sic de sequentibus quoq; uidebimus. Triplex enim hominum genus indicat: Alios ignorantes, alios scientes & odientes, alios scientes & amantes legem.

Hominum genus triplex.

Ignorata lex facit ficte conuersos, conuertit enim, sed non animas eorum. Odio autem habita, facit magis auersos, idq; ex animo. Quo modo? qui enim uiribus suis præsumunt eam implere, nõdum cognouerũt, ꝙ spiritualis sit lex, ideo statuunt suam iusticiam, arbitrãtes, præ cæcitate sua, se legem impleuisse, secq;

Sophonos, conuersos, & immaculatos factos, cum hac impietate bis sint macu
lata, & bis peruersi, sit q̃ eis lex, bis maculata, & bis auertens animas eorum, hac *Bis peruersi.*
ipsa falsa innocentiæ & conuersionis simulatæ opinione, semel q̃ reuera no
centes & auersi sint, secundo q̃ specie operum hanc nocẽtiam & auersionem
uanitate & iactant superbientes, de ipsa uanitate & mendacio. Qui uero noue
runt legem q̃ spiritualis sit, posita ista præsumptione agnoscũt a se per legem
exigi ea quæ nec possunt nec habent, unde discrutiãtur conscientia, aut odiunt
prohiberi suas concupiscentias, & exigi quod non habent, hoc odio, cũ legem
eam odiant, magis auertuntur & peiores fiunt, ut & ipsis lex non sit imma
culata, alia tamen causa, q̃ prædictis, Illi enim nec agnoscũt esse immaculatam,
nec fiunt per eam immaculati, Hi aũt agnoscunt, & tamen non fiunt per eam
immaculati. Amantes uero, & agnoscunt, & fiunt immaculati.

Ita testimonium domini ignoratum, facit ficte sapientes, facit enim sapien
tes, sed nõ eos qui sunt paruuli, odio autem habitum, facit magis insipientes.
Quo modo? Dum eum præsumunt operibus satisfacere ignorantes q̃ nihil fa
ciant, uidentur sibi sapere & omnia intelligere secq̃ fideles & ueraces factos,
cum his contraria sint omnia, per hanc hypocrisin impiam. At q̃ cognoscunt,
q̃ sint ipsi infideles & uani, nec habentes quo satisfaciant, odiunt testimonia
domini, nollentq̃ se illis astringi, qua mala uoluntate magis insipientes fiunt,
& ad ea quæ super terram sunt sapiẽda magis trahuntur, quia mallent illa inui
sibilia non esse tãtum abest, ut ea sapiant. Ita neutris est testimonium domini
fidele & sapientes faciens, sed diuersa causa, Illis, q̃ nec intelligunt q̃ fidele sit,
ipsi uanissimi, nec sapientes per ipsum fiunt, His, q̃ uident quidem esse fidele,
secq̃ uanos, non tamen per ipsum eruditiuntur ut sapiant. At amantibus & fide
le est, & erudiens sapienter.

Sic iusticiæ ignoratæ ficte lætos faciunt, lætificant enĩ, sed non corda eorum,
inflant gaudio superbos in operibus suis, ut sibi recti & iucũdi uideãtur, cum
reuera (ut Salomon Ecclesiast. iiij. ait) ignorent, quantum faciant mali, & intus
habeant conscientiam cõfusissimam & minime omnium directam. At qui co
gnoscunt se rectos quidem nõ esse, & legẽ exigentẽ, in uaria sollicitantur, odi
unt legem & multis molestijs agitãtur, semper tristes coram domino in omni
bus uijs suis, Sicut Malach. iij. Ambulauimus tristes corã domino. Ita neutris,
Iusticiæ domini sunt rectæ & lætificantes corda.

Septimum, Præceptum domini lucidum. Mihi uidenẽ interpretes, lucidum,
reddidisse, quod in hebræo, mũdum seu electum dicitur. Est enim eadẽ dictio,
quæ psal. xviij. ponitur, Et cũ electo electus eris, forte moti, eo quod sequitur,
Illuminans oculos, quod magis lucido, q̃ electo competat. Tum, q̃ forte nu
gationem uitare uoluerũt, cum superius, Immaculatã legem, uerterint, neutra
autem causa satis est, Cur enim & iusticias nõ potius lætas, q̃ rectas, dederunt,
cum sequatur, Lætificantes corda, aut testimonium sapiens, pro fidele, cum se
quatur, Sapientiam præstans? Sic & in cæteris, nullius conuenientiæ ratio ha
betur. Immaculatam autẽ diximus proprie significare in hebræo, innocẽtem,
aut id quod Paulus Ro. vij. legi tribuit iustam, sanctam, bonam. Sit ergo, præ
ceptum domini electum.

Præceptum autem dicitur proprie ab eo quod exigat & prohibeat. ideoq̃ ea
parte legem dei comprehendit, qua est molestissima & odiosissima: Si quidem
docri & ordinari & dirigi (quæ legis, testimonij & iusticiarum esse diximus)
molliora sunt & minus ea ferat humana superbia: At præceptum rigidum exa

ctorem, asperumq; dominatorem, odit & cõtemnit, nec nisi inuita & murmurans obtemperat, ab ijs autem, qui non intelligunt, id est, a primo illo hominum genere, quos hypocritas diximus, putatur electum haberi, dum operibus suis præsumunt ei respondere, Veniente autem spiritu, qui amorem præcepti accendit, non modo non cõtemnitur aut oditur, sed inter præciosissima & electissima habetur. Tunc enim uere fit, præceptum domini electum, ita ut pro nulla re mundi, nolint ipsum esse positum, ac si positum non esset, summe optarent poni.

Octauum, Illuminans oculos, ignaros hypocritas, qui in specie operum superbiunt, reuera excæcat, cum sese illuminatissimos esse credant, & nihil non uidere, Illuminat enim, sed nõ oculos eorum. Alios uero prorsus excæcat, qui odio præcepti, eo ducũtur, ut nihil uilius & abiectius eo habeant, suas uero cupiditates ei præferant & eligant in corde, quantumuis metu coacti aliud simulent & ipsi. Quæ enim maior cæcitas, pro electissimo dei præcepto habere electissimarum & præciosissimarum rerum loco, fœdas cupiditates eodem præcepto prohibitas? Amãtes autem, qui cupiditates fœdissimas esse ducunt, nihil habent electius & præciosius, præcepto domini, quod tã fœdas res, non modo ostendat, aut testetur sed etiam penitus prohibeat, & nõ esse iubeat: Delectantur enim esse eas prohibitas rigidissime, & contrarias res esse exactas instãtissime, ita in omnia eorũ uota cõsonat præceptum dñi electissimum. Hi enim habent oculos illuminatos, clare uidẽtes res uere amãdas & uere odiendas.

Anteq; uero cætera, psequamur, neue diutius pẽdeamus animis, quærimus, qua uia ad hoc perueniatur, ut lex sit nobis immaculata, testimonium fidele, iustitiæ rectæ, præceptum electum, timor castus, iudicia uera, & cætera eueniãt quæ de ea dicta sunt & dicentur? Respõdeo, Nunq; eo peruenitur operãdo & laborando, quia operibus & laboribus non impletur, sed desperando de operibus & laboribus. Non enim delectare potest lex, ante sui impletionem, sed post impletionem, cum autẽ operarij, id agant operibus suis stulti, ut eam impleant, & nunq; de se desperent, necessario fatigantur & laborant frustra, donec enim apud se inueniunt, quod exactrici legi persoluant, operari, ac per hoc inquieti esse & legem odisse, nõ cessant. Ita lex eos exhaurit & fatigat donec consumat eos inæternum. Qui autem impotentiam suam experti, & insuperabilem legis exactionem confessi, de se desperant & ad Christum unicum legis impletorem confugiunt, audientes & credentes in eum, ut qui finis est legis ad iusticiam omni credenti. Quisquis talis est, hic ante omnia opera sua & sine ulla lege, gratis hac humilitate & fide sua, accipit spiritum sanctum, qui non operibus, sed suæ uirtutis gratia sola, accendit nouam & dulcem concupiscentiam charitatis & odisse facit concupiscentiam lege prohibitam, quo facto, uoluntas iam in aliam mutata, intuetur legem domini, uidetq; eã, idipsum præcipere & prohibere, quod ipsa spiritu succensa, & cupit & amat. Ita fit, ut legem sibi per omnia ad uotum respondentem, non possit non amare, laudare, & ea cantare, quæ his uersibus cantantur.

Tunc enim uidet, non legis sed uoluntatis uitio fieri, ut lex augeat peccatum & operetur iram eo ipso, dum immaculata est & conuertit animas, sapientes facit, lætificat & illuminat oculos. Si enim lex natura sua peccatum augeret, & iram operaretur, idẽ faceret charitas legis amica & illi per omnia consentiens. Quod & facit, ubi extra uoluntatem fuerit, sicut lex semper extra uoluntatem est, ubi charitas præsens non est. Nam quid operabatur charitas Christi in lu-

dæis,

tur, nisi maiorem iram & peccatum? Sic lex quoque operatur in omnibus dominibus, donec extra uoluntatem eorum est, non est autem in uoluntate eorum, nec uoluntas eorum in ea, donec diligatur, & hoc ametur quod percipit.

Timor domini sanctus, permanens in seculum seculi, iudicia domini uera iustificata in semetipsa.

Hebraeus proprie habet: Timor domini purus seu mundus. Nec hoc dicitur, uelut epitheo (ut uulgo sentiunt) quo discernatur a timore seruili, quantū ego capio, sed timor domini simpliciter hic accipitur, pro timore dei, quē titulo laudis demonstrat, per Euangelium fieri, in cordibus calore uerbi ardentibus, purum, qui in omnibus aliis est impurus, id est habet impurus. Quod facilius intelligimus, si de timore & puritate eius obiectiue uersum hunc dictum accipiemus, ad modum quo de omnibus prædictis disputauimus. Sic enim & lex domini simpliciter accepta, immaculata est, sed non nisi immaculatis, nocenti bus autem est nocens & odibilis. Sic testimoniū domini fidele, piis, sed impiis, infidele, ita præceptum domini, electum electis, reprobum autem & abiectum reprobis, Ira & hic, purus referri debet non ad timorem ipsum, sed ad affectum eorum, quibus purus iudicatur, qualis enim quisq; est, talis est ei & lex, & quæ legis sunt.

Nonum igitur est, Timorem dñi esse purum, ubi hypocritæ & ipsi fingunt se timere deum & puros esse in timore dñi, cum sint bis impuri, & in corde reuera eum contemnant. Alij uero impuritatem suam non ignorantes, sentiunt se non timere deum, mallentq; licere, non timere, eligentes impuritatē cordis sui deum contēnentis & nō uidentis. Amātes uero, oculos illuminatos habentes & deum cognoscentes, uident, q; pura res sit timor domini, q; nihil negligat, qui timet dominū, & declinet a peccato, delectatur in hac puritate, quia & ipse sic sentit, ut timor exigit, factus concors per omnia.

Quæritur autē, unde timor inter leges & præcepta numeretur, & nō potius uel æque amor. Nescio quid dicam, Conabor tamen, Quia solus amor est, qui legē & ea quæ lex operatur, facit salutaria & bona: Lex autē potissimū suscitat timorem dei, ut Exo. xix. mōstratur in filijs Israel corā mōte Sinai & in oībus, qui exactrice & comminatrice lege redeūt ad cor, & cōpunguntur. Hic timor, quia foris est & extra uolūtatem, sicut & lex quæ eundem suscitauit, id est, non amatur, ideo non suo, sed uoluntatis uitio impurus est, ubi autē amatus fuerit, purificatur. Tunc enim timet deum, sicut & amans uoluntas desiderat, factus eidem cōcors per omnia. Amor enī delectatur, si deum timeri uideat, id quod lex non solum iubet, sed & facit. Cum ergo hic de timore dei, quē lex suscitat, loquatur, qui amatus, est purus, odītus, est impurus, nō male inter legis nomina censetur, immo & ipse uidetur esse, lex literæ, cum reuera litera legis non cognoscatur, nisi territa conscientia a facie legis & lege quodāmodo in timorem terribilem uersa, sicut mons Sinai, figura legis demonstrat.

Decimum, Permanens in æternum. Sicut enim lex per amorem impleta, firmatur in æternū, ita & timor e lege natus, dū amore imbuitur, æternus fit. Atq; ut lex, dum non amatur nec impletur, temporalis est, & sæpius obliuioni traditur, ita timor quoq; nisi ametur, temporalis ad horam manet, & nunq; firmus

nec uerus est. Inde hypocritis illis, timor iste permanet ficte, permanet enim ad horam externa specie. Apud odientes uero, nunc̄ est nedum permanet, quia nunc̄ eum in cor admittunt, nec̄ amant & sic timētes deum semper magis ac magis cōtemnunt, unde & magis impuriores sunt, qui enim nō uolens timet, bis cōtemnit. Amantes uero, quia uolēter timent, id quod lex præcipit, inæternum & stabiliter timent & legi per omnia conueniunt.

Vndecimum, Iudicia domini uera. Hæc iudicia, intelligi possunt, immo debent, tam ipsa lex, c̄ id quod efficit in nobis: Sic enim lex domini, Iudicium domini uocatur ab officio suo, quia iudicat & damnat carnem, seu ueterem hominem decernit, & ea quæ ad mortificandam carnem pertinent, inde & iudicia qnoc̄ recte dicuntur, Vniuersæ aduersitates, quæ ueterē hominem occidunt, ut legi satisfiat. Nam sicut lex, si nō docet, nec intelligitur, ne lex quidem dici debet, & testimonium, si nō cognoscitur & sentitur, ne testimonium quidem est, ubi enim non mouetur animus hominis uerbo legis, narrabitur surdo fabula, sicut contingit in hypocritis insensatis, uerbum legis contemnentibus. Ita iudicium, nisi sentiatur in effectu mortificādæ carnis, nec iudicium dici debet, Quare ut lex, dum terret, timorē domini suscitat, ita dum iudicat, carnem mortificat, recte c̄ sequitur iudicium timorē, ut impiæ carni accidat, quod timet, timet autem iudicium legis, quo cum iudicata fuerit & mortificata, nouus homo, qui intus est per fidē natus, iudicium istud amat & laudat, fitc̄ iucūdum, quod ante in carne erat molestum.

Hypocritæ itac̄, qui iudicia domini ignorant, omnia tamen simulant, bis uani sunt, dum nunc̄ ex animo iudicari & humiliari uolunt, omnium tamen se humilimos & uilissimos, & uera iudicia domini iactant. Odientes uero & si uera esse non negent, sibi tamen uera non sunt, quia ueraces per ea non fiunt, hoc est iudicari nolunt per ea, nec mortificari, mallentc̄ non esse. Amantibus autem, uera intelliguntur & sunt, qui illud Daniel. iij. cantant domino: Omnia quæ fecisti nobis domine, in uero iudicio fecisti. Nō enim percutit quenc̄ uane & frustra, cum sit in carne semper, quod uere iudicio & morte dignum est, id est, peccatum.

Duodecimum, Iusta in semetipsa. Hebræum enim uerbum absolutum est צדקו, id est, iusta sunt. In semetipsa eadem dictio est, quæ psal. iiij. In idipsum, dicitur, In pace in idipsum, quæ collectiuæ & aggregatiuæ significationis est, ut in semetipsa sit idem, quod omnia simul seu omnia in unum, ut sit sensus: Iudicia domini, iusta sunt omnia, quod dicitur, quia cū sint iudicia uera & habeant in carne, quod iudicent, iuste iudicant eam, ac per hoc ipsum, iustificant amantes ea, & qui agnoscunt ea esse iusta, Odientibus uero iniusta sunt, quia nec per ea uolūt iustificari, Hypocritis autem ficte iusta sunt, iustificant enim eos, sed nō omnia, quæ enim ipsi elegerint, his uolūt iudicari & iustificari.

Id obserua, q̄ numero plurali, Iudicia dicit, & addit omnia, seu simul ipsa, magnus necesse est amor sit, qui iudicia domini amat, quæ multa & uaria sunt, dum abūdant passiones Christi in nobis, Deinde omnibus tribuere iusticiam arduum est, Vbi perseuerātia amoris indicatur: Sūt sane c̄ plurimi, qui unum aliquod iudicium domini, sine murmure portent & iustificent, plures qui multa portent & uaria, sed pauci qui omnia, & quæ uelut sine fine augentur & in idipsum quotidie cumulantur, cum gaudio & laude portent, hi enim sunt, qui gloriantur in tribulationibus & omne gaudium existimant, cū in tentationes uarias inciderint, id quod uersu sequente docet.

Desiderabilia

Desiderabilia super aurum & lapidem præcioſum multum, & dulciora ſuper mel & fauum.

Hebræus, non habet lapidem præcioſum multum, ſed מפז paz רב rab, id eſt, obrizum multum, nam & Hieronymus, obrizum præcioſum multum, dixit. Volunt enim, paz, aurum eſſe nobiliſſimũ, quale eſt Iudicum, Seu ophiriſum, ab ophir & Heuila nepotibus Eber, Geñ. x. Vnde Geñ. ij. dicitur: Aurum terræ Heuila eſſe optimum. Hinc Salomon. ij. Paralip. viij. Per mare rubrum naues in Ophir miſiſſe dicitur & aurum attuliſſe. Idem de Ioſaphat. iij. Reg. xxij. Vſu tandem prævalẽte, uocatum eſt obrizum quaſi ophiriſum. Iob. xxxj. Si putaui aurum robur meũ, & obrizo dixi, fiducia mea. Iſa. xiij. Præcioſior erit uir auro & homo obrizo mundo, Vbi ponitur כתם chetem אופיר ophir. In Iob autem ſolum, chetem, de quo pſal. xv. in titulo dictum eſt. Ita in multis locis apparet hunc interpretem, quiſquis fuerit, data opera timuiſſe omœologiam, id eſt eiuſdem uanam iterationem, quam nugationem uocant, & ſæpius autoritate propria, ſuum ſenſum attuliſſe.

Omiſit etiam dictionem integram zuphim, quod cum fauo hebræus habet, ſicut Rab, cum obrizo, hoc modo, Aurum & obrizum multum, mel & fauum redundantẽ, ſicut Hieronymus retulit, forte quod & hic omœologiam uitare uoluerit. Nam zuph, quod hic pluraliter dicitur, zuphim, & fauum ſignificat & inundantiam, ut abſurdum ſit uiſum, fauum fauuorum dicere. Ego tamen Hieronymũ ſequor, ut quẽadmodum, priore parte aurum & obrizum multum, ita poſteriore, mel & fauum multum, ſeu copioſum Prophetã dixiſſe credam. Iam de fauo quæſtio eſt, cũ ea dictio, quæ eſt נפת nopheth, magis aromata putetur ſignificare, licet & pro fauo accipiatur. Vbi iterũ ego, mea temeritate ſuſpicor, Prophetam, ſic uoluiſſe cum melle communi copulare mel illud nobilius quod fauum dicimus, ſicut cũ auro cõpoſuit obrizum nobilius.

Probat autem hic uerſus ea quæ dixi, ſcilicet pſalmum loqui de lege domini per Euangelium facta amabili, ſeu qualis eſt in oculis non operantium, ſed credentium, ſicut enim amanti eſt deſiderabilis ſuper omnes theſauros, & dulcis ſuper omnes uoluptates (quod per copiam auri & faui iactat) ita eſt etiam immaculata, fidelis, recta, electa, pura, uera, conuertens animas, ſapientiam præſtans paruulis, lætificans corda, illuminans oculos, permanens inæterſus per omnia cõtraria. Grande itaq; miraculum ſpiritus & mutationis huius dextræ excelſi, ut ea ſuper omnia placeant, quæ prius ſuper omnia diſplicuerunt: Quid enim ardentius homines quærunt, q̃ diuitias & uoluptates? & tamen maior eſt cupiditas ſpiritus in lege domini, q̃ ſit carnis in diuitijs & uoluptatibus ſuis.

Denique quo magis clareat uirtus ſpiritus in iſto miraculo auxeſin facit in commẽdanda laude legis domini. Primo enim, mitiſſima eſt lex docendo, licet & hoc ipſum impatienter ferat caro, quæ audire ſibi aduerſa ægre ſuſtinet, Durior eſt, dum ut teſtimonium teſtificatur, & de nõ parentibus docet, fidelitatem exigens, magis dum uarijs iuſtificationibus moleſtat, Creſcit deinde & præceptum fit, ſæuere urgens & inſtans, Poſt hæc terret & timore cõcutit, Tandem fit grauiſſima, iudicio ſuo, penitus ad occidendam & damnãdam carnem procedens, hic enim caro omnium impatientiſſima eſt, & cum legem in omnibus prædictis odiat & exhorreat. in hoc ultimo ſumme odit & exhorret.

Et tamen

Et tamen spiritus ueniens, hæc omnia non solum facit tolerabilia, sed amata & desiderabilia & dulcia, super omnia quæ desyderari possunt, & super omnia quæ delectari possunt.

Ex his omnibus arbitror patere, q̃ insignis sit propheta Dauid, q̃ habeat propriam phrasim, propriasq̃ figuras & tropos, tam uerborum q̃ sententiarum, qui uerbis apertissimis, tam profunda & occulta, breui compendio tradere potuit, ut nemo consequi possit. Habemus ergo fructum Euangelicæ prædicationis: Amorem iusticiæ, & odium iniquitatis, id est, plenitudinem omnium legum, quæ cum nullis uiribus, nullis operibus, nullis legibus, nullis studijs, obtineri possint, supereſt, ut desperatis omnibus, per solam fidem CHRISTI, ad ea perueniamus.

Fructus Euangelicæ prædicationis.

Etenī seruus tuus custodit ea, in custodiēdis illis retributio multa.

Hebræus, pro custodit ea, dicit, Prouidus uel cautus uel doctus est in eis, q̃ Hiero. uertit, Docebit ea, sed ppius noster, qui dicit, Custodit ea, iterū sequēte dictione motus, ad præcedentis diuinādam potius significationem q̃ proprie reddēdam, more suo, Parū tamen distat. Puto autē ad omnia prædicta pertinere, quod dicit, non tantum ad iudicia. Quanq̃ reuera, quid est lex, dum paulatim proficit, in testimonium, iusticias, præceptum, timorem, iudicia, q̃ hæc ipa iudicia, id est, mortificatio ueteris hominis? in qua una re, lex consummatur, destructo enim peccato, impleta est lex, & sola iusticia dominatur, quare una cura est, his qui sunt serui dei, ut in eo, quod potissimum & nouissimum est legis, id est iudicijs, exerceant sese & prouidi cautiq̃ sint ueteris fermenti obseruatores, qua sentencia & Paulus Gal. v. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs eius.

Iudicia, id est mortificatio ueteris hois.

Nec frustra sane admonet, ut cauti obseruatores sint, ppter astutiā serpētis, quæ facile seducit incautos, ut de Corinthijs timet Apostolus, Prudētia enim carnis, q̃ sit neq̃, & q̃ habeat oculum nequam, q̃ subtili studio quærat quæ sua sunt, & sancta specie sese ornet, nulla satis potest obseruatione deprehendi, de qua pulchre Taulerus in suis sermonibus, ubi toties naturā arguit astutissimam in suis affectibus, quibus omnibus resistitur iudicijs & lege domini, donec plane occidatur & destruatur corpus peccati & absorbeatur mortale hoc, a uita immortali. Interim quantumlibet spiritu seruiamus, condelectemur legi dei, tamen corpus quod corrumpitur aggrauat animā, ut carne seruiamus legi peccati, & hæc causa est, ut cautos nos esse oporteat obseruatores iudiciorum dei, quibus damnatur illa seruitus peccati.

Cautos esse oportet circa corpus.

Et quanquam hoc molestum sit & laboriosum, tamen exercitatis per ea patientissimus fructus iustitiæ reddetur, ut Hebræos. xij. docet Apostolus. Et hic Dauid: In custodiendis illis retributio multa. Est enim merces operi tuo, ait per Hieremiam: Quæ omnia dicuntur in consolationem laborantium, non in mercennariam præmiorum ac seruilem cupiditatem stabiliendam, qualis est eorum, qui opusculis quibusdam suis, deum nescio quem negotiatorem faciunt, cum nihil prorsus in iudicijs domini laborare uelint. Sic &. j. Corinth. xv. consolatur laborantes, Scientes, quoniā labor uester non est inanis in domino. Oportet enim seruos dei scire, sese placere deo in labore suo, ne deficiāt atq̃ cōtristato spiritu desperent, cum ille uelit hilares gratuitos operarios in lege sua, placentes autem deo, ineuitabiliter sequitur, etiam si hoc non quærant,

merces

merces multa, cum non possit seipsum deus negare, qui ad Abraham dicit, Gen. xv. Ego merces tua magna nimis.

Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me.

Domine, & meis, in hebræo non sunt. Et delicta, errores sunt, ut Hieronymus transfert, seu ignorātiæ, sic psal. vij. titulum omnes sunt interpretati: Ignorantia Dauid, quo significātur etiam ea peccata, quæ nos occulto præsumptio- *Superbiæ nae strænequitia.*
nis & superbiæ uitio, p bonis actibus habemus, scilicet ea est carnis nequitia, ut sæpius in ipsa media tribulatione & humilitate, nos fallat, ut de humilitate ipsa nobis placeamus, ac de ipso nostri contemptu, de ipsa peccati cōfessione, de ipsa superbiæ accusatione, superbiamus. Ideo non possunt non esse uera iudicia domini & iusta perpetuo, etiam si perpetuo illis iudicemur & quicquid sumus & facimus per ea damnetur.

Quæritur, unde ista delicta & errores seruo dei, qui custodit iudicia domini, & cui lex innocens, fidelis, recta, electa & omnibus modis amabilis est? An & dilectio nō est plenitudo legis? An nō custodit seruus dei, iudicia dei, aut mentitur sese custodire? Respondet Apostolus Ro. vj. Corpus mortuū est propter peccatum, spiritus autē uiuit propter iustificationem. Vnde & in hoc Prophetæ spiritus, docet fideles Christi, simul esse peccatores & sanctos, & condelecta ri seruireq; eos mente legi dei, & carne legi peccati. Quātum enim credunt, tantum iusti sunt, quātum uero carnem habent, tantū peccatores sunt. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Carnem autem (ut *Caro quid sit*
dixi) non crassam hanc partem nostri intelligimus, sed affectum carnis occultissimum & astutissimum, caput scilicet serpētis antiqui, a quo nemo satis sibi cauere potest, qui & facit, ut nemo errores suos intelligat & in multis offenda mus omnes, & occultis inquinemur, ut non sit iustus in terra, qui faciat bene & non peccet. Stat ergo sententia: Donec in carne sumus, nemo suos errores intelligit, Ideo cū Iob. vij. omnia opera nostra uereri oportet, & scire q; in conspectu dei non iustificabitur omnis uiuens.

Proinde desperādo de seipso & omnibus suis, unum hoc remedium apprehendat, ut ad thronum misericordiæ cōfugiat, petatq; mūdari ab occultis, hac sola humilitate saluus erit, cor enim hominis prauū est & inscrutabile. Et quis gloriabitur se habere mundum cor? Et Aug. hic uere dicit: Peccatum ita tegit oculos, ut etiam hoc non uideas, unde teguntur, immo hoc minime omnium uideas, ut in oculis quoq; carnalibus cernere est. Non ergo dicit: Quis delicta habet? oēs enim habēt, sed nō omnes intelligūt, immo nemo intelligit.

Cum autem hæc scientia sit uniuersalis, prorsus omnibus hominibus tribuens delicta, quæ nō intelligāt: Quid audēt nostri Sophistæ, qui prætextu ignorantiæ inuincibilis, obicis oblati, primi motus, faciendi quod in se est, & aliarum multarum nugarum, homines securos & mundos faciunt, incautos & incuriosos reddunt, in iudicijs dei obseruandis, & aliquando sine peccato saltem ueniali esse posse somniant? Propheta certe, sine mortali peccato fuit, & esse affirmat, qui secum hæc dicunt (ut illi de peccato loquuntur mortali) immo & sine ueniali, cū hæc dicat in spiritu ardens: Neq; enim hæc ad deum oraret, nisi spiritu feruoret, & tamen nemini dicit suos errores esse cognitos, & tales errores, quos nisi deus mundaret, saluum fieri non permitterent, neq; super uenialibus tam ardenter oraret & mundari ab eis peteret, quæ illi tam uilia habent, *Sophistarum hæreses.*

ut nesciam

ut nesciam quibus pene ludicris ea tolli doceant. Sic Paulus, j. Corint. iiij. dicit, se nullius esse conscium, sed non in hoc iustificatum. Et Iacobus: In multis offendimus omnes. Has omnes ueritatis & humilitatis sententias, hypocritæ illi superbi simul extinguunt suis impijs cogitationibus, quibus opera bona, & merita excogitauerunt, & uenialia peccata a mortalibus distinxerunt, de quibus nunc dicit.

Et ab alienis parce seruo tuo, si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor a delicto maximo.

Hebræus ita: Etiam a superbis retine seruum tuum, non dominentur in me, tunc integer ero, & mundabor ab iniquitate multa. Interpretes uidētur legisse literā, Res, pro daleth, ideo מזדים Miserim, pro מזרים, misedim, id est alienos, pro superbis tradiderunt. Et qđ, parce hic dicit, hebrēis sonat in custodiā, qua retinetur aliquis, ne faciat, uel patiatur, Geñ. xx. Custodiui te, ne peccares in me, id est retinui. Cuius uerbi Emphasis indicat periculum illud maximum & & certamen periculosissimum, quo lupi rapaces hypocritæ, sub uestimētis ouium, quærunt deuorare animas simplices, & de pietate fidei (qua sola lex impletur & amatur) in superstitionem impietatis & operum abstrahere, quibus magis offenditur lex. Adeo scilicet magna res est, in pietate fidei perseuerare, ut spiritus non possit satis monere & inculcare, ut a superborum hypocritarum blandis doctrinis caueamus.

Quanta uero fiducia pronunciat, eos superbos esse. Reuera enim, ubi fides non est, ibi operum fiducia sine fine superbit, sed tā occulto & spirituali dolo, ut prorsus intelligere ipsi nequeant, qui superbiunt, omnia enim, quæ humilitatis & pietatis sunt speciosius ostentant, q̄uere fideles, ut nemo queat esse tutus, nisi cui dominus pepercerit & ne rapiatur eorum exemplis & uerbis, retinuerit, sicut hic oratur & orari docetur. Hij sunt de q̄bus Ro. ult. dicit: Qui per dulces sermones & benedictiones corda seducunt innocentum.

Dicit ergo: Contine seruum tuum, ne superbi isti me rapiant & fallant. Si enim a te retentus fuero, ut nihil in me præualeant, quantumlibet speciosis exercitibus & pompis operum ac uerborum, tunc uere innocens, perfectus, integer, & simplex ero, teut. **Ein frommer man.** Vbi simul a contrario significat, sese futurum impium, si retentus nō fuerit, & illi in eum præualuerint. Amissa enim fide, in operibus confidet, & ullulabit cum lupis, qui antea fuit, ouis simplex Christi. Dixi superius, Interpretem nostrum, solere uocabulum Tham, pro immaculato ferme transferre, quod Apostolo Ro. xvj. Innocētes seu simplices, græce, acacus, significat. Verba Apostoli, hunc uersum clare illuminantia sunt hæc: Obsecro uos fratres, ut obseruetis eos, qui dissentiones & offendicula, iuxta doctrinam, quam uos didicistis faciunt, & declinetis ab illis: Huiusmodi enim Christo domino nostro non seruiunt, sed suo uentri, & per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentum. Hic sane locus, innumerabiles Prophetarum & psalmorū loca elucidat, & in uniuersas hominum traditiones, mira energia, epitasi & emphasi uerborum grassatur, ideo tenaci & præsenti memoria tenendus omni Christiano pectori.

Impietas delictū maximū.

Et emundabor a delicto maximo, hoc delictum maximum multis, superbia esse putatur, idq; nō male, sed obscure & improprie, siquidem impietas, superbia est. Verum hoc uult Propheta, quod impij, a minutis illis peccatis mundantur, dum

tur, dum non occidunt, non furantur, non mechantur, ſicut phariſæus ille in Euangelio iactat (Nam & hæc præcepta Chriſtus Matt.v. uocat minima) cæterum a magno illo & multo, per quod omnia polluunt etiã bona impiorum opera, adeo non mundantur, ut per ea ipſa opera magis etiam illo cõtaminentur. Hæc eſt impietas illa & incredulitas, ideo prophetam comparatiue loqui intelligamus, intuentem duas munditias diuerſas duorum peccatorum, diuerſo iudicio æſtimatorum. Impij enim mundãt ſeſe, a peccatis minimis, id eſt, ijs qui per corpus, uiliorem partẽ hominis fieri poſſunt, neglecto maximo, id eſt, eo, quod per animã, maiore parte ſua, indurati committũt nec uident. Pij contra parum habent, ſeſe mundos eſſe, a minutis illis, niſi & ab illo magno mũdiſint, quod unum, multa peccata facit, immo nihil nõ peccat. Et credo, pphetam impietatem iſtam, data opera inſignire uoluiſſe epitheto illo, ut multum & magnũ, appellaret, (utrũq; enim רב Rab hebræum ſignificat) Quod cætera peccata ſic ſe habeãt, ut quodlibet ſeorſum ſit unum duntaxat peccatũ, hoc autem mõſtrum qui habet, ſimul multa & magna habet, eo quod omnia opera noſtra, (quæ multa eſſe neceſſe eſt) peſſima (ut uocant) circũſtantia & uitio, inficiat, quæ eſt impietas in deum, ideo licet ſit unum, ſimul tamen plurima & maxima peccata eſſe, recte dicitur. *Duæ mũdiciæ Peccata minima.*

Et erunt ut complaceant eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.

Domine adiutor meus, & redemptor meus.

Hic unus uerſus eſt, Aduerbium, ſemper, ſuppoſititiũ eſt, Eſt ergo ſenſus, Si a delicto maximo mundus fuero & ſuperbi in me nihil præualuerint, hoc eſt, ſi fide purificatrice cordis', non operibus contaminantibus iuſtus fuero, uere placitus ac gratus ero, in oculis tuis: Vbi autem ego gratus fuero, tum & eloquia mea, & meditatio mea, placita erunt. Arboris enim bonæ, fructus boni erunt, Econtra, nemo præſumat eloquia ſua placere, q̃tumlibet ſpecioſa, ſi citra fidem, iuſtus fuerit, quia maculatus eſt delicto multo & magno.

Eloquia autẽ & meditatio cordis, q̃q̃ poſſint, de cõmuni ſermone aut orationibus intelligi, mihi tamen de uerbo doctrinæ intelliguntur, qui enim pure credunt, pure ſtatim docent, Iuxta illud, Credidi, propter quod locutus ſum. Nec enim latet ociosa fides, ſed prodit & confitetur deum in ſalutem ſuam & aliorum, ſicut ſuperius, de ſole procedẽte dixit, In hunc ſenſum arbitror adieciſſe, oris mei, & cordis mei, ut docendi ſignaret miniſteriũ, Quare ſenſus fere eſt is, qui pſal.j. dicitur: Et folium eius nõ defluet, & omnia quæ faciet, pſperabuntur. Sic enim & ibidem de bona arbore dicitur, Ita hic, ſi mũdi ſumus nos, placebunt deo conciones noſtræ, cooperabitur & cõfirmabit, faciet q; eas proſperas procedere & conuertere etiam aduerſarios, ut Prouer. xvj. Si deo placuerit uita hominis, etiam inimicos eius conuertet ad pacem. Si mundi non erimus, quid reſtat, niſi ut diſpliceant, & nihil habeant proſperum, etiam amicos conuertant ad bellum?

Nec fruſtra addit, in conſpectu tuo, Eloquia enim puræ fidei odio ſunt omnibus hominibus, ſicut Chriſtus prædixit Matth.v. & .xiij. quia crucifigũt uterem hominem, arguuntq; mundum de peccato, id quod gratum eſt in conſpectu dei, intolerabile autem in conſpectu hominum, & tamen, quia placent deo, proſperantur, inuito etiam mundo.

In hoc ipsum, in fine, appellat dominū adiutorem suum (quod heb. מצ Zuri, id est, petra mea dicitur) & redemptorem suum, non solum quod a peccatis & hypocritarum studijs redemerit, & eum in puræ fidei petrā posuerit, sed quod & perseuerantem & uincentem eum fecerit, aduersus uerbi aduersarios, data ei spiritus fiducia ad loquendum, Sicut Hieremiæ primo dicit, Ne timeas a facie eorum, quia tecum ego sum, ut eruam te, Sic Actu. iiij. orabant Apostoli, ut cum fiducia uerbum possent loqui, cōtra Iudæos, Et statim locus est motus, repletiq; spiritu sancto loquebantur cum fiducia.

Meditationem psal. j. & .ix. abunde uidimus, Est enim exercitatio uerbi ad docendum parata, sicut infra dicetur psal. Os meum loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam, quare hic uel per Tautologiam idem geminatur, uel alterum per alterum magis explicatur.

PSALMVS DECIMVS NONVS, hebræis uicesimus, ad Victoriam.

PSALMVS DAVID.

EXAVDIAT te dominus in die tribulationis protegat te nomen dei Iacob.

Hunc psalmum ferme omnes de Christo exponunt, mihi autem uidetur ea expositio remotior esse, cū ut literalis dici possit. Vnde simpliciore & planiore sensu, psalmum arbitror esse litaniā quandam generalem pro magistratibus & ijs qui in sublimitate constituti sunt, pro quibus & Apostolus .j. Timot. j. Iubet primū omniū orari, ut quietā & tranquillam uitam agamus. Et ut dicā, quod sentio, uidetur Dauid, hūc psalmū ædidisse, pro quodā religioso & sacro classico, quo se & populū animaret & formaret ad orandum & pie gerendum in re bellica, aduersus hostes pietatis, quales nos Turcas arbitramur.

Orandū pro magistratibus

Principes populorū quales sint.

Totus aūt psalmus, per singulos ferme apices, hoc uult, ut princeps populorum, nullis præsumat uiribus, nullis confidat opibus, nullis nitatur suis consilijs, iuxta illud psal. xxxiij. Non saluatur rex per multam uirtutē, & Gigas non saluabitur in multitudine uirtutis suæ, fallax equus ad salutem. In abundantia autem uirtutis suæ nō saluabit̄, sed de cœlo expectet adiutoriū, de cœlo uenire sciat uictoriam, & in solo nomine domini speret, & oratione sicut Moses pugnet. Ita propheta simul orat & docet, necessariam sane doctrinam, quam rari obseruant principes, Minus enim esset bellorum & feliciores uictoriæ, si ad regulam huius psalmi in domino præsumerent, fortius orantes cū cædentes, esentq; uere tum elohim, simulachra dei in terris & diuini principes, nec pugnarent, nisi uocati & coacti, iusta causa, in humilitate cordis, Ideo statim ordit̄ psalmus: Exaudiat te dominus, principem sursum ducēs in conspectum dei, ut huius consilio & auxilio agat, quicquid agit.

Orandum potius q̄ cædendum.

Pro populo multa patiātur principes

In die tribulationis, Et hic monentur principes officium suum, ut sciant, se se positos in sublimitate, pro salute populi, pro qua multa patiantur & laborent, & sit principatus eorum, uere dies tribulationis eorum, neq; enim otiosi & uoluptuarij, qui propter seipsos tātum principantur, digni sunt, pro quibus

hæc dei

hæc dei magnalia petantur, immo nec principes sunt, sed porci in uolutabris suis, Qui autem ex animo populi salutem quærit, nunq̃ sine tribulatione erit, aduersabitur enim ei Satanas & totus orbis. Notá.

Protegat te nomen dei Iacob, Non gladius, non clypeus, non thorax, nec ullum aliud præter nomen dei, psal. xliij. Nō enim in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me, quomodo autem & quibus armis protegit nomē dei? Scilicet fide & inuocatione sui, sicut Iohel dicit: Omnis qui inuocauerit nomen domini, saluus erit. Et Prouerb. xviij. Turris fortissima nomen domini, ad ipsum currit iustus, & exaltabitur, sic enim inuisibili uirtute protegetur, seu exaltabitur, eadem enim hic & illic dictio est, quæ magis exaltationem significat, q̃ protectionem, Isaiæ. ix. Eleuabit dominus hostes Razin super eum. Pura erga fiducia in deum, opus est rectori populorum, ut nec præsumat in uiribus, nec desperet in impotentia sua. Idem est apud dominum, saluare in multitudine & in paucis, ut, j. Regum. xiiij. &. ij. Paralippome. xiiij. scribitur.

Apposite autem & tempestiue dicit, Nomen dei Iacob, non Israel aut alio epitheto, nomen dei commendans, Iacob enim a planta, supplantator dicitur, quod proprie ad aduersarios & diem tribulationis pertinet, ut per nomē dei, princeps populi protectus euadat, uictor & supplantator hostium suorum.

Mittat tibi auxilium de sancto,

Et de Zion tueatur te.

Pro, tueatur te, Hiero. Roboret te, Quod magis exprimit fiduciam & uirtutem cordis, qua, qui robustus fuerit, omnibus malis superior facile erit. Ab intus enim tuetur & roborat suos dominus. Contra, mundus ab extra sese tuetur & roborat. Hoc est quod dicit, de sancto, & de Zion. Sanctum enim satis diximus, separatum, absconditum, & inuisibile significare, ubi sensus non attingit, & ratio nihil comprehendit, ut de sancto sit, de cœlo, & de solo deo, qui in sancto habitat, quo pulchre fidei naturam indicat, quæ credit quod non uidet & expectat fortiter auxilium, nesciens tamen unde ueniat. Homo autem de prophano & eo, quod patet, auxilium petit & expectat, sed uana salus hominis. Deus ab intus, mundus ab extra roborat. Sanctum.

Idem per repetitionem est, & de Zion roboret te, auxilio enim roboramur, ut repetita oratio & affectum augeat & certum auxilium ꝓmittat. Quid autem de Zion dicitur? utiq̃ non de Aegypto, nec Babylone, pro suo enim tempore loquit, cum dominus in Zion habitaret & coleretur, ac si dicat, Nō extra te curras, sed intra te robur domini expectes, ueniet si tu non discedas, roborabit, si nusq̃ roborari quæras, non enim fugientibus, sed fortiter expectantibus uenit, Nec hoc uersu aut ullo alio, fuga consulit tribulationem euadere, sed constantia & occursu, in fide nominis dei uincere. Sic enim deus, quemlibet suum hominem tutatur ex ipsomet, non per auxilium hominum, Cuius rei exempla sunt, q̃ populum Israel sæpius liberauit, nullis in circuitu gentibus adiuuantibus, sed cunctis aduersantibus, sola præsentia sui in Hierusalem & Zion per uerum cultum suū. Et quoties non de Zion, sed Aegypto aut Assyrijs auxilium expectauerūt, toties ceciderunt, & baculo arūdineo innixi pedes collisi sunt. Tribulatio, fuga nō euadenda.

Et uox de Zion, emphasin suam habet, Specula enim dicitur non tantum, q̃ nos per fidem speculemur seu præsentem deum habemus, sed quod & ipsius domini oculi super nos aperti sunt, sicut dicit psal. xxxiij. Oculi domini super iustos, Et. xxxij. Firmabo super te oculos meos, Id quod olim, super solam Zion, tunc electum sibi locum faciebat, Nunc Zion est totus orbis, ubicunq; enim creditur in deum, ibi uidet & uidetur deus deorum in Zion, sicut & psal. iiij. diximus, de lumine uultus domini super nos. Recte autem uersus hic sequitur præcedentem, quia exaltari in nomine domini super hostes non contingit, nisi de cœlo roboretur cor principis, ut hoc uersu, uelut causam & modum reddat præcedentis uersus.

Zion nũc est totus orbis.

Memor sit omnis sacrificij tui,

Et holocaustum tuum pingue fiat. Sela.

Et hic uersus Tautologicus est, quales ferme omnes huius psalmi sunt. Prædicti autem duo personam deo commendauerunt, quæ non nisi fide pura gratificatur in conspectu dei, his duobus sequentibus opera eius commendat, recto & pulchro ordine, sic enim respexit dominus prius ad Abel, & postea ad munera eius. Insuper hic uersus sacrificium, sequens consilia & studia cõmendat, ut prius sit facere q̃ dicere, prius significare q̃ petere, Multi enim dicunt, Domine domine, & non autem faciunt uoluntatem patris, immo contraria faciunt, ideo & oratio eorum fit in peccatum. Et uidemus hic non orari, nisi pro bono & pio principe, neq; enim impius orat, ut exaudiatur, neq; credit, ut de sancto roboretur, & si foris sacrificet opere seu simulet potius se sacrificare. At hunc suum principem non facit sacrificare, sed sacrificanti optima precatur, nisi dixeris, q̃ sacrificium principis, sit commune populi quoq;, in quo pij aliqui sunt, quorum precibus & ille postuletur bonus & saluus fieri cum illis.

Fide gratificamur deo.

Princeps impius nõ orat.

Euincit autem hic uersus, Dauid fecisse hunc psalmum, ut pro se oraretur a cantoribus a se institutis, quia sacrificium & holocaustum ritus Mosaici morat, quæ in noua lege abrogata sunt, non quod mala fuerint, sed quod impleta sint per Christum, & fiduciam iustificationis præstabant superbis, Nihil enim peccaretur, si hodie, ritu eodem, quisquam sacrificaret, modo id faceret, nulla fiducia iustitiæ, aut necessitate conscientiæ, libera enim & licita sunt omnia, quæ contra fidem non sunt.

Sacrificia in noua lege abrogata.

Nota bene.

Non tamen ideo psalmus hodie & alijs orandus non est, sicut enim alia persona, alia causa, aliud tempus, alius locus, in noua lege sunt, ita & aliud sacrificium, eadem tamen fides & idem spiritus, per omnia secula, loca, opera, personas manent. Externa uariant, interna manẽt, Non enim in omnibus est unum opus, sed una fides, nec ubiq; unus seruus, sed unus dominus. Et diuisiones gratiarũ sunt, idem aũt spiritus, & diuisiones ministrationũ sunt, idem aũt dñs, & diuisiones operationũ sunt, idem autẽ deus, qui operatur omnia in omnibus. Sic, qui in Abraham circũcisionem uoluit, idem in nobis baptismũ uoluit, eadem prorsus uoluntate, & in eadẽ prorsus fide, diuersa tamẽ operatione, oportet enim Ecclesiam ab initio mundi astare Christo circunda-

Externa uariant, interna manent.

tam uarietate, & dispensatricem esse multiformis gratiæ dei secundũ diuersitatem membrorum, temporum, locorum & causarum, quæ mutabilia sint & uaria, ipsa

uaria, ipsa tamen una semper eademq; perseueret Ecclesia.

Sacrificium nostrum.

Quod ergo nostrum sacrificium est? Aliquot seculis sacramentum panis & uini, pro sacrificio summo habitum est, sed impia (ut alias diximus) opinione: In noua enim lege, nec templum est, ut in Apocalypsi uisum est in noua ciuitate Hierusalem, nec sacrificiū, quod Danielis. ix. defecturum prædictum est, Sed nos ipsi sumus templum dei, ut Paulus. j. Corin. iij. docet, Ita sumus etiam ciuitas dei, ita & sacrificium, & omnia quæ olim & nunc, corporalibus templis & oblationibus figurata sunt. Vnde Rom. xij. Apostolus: Obsecro uos, per misericordiam dei, ut exhibeatis corpora uestra, hostiam uiuentem, sanctam, deo placentem, rationabile obsequium uestrū. Varias autem sacrificiorum antiquorum interpretationes omitto, contentus duobus illis, quæ docet Dauid psal. xlix. Sacrificiū laudis honorificabit me. psal. iiij. Sacrificate sacrificia iustitiæ, psal. l. Sacrificium deo, spiritus contribulatus. Ad idem Daniel. iij. In anima contrita & spiritu humilitatis suscipiamur, sicut in milibus agnorum pinguium, sic fiat sacrificium nostrum hodie in conspectu tuo, ut placeat tibi, quoniam non est confusio confidentibus in te. Et Oseæ. xiiij. Omnem aufer iniquitatem & accipe bonum, & reddemus uitulos labiorum nostrorū. Heb. xiij. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper deo, id est, fructum labiorum confitentium nomini eius. Et psal. cxv. Tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen domini inuocabo. Et, liij. Voluntarie sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo domine, quoniam bonū est. & his similia.

Templum & sacrificium hoc tẽpore.

Quō iugiter deo sacrificandum.

Sacrificium itaq; nostrum, quo in die tribulationis offerimus, cor cōtritum est, & confessio peccati, hoc est, nos ipsi, in tribulatione ad deum gementes, tribulationem iustam agnoscentes, patiēter ferentes nostri mortificationem, inq; omnem uoluntatem dei nos offerētes, hoc enim signat uniuersus ille tumultus figuraliū hostiarū, cum suis cædibus, sanguine, exustione, & similibus in lege Mosi præceptis. Ignis ille consumptor, ardor spiritus sancti est, diffundens charitatē in cordibus nostris, quæ deuorat, quicquid est carnis & ueteris natiuitatis in nobis, id quod est, holocaustum, id est, in totū igne cōsumptum, offerri, ut nobis mortui, deo uiuamus, & mēbra prius iniquitati seruientia, iustitiæ nunc seruiant, Et in his omnibus, deo confiteamur, laudemus & gratias agamus. Ligna quibus ignis ille alitur uerba Euāgelij sunt. Cultri quibus cædūtur aīalia, uerba legis sunt, occidētia ueterem hominem, & detracta pelle uetustatis, sup altare Christū imponētia. In fide eī Christi oīa fieri oportet.

Holocaustū.

Pinguedo sacrificij.

Quid uero est, pingue fieri holocaustum? Sine dubio allegorice, plenum, delicatum, placitum ac iucundum significat. Pinguedo enim mysterio abundantiæ & iucunditatis seruit, Geñ. xlix. Aser pinguis panis eius & præbebit delitias regibus, Sic psal. xvj. diximus, Adipem impiorum esse, proceres eorū, diuites, electos, & delicatos uoluptuarios. Sumitur scilicet allegoria ab usu hominum, qui pinguibus & benepastis pecudibus, ceu electioribus, delectantē. Sic & psal. lxij. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, & labijs exultationis laudabit os meū. Inde in scripturis passim pinguis ager, pinguis mōs, quē latine, lætum & iucundū dicimus. Hebræa autē dictio, hoc loco ambigua est, ut possit etiā sic transferri, Et holocaustū tuū incinereī. Sela, Quod, ad holocaustū satis apte dicitur, potest aūt utrunq; simul accipi.

Sela quod in fine huius uersus addit, quid sit, in superioribº diximus, inditiū scilicet, cuiusdā insignis affectus occulti, per spiritū pro tpe excitatū sup pinguedine & incineratione holocausti huius, quē nemo nouit, nisi qui accipit.

Tribuat tibi ſcd'm cor tuum, & omne conſilium tuum cõfirmet.

Certe ſumme cauendum, ne pro tyrannis & qui non niſi ſua quærunt, ſic oremus, niſi in hoc cum illis ſentiamus, q̃ nullus princeps, nõ uelit ſua florere & in pace abundare, cum propter pacem & bella gerãtur, & ita pro ciuili eorum bonitate precemur. Magis tamen, pro bono principe intelligitur orare, qui enim talis eſt, multis impetitur aduerſarijs, præcipue ab illis ipſis malis tyrannis indigetq̃, diuino auxilio, quo ſua conſilia & deſideria contra illos impleantur. Non enim pro tyrãnis, ſed pro eo quem tyranni præmunt inique, orandum eſt. Necq̃ filij Iſrael pro hoſtibus ſuis, ſed pro Dauid rege ſuo orabant, in debellandis aduerſarijs laborante. Ita & noſtri, illi Turciuoræ Martes, qui contra Turcas inſaniunt, orationibus magis niti deberent q̃ uiribus, quod cum non faciant, ſintq̃ ipſi peiores Turcæ, populum Chriſti uaſtantes, neſcio an fortius contra eos an contra Turcas orare debeamus. Certe, ut hodie res habent, non modo pro Imperatore, Regibus & Principibus orari oporter, ut eorum cor & conſilium impleatur, ſed ut cor eorum aperiatur & intelligant, qui ſint ueri hoſtes Eccleſiæ, in quos conſultare, & cor commouere debeant, donec enim cæci non uident, q̃ nos ipſi egeamus caſtigatione, quomodo conſultare poſſunt pro quo eorum conſilio implendo, orare debemus? Inuenire tamen eſt aliquot inter eos, qui cæci non ſunt & rebus noſtris conſultum uelint, pro his dicamus & ardenter dicamus: Tribuat tibi dominus ſcd'm cor tuum, & omne conſilium tuum impleat, ſiue ut noſter dicit, confirmet.

Bonus princeps.

Orationibus nõ uiribus cõtra Turcas nitendum.

Lætabimur in ſalutari tuo, & in noĩe dei noſtri magnificabimur.

Impleat dominus omnes petitiones tuas.

Impleat, hic dicit, cum idem uerbum ſuperius, confirmet, reddiderit uarius interpres. Verbum hoc, Lætabimur, pſalmo. v. diximus ſignificare lætitiam uocalem, ſeu iucunditatem uerborum, qua ſolent homines gaudium ſuum iactare: Sonatq̃ hoc loco in exhortationẽ, tanq̃ ab ijs dictum ſeu dicẽdum, qui prælium ineunt, & ſuperba fiducia iactant auxilium domini ſuper ſe in ſalutem, ſicut illi Iudicum. vij. Clamauerunt, gladius domini & Gedæonis. Et quo modo Ioſuæ. vj. Clamauerunt filij Iſrael & mox ceciderunt muri Hiericho. Et rex Abia. ij. Paralip. xiij. eodem exemplo cum ſuis uociferans quinquaginta milia occidit de filijs Iſrael. Sed & nũc etiam perſeuerat uſus militum, iactantium ducis ſui nomen & gloriam ad animandos ſeſe aduerſus hoſtes, prorſus eum affectum & ritum, ſed pium & religioſum, hic uerſus docet.

Hunc ſenſum cõfirmat uerbum ſequens, magnificabimur, quod perperam a noſtro redditum, a Hieronymo uertitur, ducemus choros, nec hoc ſatis. Alij, Inſignes & nobiles erimus, dicunt. Volunt alij uerbum caſtrenſe eſſe, Dæl enim uexillum, ſeu inſigne exercitus ſignificat. Inde hoc uerbũ, נגל nidgol, ſignificare id, quod uexillum erigemus, ſeu ſi ſic liceret dicere, uexillabimur, **wöllen panier vffwerffen**, quod & ipſum eſt, opus prælium ineũtium, ut non ſolum uoce clament, ſed & ſigna ſua iactent, ſicut uiri Gedæonis non ſolum tubis ſonabant & uociferabantur, ſed & lagenas, uice uexillorum complodebant & iactabant.

Igitur in ſalutari tuo, id eſt, inuocata ſalute tua per fidem, Lætabimur & exultabimus lætantes, & in nomine tuo, id eſt, inuocato nomine tuo, eadem fide uexilla

uexilla erigimus, hoc est, in uirtute tua nō nostra, cū fiducia inibimus certamē cū omnibus hostibus nostris, Dñi em̄ est salus & uictoria. Idem aūt est salus, quod salutare, licet interpretes libenter salutare soleant trāsferre. Q; si in bello prophano, adeo necessarium est, in salute dei uociferare, & in nomine eius uexilla sustollere: Quāto magis hoc facto opus est, nostris Christianis ducibus, dum aduersus spiritalia nequitiæ in cœlestibus, contra prudentiam carnis & hæreses prælíamur, ne nostra insignia, nostros titulos, nostrasq; imagines, & in nomine ac salute nostra iactemus, id est, philosophiam, humanas traditiunculas, decreta, & alia portenta nostri nominis & uirtutis proferamus, sicut modo faciunt pontifices ridiculi. Nostrum uexillum, uerbū crucis est, triumphale signum, sanguine Christi purpuratum, quod Ecclesia Christi, quæ est terribilis sicut castrorum acies ordinata, opponit omnibus potestatibus tenebrarum. Extulisse enim aliud uerbum, est nihil aliud, cū puerorum more ludere in ferijs seu furijs carnalibus.

Impleat dominus omnes petitiones tuas. Et hæc uox est exhortatoria cum fiducia euntis in prælium, ac si dicat. Nos intus & in nomine domini, sub tuis signis militamus, tibiq; regi & duci nostro paremus, dominus autem, faciet quod suum est, & impleat petitiones tuas, Nostrum est nescire, quod futurum est, & tamen tibi obedire, sic. ij. Reg. x. Ioab princeps militiæ Dauid instructa utrinq; acie, in manu dei uictoriam ponens, ait, Pugnemus pro populo nostro, & pro ciuitate dei nostri, dominus autem faciat, quod bonum est, in conspectu suo.

Nunc cognoui, quoniam saluum fecit dominus Christum suum, exaudiet illum de cœlo sancto suo.

In potentatibus salus dextræ eius.

Ea quæ hactenus orauit, nunc in spem certissimam erectus plane promittit propheta, Sic enim sibijpsi infallibiliter persuadet fore, affectus, in deum plenissime fidens, qualem hæc uerba indicāt, ac si dicat, En rem aggrediamur, & scimus certiq; sumus, quia dominus saluabit Christum suum, Neq; enim possibile est, ut non exaudiat eum, qui tanta fide, talibusq; affectibus de deo præsumit, quia non est cōfusio confidentibus in te, Daniel. iij. Et ipse saluator sperantium, psal. xvj. Ideo dicit: Nunc scio, quoniam saluum faciet. Esse enim uerbum futuri temporis, cogit id quod sequitur, exaudiet illum de cœlo sancto suo, cū cū possit, per modum participij præsentis temporis uel nominaliter uerius, sic uerti. Nunc scio, quonīam saluans seu saluator dominus Christi sui exaudiet eum. Et ex supradictis, notum arbitror, hebræam linguam, frequentissime ac idiotismo proprijssimo uti uerbo præteriti temporis, pro præsenti, ut hic, Nunc cognoui, id est, iam scio, seu nūc factus sum sciens, si absoluto statu accipi placet.

Est autē uersus exhortatorius fidei constantiss. seipsam persuadentis, immo ex affectu prædicto persuasæ, Qui em̄ sic animatus est, ut audeat dicere, lætabimur in salutari tuo, & in nomine tuo uexilla tollemus, simul certissimus est, sese nō derelinquendū, sicut reuera & certissimū est, id quod solus ipse sentit. Sic Paulus audet, Ro. viij. Certus sum, quod neq; mors, neq; uita &c. nos separabit a charitate, quæ est in Christo, Et alibi, Certus sum, quia potens est depositum meum seruare in diem. Cuius enim cor, dicit. Ego credo, infallibili si-

mul sequela dicit, certus sum ita fore, sicut credo. Fides enim, si uera est in corde, adeo certe affirmat, id quod credit, ut nihil certius futurum esse, persuaderi possit, atq; adeo iam scit, ac si factum sit, ideo hic non dicit, opinor, aut cogito, aut intelligo, sed scio, seu cognoui, quoniam saluum faciet, id est, certus & persuasus sum, Vt suo more Paulus loquitur, eodem tamen sensu.

Certi simus de gratia.

Hoc iterum argumentum est aduersus impios illos sophistas qui nos incertos faciunt, de gratia & charitate dei in nobis, garrientes temerariũ esse asserere, nos diligere aut credere aut certos esse de opere dei super nos, cum nihil sit abominãtius ista incertitudinis opinione. Vnde placet hebræus idiotismus,

Præteritum pro futuro.

quo hic uerbum, Cognoui præteritum (quo fides commendatur) cum uerbo futuro, Exaudiet (quo opus creditũ significatur) componitur, ut obstruatur os loquentium iniqua, & sciant, opera dei super nos futura, per fidem esse credẽdum debere, ceu præsentia immo præterita. Hinc enim prophetiæ frequẽtissime utuntur uerbis præteritis, præsertim in lingua hebræa, non tantum propter certitudinem (ut dicunt) prophetiæ, sed magis propter ostendendam & docẽdam fidei naturam.

Et satis miror, cum fateantur in uniuersum omnes articulos, de secundo aduentu CHRISTI, de extremo iudicio, de æterna uita & inferni igne, esse certissime futuros, & hæreticos asserant, qui in his dubitent aut incerti sint. Simi-

De præsentibus certi simus sicut de præterito & futuro.

liter, si quis de creatione, incarnatione, & toto mysterio Christi præterito, dubitet aut incertus sit, hæreticum statuant, cur audeant Catholicum asserere, si quis dubitet, se esse in gratia, se consequi misericordiam in sacramẽto, certissime & infallibiliter habere propitium deum, cum hic articulus sit primus omnium, ubi dicitur, Credo in deum patrem, omnipotentẽ. Cæci cæci sunt & duces cæcorum. De præteritis & futuris deo credunt, de præsentibus nõ credũt. Nos autem cum propheta constanter & præsenter dicamus, Nunc cognoui, quoniam saluum faciet dominus Christum suum. De uerbis cognoscẽdi, faciendi, intelligẽdi, aliquãdo latius dicemus, de cœlo & sancto, dictũ est uersu, ij.

In potentatibus salus dextræ eius.

Et hoc uerbũ est animosæ fidei euntis & exhortantis, de auxilio dei futuro securæ, ut si nostro more & sensu diceremus, Scio quod exaudiet illum, & potenter saluabit eum. Est enim tropus hebræus: In potentatibus salus dextræ eius, idemq; sensus, qui psal. cxvij. Dextera domini fecit uirtutẽ. Hoc est, quãdo dextera dei saluat, non est ulla uirtus aduersaria, quæ perdat, quia non solum potens est, seu in potentia salus, quam dextera eius facit, sed etiam in potentatibus, id est, multis modis potens. Nomine enim isto plurali, licet barbare & absurde sonet latinis, exprimitur, eximia illa fides, quæ deo tribuit, tantã uirtutem & sapientiam, ut non una, sed multis uijs possit saluare, etiam si ijs, qui laborant, nulla appareat. Mirãq; emphasin & epitasin habet ea uox, plena affectu supbissimo, & de dei uirtute præsumẽtissimo, **Ey laß yn nur machẽ/ er wirt vnd kan wol helffen.**

Potest ex heb. etiam sic reddi, Nunc cognoui, quoniã saluãs dominus Christum suum, exaudiet illum de cœlo sancto suo, in potentatibus salutis dextræ suæ, Vt omnia pendeant a uerbo, Exaudiet, quod respondebit, etiam Hebræis sonat, ut sit sensus, Exaudiet illum potenter saluando, sua solius dextera, non hominum uirtute, Et sic sonat in abnegationem auxilij humani, & emphasis est in uoce, dextræ suæ, qui sensus mihi ualde placet, tamen non longe uariat a priore.

Christum suũ,

Christum suum, hic generaliter accipi oportet, pro rege, quod reges olim ungebantur. Auget autem & hoc ipsum uerbū orationis exaudiendæ, & salutis dandæ fiduciā. Nosse enim se esse diuinitus ad aliquod opus uocatum, addit fortiter & inflat spiritū, Scit enim uolente & mandante deo, se agere, quod agit, tantū cauet, ne suis uiribus superbis, deo mandante contentus, nō etiā humiliter & in timore querat deum adiutorem, Sic enim psalmo. vij. erigit se idē propheta dicens: Exurge domine deus in præcepto, quod mādasti, Quod hic breui uerbo, dicit, Christum suum, id est, quem, ipse unxit & regem cōstituit, & hoc quod agit agere uoluit. Inde Dauid scribit, præliari bella domini, id est uoluntate dei imposita & sibi demandata. Contra, qui uocati non sunt, prorsus infeliciter omnia tentant, sicut filij Israel monstrauerūt exemplo suo, Numeri. xiiij. Ideo potius Christum suum, ꝯ regē nostrū uoluit dicere, ut sese animarent dei mādato, non suo cōmodo, ut nūc uulgus solet pugnatorum.

Nosse se uocatum diuinitus.

Non uocati, omnia infeliciter tentāt.

Vtinam, tales essent & nostri illi Turcarū uoratores, qui populum Christi, impijs suis Indulgētiarū præstigijs illudentes, impellere solent, in perniciē rerum, corporū & animarū. Q̄ enim feliciter pugnauerimus hactenus, auctum hostium imperiū cum summa nostra ignominia satis declarat, præsumimꝰ eīm impij tam de uiribus, ꝯ de iustitia, coram deo & hominibus superbientes, Deinde prorsus non nisi gloriam mundi quærimus, & ijs omnibus portentis, nomen sanctum dei præteximus, fictisq; tum uerbis, tum factis, omnia præsumimus, & tamen coronas martyrum secure pro his omnibus promittimus, O furor. Certe Dauid rex religiosissimus, licet potens esset uiribus, tamen hūc psalmum ædidit, quo erudiret populum, qua fiducia quibusq; uiribus uellet de se præsumi, stultū uulgi plausum, qui regibus suis nihil nō arrogat, coercēs, & ad diuinā misericordiā conuertēs, ideo salus dextræ dei, in uirtutibꝰ cū eo fuit, no biscū aūt pnicies sinistræ nostræ in infirmitatibus perseuerat. Verū quid mirū in hac re bellica nihil cū Dauid, nostris regibus esse cōmune, cum in fide Christi, sorte nostra prima, nihil nobis cum illo conueniat.

Turcarū uoratores.

Regū adulatores.

Hi in curribus & hi in equis,
Nos autem in nomine domini dei nostri inuocabimus.

Pulchra Eclipsis, quæ in Germanica lingua apte reddit, **Sy mit rossen vñ wagen**, subintelligit eīm uerbū, pugnāt uel præsumunt, Cōtentio quoq; insignis est, fide pura & firma incedēs, illi in equis, nos in noīe dñi, illi in uirtute uisibiliū, nos in noīe inuisibilis, illi sensu, nos fide nitimur &c. Quādo autem interpres, uoluit reddere, inuocabimus, rectius dixisset, Nomen domini inuocabimus, licet enim hebræus dicat, Inuoco in nomine domini, & audio in uoce domini, uideo in turba, latine tamen, Inuoco nomen domini, & audio uocē domini, uideo turbam, dicemus, Hoc loco aūt, pro inuocabimus, hebræus dicit, memores erimus. Et Hiero. Nominis domini dei nostri recordabimur.

Mira uere exhortatio & congressio belli, ut hostes, equis, & curribus, iusti solius nominis dei memoria, armati pugnent. Magna certe fides, quæ tāta audet memoria nominis domini. Habet & ipsum quoq; usus bellatorū usq; hodie, ut congressuri in memoriam reuocent, uel fortia facta patrum, uel priores uictorias, & alia quibus corda sua exhortentur & concitent. Nostrorum autē principum est, nominis dei meminisse, in quo uniuersa salus & uictoria consistit. Prouerb. xviij. Turris fortitudinis nomē domini, in ipso currit (sicut accinctus in

Congressio belli.

Memoria nominis dei.

cinctus in bellum) iustus & exaltabitur, id est, superabit & victor erit, Cuius autem in ipso, id est, in memoria & fide eius.

Emphasis autem insignis est, in uerbo, Memores erimus, nulli cognita, nisi experto, sine dubio enim propheta hic experientiam suam signat. Quis enim putet, quenq; sola memoria nominis domini uictorem fieri, nisi expertus fuerit? sed & q̄ arduum idipsum sit, ut nominis domini nō obliuiscatur, quis credat? cum ibi urgeat mors, ignominia, conscientia & mille pericula, quibus ut multo uiolentioribus copijs intus oppugnatur cor, q̄ corpus foris, ut distractum in præsentia & circūstantia & irruentia, amittat nomen domini. Neq; satis est, semel ab initio cogitasse & inuocasse, sed perseueranti atq; constāti memoria meminisse oportet, usq; in finem uictoriosum aduersus omnia terribilia & periculosa occursantia. Sicut enim impossibile est, ut nomen domini succumbat, cum sit æternum & omnipotēs, ita impossibile, ut is cadat, qui in ipso hæserit & perseuerauerit. Verum impius, in cuius auribus nomen dñi, apparet uile, ut quod sit, non nisi flatus & literæ transeuntes, hæc tam grandia & insignia eius magnalia non capit, ideo relicto ipso, ponit carnem brachium suū, confidit in homine, recedit cor eius a domino, confugiens ad baculum arundineū Aegypti, sicut de Saule dicitur, q̄ mortuus sit in peccatis suis, quia in dominum deum Israel nō sperauerit. Cætera mirabilia nominis domini, affectibus & experimentis relinquenda sunt, quādo uerbis & auribus ea nemo potest consequi.

Bellum in-ternum.

Fidentes sibi ipsis.

Ipsi obligati sunt & ceciderunt:

Nos autem surreximus & erecti sumus.

Encomiū ante uictoriā canunt soli fideles.

Hoc non dicitur historice uel non solum historice, sed magis prophetice, immo fideliter, Soli enim fidei, de deo præsumenti, licet canere Encomiū ante uictoriam & rumorē ponere ante salutē, ut cui prorsus omnia licent, dum eā credit, iam habet, quod credit, quia fides nō fallit, sicut credit, sic fiet ei. Sic Moses, Exo. xiiij. trepidantem populum, ab insequentibus Aegyptijs roboratcertissima uictoria, dicens: Nolite timere, state & uidete magnalia domini, quæ facturus est hodie, Aegyptios enim, quos nunc uidetis, nequaq; ultra uidebitis usq; inæternum: Dominus pro uobis pugnabit, & uos tacebitis. Et ita factum est, Pharaone in curribus & equis præsumente, per aquā consumpto.

Pro, obligati sunt, melius Hiero. & hebræus, Incuruati sūt, seu incuruauerūt, absoluto uerbo, ut sonet defectū præsumentis de se uirtutis, quæ, subtracta manu dei, in seipsa deficit & incuruatur, aduersario etiā nō incuruante. In quo & antithesis pulchrius apparet, Incuruari enim & surgere opposita sunt, sicut & cadere & stare, quod erecti sumus hic dicitur. Porro, per incuruari & cadere, ita defectum, sicut per surgere & stare, profectum significat. Incuruari eā est infirmari & cadere penitus uinci, surgere est prævalere, & stare est uincere, quibus uerbis, rem uelut ob oculos ponit, & uelut coram gestam describit, ad prouocandam fidem in deum, sic enim res habet, ut primum incuruentur & tandem cadant, primum surgant & tum subsistant.

Sed quid hoc? qui fatetur aduersarios curuari & cadere, certe simul fatetur eos prius surrexisse & stetisse. Nunquid & pios, dum surrecturos & staturos facit, simul indicat, prius curuatos & lapsos? Absit, uerba enim sunt fidei, defuturis tanq; præteritis, securissime præsumentis, & rem ut geritur in oculis ho-

minum

minum pronunciantis. In congressu enim hostium, dum impij, fidunt in curribus & equis, uidentur certe surgere & stare, Contra pij in nomine domini fidentes, uidentur uelut longe impares curuari & cadere. At fides, huic phantasmati sensuali reluctata sic iactat, Etiam si illi surgent & stent in curribus & equis, nos uero curuemur & cadamus, sicut apparet, certi tamen sumus, mutata paulo post rerum facie, eos qui surgunt & stant, curuandos & casuros, nos autem, qui uidemur curuari & cadere, uere surrecturos & staturos, immo iam surreximus & erecti sumus. O pulchrum fidei exemplum. *Fides contra sensum.*

Domine saluum fac regem.

Et exaudi nos in die, qua inuocauerimus te.

In nostra translatione, hic uersus potest, uelut epilogus, uel confirmatio haberi, sed hebræus sic distinguit: Domine salua, rex exaudiat nos, die qua uocabimus. In quo nescio quid mysterij lateat, non enim exaudi nos, sed exaudiat nos in tertia persona dicitur, sicut in principio psalmi, Exaudiat te, eadē persona, eodemq; uerbo dixit. Rex etiam in nominatiuo ponitur nō in accusatiuo, Pronomen, te, in fine uersus non habetur, Ego si quid secreti habet, spirituali/bus relinquo, simplicissimo sensu contentus, quo, deum ipsum, hic regem uocari arbitror, in tertia persona, more hebraico, sicut & in principio psalmi, Exaudiat te dominus. Et Moses Numeri. xiiij. Magnificet fortitudo domini, sicut iurasti, pro, fortitudo tua. Et psal. iij. Domini est salus, & super populū tuū benedictio tua, Et Numeri. xxvij. Prouideat dominus hominem, qui sit super hanc multitudinem, id est, prouide tu domine. Et Geñ. xxx. Ioseph ad Pharaonem, prouideat rex uirum sapientem, Ita & hic, exaudiat nos ille rex, Ponit enim articulus notæ insignis, hoc est, tu exaudi nos, qui uere es, ille rex noster, Nam Dauid qui ministrat tibi, non est rex, nec suum regnum regnat, sed tuū: Tuum enim sumus nos regnum & tu rex noster es. quo affectu, uehementer mouet, hoc est, mouere nos docet deum, qui tunc mouetur, quādo nos mouemur. Quomodo enim non exaudiat quando regnum suum, res sua, gloria sua periclitatur? Hoc est, tunc nos ardentissime oramus, quando nos regnū & partem rerum dei esse cōfidimus, tunc enim nō nostra quærimus, & certi sumus, non derelicturum eum, rem quæ sua & regnū quod suum est, præsertim inuocantibus nobis. de quo affectu psal. vij. latius dictum est. Petit ergo hic uersus, generalem & perseuerantem salutē a deo hoc modo, Sicut iam saluasti & exaudisti nos, ita fac, ut semper & quacunq; die inuocauerimus, salues & exaudias. Sic enim qui semel expertus est auxilium domini, optat illud perpetuum esse, metuens nequando se deserat.

Exposuimus hunc psalmum, pro exemplo fidei, de rege quocūq;, necdum certum habeo, an legitimum sensum attigerim, cuius enim, uexilla, equos, & currus sonet, quæ cogere uidentur, ut ad externam pugnam trahas psalmum, non tamen ausim negare de Christo intelligendum, & de uexillis in spiritu cum loqui. Mouet me cs maxime cū multis alijs, psal. cix. in quo Christus rex sedere iubetur & in medio inimicorum dominari, & sceptrum eius emitti ex Zion, item reges terræ cō quassari, & reliqua, quæ & si carnaliter sonent, tamē penitus in spiritu dicuntur & intelliguntur. Similia psal. lxxj. liceat adducere, Et psal. ij. Virga ferrea, in spiritu dicitur, ita &, hic, uexilla facile fuerit in spiritu accipere, Nihil enim obstat mihi, quo minus de Christo exponā, nisi quod *Alia expositio psalmi de Christo.*

allegoriam

allegoriam uitare propositum est, q̃tum fieri potest, tum q̃ in nouo testamento, non allegatur hic psalmus, quemadmodũ cæteri. Rursus psalmus sequens, ualde urget se de Christo intelligi, & uerisimile est eum de eodem rege loqui, de quo hic loquitur, ut uidebimus.

Tutius forte fuerit, in iudicium & arbitrium lectoris, & alteram de Christo breuiter afferre intelligentiã, qua in populi fidelis persona, qui carnalia bella nescit, propheta orat, pro suo quoq; rege, qui cum eodem populo ipse dux belli spiritualis, pugnat aduersus potestates & portas inferi. Incõparabiliter ẽm maioris momenti res est, certamen uerbi & fidei, quo colluctamur non cõtra carnem & sanguinem, sed contra spiritalia nequitiæ in cœlestibus, non pro uita aut rebus istis momentaneis, sed æternis, hoc est, pro iustitia contra peccata & errores. Præterea quis nouit, an psal. generali sentẽtia utriscp apteturꝰ quãdmodum illud. iiij. Regũ. vij. Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium, de Salomone simul & Christo intelligit, Et quædam alia Matt. cap. ij. Vt uox in Rama, de filijs trãsmigrationis & simul de paruulis ab Herode interfectis, Ponamus ergo ob oculos Christum cum turba martyrum, pro ueritate & regno dei certãtes & morientes, aduersus uiolentiam tyrannorum, qui uiribus & armis superiores fuerunt & tamen uicti sunt, & ex prædictis facilis erit sensus. Eadem enim est fides, sed diuersa causa, Hic enim corporaliter succũbunt Christus & martyres, illic superant, utrobiq;, eodem spiritu operante; qui pro Christo & sanctis interpellans gemitibus inenarrabilibus, simul adiuuãs eorum infirmitatem, dicit.

Certamẽ uerbi & fidei.

Exaudiat te dominus in die tribulationis, Cum enim nullus sit, qui cõsoleꝰ, solusq; patiaris in die ista passionis tuæ & tecum sancti tui, soletur te dominus & exaudiat, saluum facturus ab inimicis, hoc enim affectu inenarrabili Christum & sanctos suos gemuisse per spiritum, nõ est dubium, quo & nos in morte & tribulationibus, gemere oportebit.

Gemitus Christi & sanctorum.

Protegat te nomen dei Iacob, Nihil enim reliquum est, nisi solũ nomẽ dei, cuius inuocatione, uelut tenuissimo filo, ægerrime pendere & seruari putatur salus patiẽtis, cũ omnia alia, nõ modo nõ seruẽt, sed perdentibus cooperenꝰ.

Mittat tibi auxiliũ de sancto, At hoc ipsum mire discrutiat, solo nomine dei hærere, & auxilium expectare nõ nisi inuisibile & ab inuisibili deo, qui in sancto separatissimo habitat. Et tamen spiritus, hoc gemitu adiuuat patientes, ut se expectare (& si maximo cum labore) auxilium ineffabile & innominabile sentiant.

Et de Zion tueatur te, Idẽ Zion, quod sanctũ, ut diximus, Expectat ẽm, & nihil aliud põt, q̃ quod sentit se expectare robur de Zion habitaculo abscondito dei, quo non modo ferat, sed superet tandem tribulationem.

Memor sit omnis sacrificij tui.

Eius scilicet, quo te ipsum offers deo in mortem. Nam & hic, nisi gemebundus spũs utcunq; suggereret, nondum esse eos in obliuione dei penitus, certe infirmitas ipsorũ, hoc ipsum quod patiuntur, & quo se offerunt, reprobari & damnatum obliuioni tradi crederet. Sic enim caro murmuraret. d. Frustra pateris, non erit aliquando deus memor huius sacrificij tui.

Et holocaustum tuum pingue fiat, Id est, abundans fructiferum & plenum fiat. Holocaustum autem hic, sicut & sacrificium in spiritu accipi oportet, ut diximus, Sic enim Christus se totum in cruce obtulit absumendum igne charitatis, Potest hic, pro omnis sacrificij dici, totius sacrificij, sicut holocaustũ, totum igne

tum igne combustum, quo gemitu spiritus eos erudit, ut orent & sperent, nihil frustra sese passuros, sed omnia grata, memorata & plena fore, id quod tam tenui spe expectant tribulati, maxime infirmi, ut magis optare q̄ sperare uidean tur sibi ipsis.

Tribuat tibi secundum cor tuum,

Et omne consilium tuum confirmet, seu impleat.

Et hoc expectare eos facit spiritus, licet infirmitas eis dictet tam desyderia irrita, q̄ consilia uana fore. Puto his quatuor uersibus, uim & naturam gemitus illius inenarrabilis, pulchre tradi, uelut praxi & exemplo quodā. Sequuntur nunc lætiora, uergente tribulatione in uictoriam.

Lætabimur in salutari tuo, & in nomine dei nostri magnificabimur.

Impleat dominus omnes petitiones tuas.

De ista iactantia & uexillorum erectione & superius diximus, sic enim Christus & Martyres sui, etiam si moriantur, confidunt sese in salute dei, ouare, iactare & uexillum sustollere, eo maiore fiducia prædicare & cōfiteri Christum, quo magis præmuntur, atque etiam si ipsi occidantur, alios, uice eorum, idem facturos confidunt, cum quibus ut unum corpus, ita cādem hanc uocem communem habent, nec dubitant impleri etiam inuitis tyrannis, quæ postulauit Christus. Quæ postulat autem psalmo. ij. Postula a me & dabo tibi gentes in hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Hanc enim postulationem obtinuit, ouantibus & uexillificantibus (ut sic dixerim) Martyribus, id est, cum fiducia confitentibus, prædicantibus, morientibus.

Nunc cognoui, quoniam saluum fecit dominus Christum suum.

Exaudiet illum de cœlo sancto suo,

In potentatibus salus dextræ eius.

Exponatur ut supra, Saluum enim fecit Christum & exaudiuit, dum, multiplicata Ecclesia, Impleuit postulationes eius. Exaudiuit autem, In fortitudine salutis dextræ suæ, id est, quo modo solet dextra eius saluare, quæ non saluat, nisi impotentes, Potens enim est deus in infirmis, bonus in malis, blandus in aduersis. Sic præsumi de deo docet spiritus adiutor infirmorum.

Hi in curribus & hi in equis,

Nos autem in nomine dei nostri memores erimus.

Satis ex prædictis patet sensus. Tyranni enim uiribus, Martyres sola nominis dei memoria & assidua inuocatione uincunt.

Ipsi curuati sunt & ceciderunt,

Nos autem surreximus & stamus.

Sic enim Ecclesia creuit & firmata est, eo ipso, quo oppressa est, Et impij tyranni uastati, dum potentissimi erant, ut omnia hæc experientia uidemus impleta, quanq̄ alij sint, qui cadunt Martyres, & alij qui surgunt fideles, tamen quia unus populus est, per Synecdochen usitatissimam figuram in sacris literis, id quod partis est, totum sibi uendicat, quanq̄ reuera & martyres in spiritu surgunt, dum multi in eorum fidem succedunt.

Domine saluum fac,

Rex exaudiat in die qua inuocauerimus.

Sensus idem, qui superius datus est.

PSALMVS VICESIMVS,
Hebræis uicesimusprimus.
Ad uictoriam psalmus Dauid.

DOMINE in uirtute tua lætabitur rex, & super salutare tuum exultabit uehementer.

SIMILIS fere per omnia psalmus est præcedenti, ut & hic non satis certus sim, de solo ne Christo, an quouis rege intelligi debeat, mirumq; tam apertis in figuratisq; uerbis, tam obscuram inesse intelligentiam. Omnino tamen uidetur esse gratiarumactio quædam super acceptis his, quæ præcedente postulata sunt, ut sit Epinicion quoddam Christi a mortuis resurgentis. Atq; ut psalmum præcedentem, interpretati sumus, primum de rege figurali, ita hunc contra, primum de rege figurato Christo interpretemur, cum reuera Dauid & quius rex, bellis & uictorijs suis Christi passionē & resurrectionem figurauerint, & facile sit, figuram & rem figuratam, ex se inuicem intelligere, Forte & hic psalmus generali sententia de utroque rege simul loquitur, sicut in præcedente uisum est.

Rex Christus, uicta morte, lætabitur, in uirtute tua, qua eum resuscitasti & uictorem fecisti, qui in infirmitate carnis mortuus, omnibus subiectus fuit, seu, ut Apostolus ait. ij. Corinth. ultimo, Nam & si crucifixus est ex infirmitate, sed uiuit in uirtute dei. Idem est, quod altera pars dicit: Et in salutari tuo exultabit uehemēter, id est, ubi a morte saluus factus fuerit. Interpres noster, liberter uertit, salutare, pro salute, nescio quare. Virtus autem & salus dei, ubique fere pro eadem accipitur, qua nos deus saluos & ualidos facit, ut sint donorum dei uocabula magis q̄ autoris, sicut sæpius dixi, de sapientia dei, de iustitia dei, & similibus.

Multa autem sunt nomina, nō solū in hebræa lingua, sed & græca & latina & teutonica, forte & in omnibus alijs, quibus uires seu fortitudo significātur, quorum differentiam alio forte loco, inquiremus. Et uerba lætitiæ & exultationis, psalmo. v. & .ix. tractauimus.

Desiderium cordis eius tribuisti ei, & uoluntate labiorum eius, non fraudasti eum. Sela.

Periphrasis gemina, orationis, prior cordis, altera oris. Rhetoricatur enim
Oratio. Propheta, Quid est oratio mētis, nisi desiderium cordis? Quid oratio oris, nisi uoluntas labiorum? Alij tamen pro uoluntate labiorum, eloquium seu prolationem labiorum, sed segnius orationis uim significant, hoc enim labiorum eloquium, oratio dicetur, quo aliquid peti significatur, aptius ergo noster, uo-
Oratio uocalis. luntatem seu desiderium labiorum dixit, ut resp̄oderent labia cordi, & eorum uolūtas illius desiderio, ut exprimat orationē uocalem, ne orationem quidem dici, nisi & ipsa desideret, e cordis desiderio & affectu prolata. Voluntas enim labiorū, uiua & feruens est oratio, quid enim uiuatius uolūtate seu desiderio? Nescio si hūc tropum Dauidici eloquij, usq; in scripturis inuenire liceat.

Nota. Ordo sane pulcher est, quod oratio cordis, primo loco habenda sit, sine qua,

labiorum

labiorum oratio, inutile murmur est, & ut uocalis oratio negligenda non est, ita curandum, ut ab oratione cordis proficiscatur, Psallam spiritu, psallam & mente, ait Apostolus.

Non fraudasti, intelligitur nō priuasti, non remouisti, hoc est curasti, ut non frustra oraret, nec orationem eius auertisti, ut non exaudires, per negatiuam, maxime affirmatiuam orationem faciens. Quid autem desyderauit cor? quid uoluerunt labia? Sequitur.

Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite eius coronam de lapide præcioso.

Interpres noster perpetuo, lapidē præciosum reddit pro, פז paz, id est auro ophirizo & optimo, ut psal. xviij. quoq; uidimus. Denicq; psal. cxviij. sup aurū & topasion, dicit, ubi eadem dictio paz, alluſione sui, fecit eum Topasion cogitare, cū dicēdum fuerit, Super aurum & ophirizum, sunt enim prorsus eadem ibidem uocabula, quibus psal. xxiij. dicitur: Super aurū & lapidem præciosum. Et hoc loco coronā de obrizo, Hiero. trāsfert, id quod cogit communis oīum sensus & usus. Neq; enim coronæ regum gemmæ, sed aurum sunt, manifestum autem est, quod de regia corona loquatur, reddimus itaq; ad uerbū sic: Quoniam præuenies eū in benedictionibus bonitatis, pones in caput eius coronam ophirizi, id est, auri præciosissimi.

Verbum, præueniſti, quid uelit nō satis intelligo, quātū ex hebræo augurari licet, cōparatiue dicit, hoc est, Christum sic esse benedictum, ut princeps esset omnium qui benedicūtur, eiusq; benedictiones tales, quales nullorū aliorum, iuxta illud psal. xliij. Vnxit te deus, deus tuus, præ cōsortibus tuis. Et Paulus Ro. viij. Vt esset primogenitus in multis fratribus. Et iterū. j. Cor. xv. Christus resurrexit primitiæ dormiētium. Et psal. lxxxvij. Quis similis erit deo, in filijs dei? Omnino ad personā ista præuētio refertur, quanq; & hoc pulcherrimo & uerissimo sensu dicatur, quod Christus primus omniū resurrexerit, ut & hic locus sit unus eorū, qui de resurrectione prædictus sit, ut nō solū ad dignitatem personæ, sed simul ad præuētionem tēporis pertineat. Neq; enim Paulus eum primitias dormierūt & primogenitum uocat, dignitatis tantum personalis respectu, sed & temporis. Sit ergo sensus: Præueniſti eum, id est primū feciſti in benedictionibus illis optimis, quod confirmat pars sequens, quæ eum regem coronatum eloquitur, uelut explicans istam præuentionem.

Diximus enim hoc uersu, incipere Prophetā ut recitet quæ sint illa, quæ cor regis huius desiderasset & uolūtas labiorum eius postulasset, nempe salutē ex morte, & uirtutē ex infirmitate, hoc est, optimas benedictiones. Oportet enim hebraismo isti assuescere, quo benedictiones bonitatis, dicūtur, quæ latine dicerētur, benedictiones bonæ uel potius optimæ. Nā interpres noster, nō raro, טוב Tob, hebraicū uertit dulce, quod ꝓprie bonū significat, & hoc uersu, dulcedinem uertit, quod latinus quid sit, uix intelliget, cum latine benedictionem dulcedinis dicamus eam, quam dulcedo cōferat uel habeat, sicut iusticiam dei uocamus, quam deus largitur.

Benedictiones. Benedictiones uero, itē hebraico idiotismo dicūtur quæ nos beneficia uocamus, sicut Iacob. xlix. Geñ. dicit, de bñdictionibus uberū & uuluæ &c. j. Reg. xv. Suscipe benedictionē hanc, quā attulit ancilla tua, qđ oīa benedicēte deo proueniāt, ut Geñ. j. scribit. Discernit itaq; ꝓpheta, benedictiones has Christi ab oībus alijs dū eas appellat, Tob, id ē bonas & suaues, cū nusq; hoc epitheto

benedictiones commendentur, in quo absq; dubio de bonis futuris se loqui ostendit in quibus nulla tristitia, nulla amaritudo sit. Nã quæ hoc uitæ tẽpore possidemus q̃tumlibet optima, nõ sine malitia possidemus, dies enĩ mali sũt. Et sufficit diei malitia sua, ait Christus, qñ & electis suis prædixit, q̃ in mundo pressurã essent habituri, nec ipam gratiã dei suauissimã, sine labore possessuri, quo uerbo præoccupat, ne quis coronã auream Christi intelligere præsumat temporalem, cæteris similem faciens eum regem, uerbis allegoricis, sed nõ nisi in rebus bonis, hoc est, futuris & spiritualibus.

Christus in rebus sacris rex.

Allegoriã ergo nobis extorquet ipsa circũstãtiæ, cõsequẽtiæ & sentẽtiæ uis, ut per impetitionem aureæ coronæ, aliud nihil periphrasticos intelligamus, q̃ eum regẽ esse cõstitutũ in rebus sacris, spiritualibus & optimis. Quæ periphrasis non rara est in sacris literis, Iudic. v. Qui ascẽditis super nitẽtes asinas, id est, Patricij & Optimates. Item, Qui sedetis supra in iudicio, id est uos iudices. Et, qui ambulatis in uia, id est, proletarij uulgus & plebei, Geñ. xlix. Inuiderũt ei habentes iacula, id est balistarij. Ita hic pones in capite coronam obrizi, id est, constitues eum regem regum, & dominum dominantium.

Periphrasis in sacris literis.

Quæ enim esset ista magnificẽtia dei? quæ tã grãdiloquo sermone cœpit describi, ut regẽ hunc nõ in hominũ, sed dei uirtute & salute uehemẽter lætãtem, deinde præuẽtum in optimis beneficijs, ac donatũ lõgitudine uitæ, positumq; in benedictionẽ perpetuã fecerit, & inter medias has diuinas pompas, caderet in eas sordes, ut & auri istius corruptibilis iactaret gloriam, cum tales coronas passim possideãt propria uirtute & arrogãtia, ut quicq; sunt impijssimi & scelératissimi, digni non quos in sua uirtute & salute deus lætificet cũ uultu suo, sed in ira sua cõturbet & deuorãdos igni tradat, ut ꝓsequetur psalmus. Quare maiestas tum coronãtis, tum coronati, aliæq; circũstantiæ monere debẽt, coronam hanc auri esse etiam maiestatis insolitæ & nulli regum aliorum attributæ.

Vitam petijt a te, & tribuisti ei longitudinem dierum in seculum, & seculum seculi.

Arbitror hic partiri Prophetã, ut prædictas benedictiones dulcedinis ordine percẽseat, & quid per aureã coronã uoluerit, exponat. Enumerat enim, uitam, gloriam, regnũ, sacerdotium, beatitudinẽ, & hæc oĩa æterna, deinde uictoriam & uindictã sempiternã in hostes eius, his enim expeditis, clarum erit, quid desiderarit cor regis, & quid uoluerit uolũtas labiorum eius, nempe has optimas benedictiones. Prima ergo benedictio est quã petijt, ut a morte eum saluum faceret. Et fecit sic, Nõ solum enim suscitauit eũ, sed & lõgitudinẽ dierũ dedit ei, in seculũ & ultra, id est uitã æternã. Et hinc intelligimus de Christo psalmum loqui, quod uitã petijsse scribit & datã ei æternã. Morituri enĩ est iste affectus, qui uitã petit, qd Christũ fecisse scribit Apostolus ad Hebræos, & exauditum pro reuerentia, habenti enim uitam nõ datur, sicut nec petitur.

Prima benedictio.

Explicat autem seipsum Propheta, dum uitam petitam & datam, esse longitudinem dierum non aliquo fine terminandam, sed in seculum & in seculum seculi, dicit. Duas istas dictiones, עולם ועד olam & ed, uarie transferunt, quæ mihi tropo hebræis proprio, æternitatem uidẽtur significare, sicut nos alemanice dicimus, **ymmer vnd ewiglich**. De olam quidem superius diximus, quod incertum tempus significat, qua tamen ipsa significatione, æternitatem intelligimus, sicut in Melchisedech, nullam originem nullumq; finem habente,

habẽte, æternus sacerdos Christus Paulo intelligitur. Posset qui uellet, alteram dictionem, olam, referre ad regnum Christi in Ecclesia militante, Alteram, ed, ad Ecclesiam triumphantem. Hoc autem obserua, quod maiora reddi, cp̃ peta mus, a deo, Prophetam uoluisse ostentare, dum simplicibus uerbis, uitam peti tam, & mox augustioribus, longitudinem dierum in seculum & inæternum, tributam dicit. Ita semper petitio nostra minor est, cp̃ dona accipienda, ut Apostolus Ephes. iij. docet.

Magna est gloria in salutari tuo, gloriam & magnum decorem impones super eum.

Mira uarietas & inconstantia interpretationis. Has hebræas dictiones, הוד והדר Hod uehadar, Hoc loco, Gloriam & magnum decorem, psalmo. xliij. Specie tua & pulchritudine tua. Et. xcvj. Cõfessio & pulchritudo. Et. cx. Confessionem & decorem induisti, psal. cix. In splendoribus sanctorum. Interim nos dicimus, Laudem & splendorem. Splẽdorem enim dicimus, regium illum apparatum & abundantiam rerum, sicut in Euangelio Lucæ. Diues ille quoti die epulabatur splendide. Et Poeta, Et domus interior regali splendida luxu, quem & megaloprepiam, magnidecentiã dicere possumus, quod noster inter pres uoluit, cum magnum decorem, duabus dictionibus, unam hebræam הדר Hadar, imitatus est. Est autem splendor & magnidecentia Christi, quod in regno suo, magnos, multos, nobilissimosq; principes & populos, omni sapientia, ueritate, aliisq; spiritualibus dotibus ornatissimos habet, ipse omniũ splendidissimus & ornatissimus, quibus omnes præciosissimæ res abundant largissime, tamen cũ decore & reuerentia, quales Apostolus Corinthios laudat, dum dicit eos diuites factos in omnibus. Laus autem eius est, quod ab his omnibus honoratur, omnes ei confitentur & gratias agunt, quod illius dono hæc omnia habeant.

Est ergo sensus: Christus rex, qui in morte sua fuit omnium despectissimus, nouissimus uirorum, ab omnibus derelictus, In salute tua, seu dũ tu eum a mortẽ saluum facis, recepit, p hac ignominia, solitudine, despectu, summã gloriam, quia ponis in eum laudem & splendorem, Isa. liij. Propterea dispartiam ei plurimos, & fortium spolia diuidet. Prouer. xiiij. In multitudine populi, dignitas regis. Vbi eadem dictio, hadar, dignitas transfertur, sicut eiusdem. xx. Exultatio iuuenum, fortitudo eorum, & dignitas senum canicies. Ego germanice hanc dicerem, **pracht vnd herrligkeyt**, magnidecentiã, uenerabilem pompam, splendorem. Nam גבור Cabod, proprie doxam & gloriam, גאוה Peer, autem, cauchima, iactantiam gloriationem actiuam significat, ut supra, Exultatio iuuenum, pro gloriatio iuuenum, fortitudo eorum. Et psal. lxxxviij. Quoniam gloria uirtutis eorũ tu es, id est, in te & tua uirtute gloriantur. Summa, laudem & decorem super eum posuit, id est inclytum & principem & regem gloriæ fecit, qd de Dauid nõ facile intelligas tot malis assidue uexato, quare de Christo glorificato & prædicato & credito & adorato, intelligemus.

Quoniam dabis eum in benedictionem in seculum seculi, lætificabis eum in gaudio cum uultu tuo.

Regem glorioſum audiuimus, nunc ſacerdotem ſalutarem & æternum audimus. Aliqui putant Chriſtum datum in benedictionem, quod ab omnibus in æternum benedicitur, quo tropo ſæpius in Prophetis de populo Iſrael dicit, q̃ in fabulã, in prouerbium, in ſibilum, in ſimilitudinem tradatur. Et Geñ. xij. ad Abraham: Eriſq; benedictio (ſic enim hebræus habet) quod noſter dicit: Eriſq; benedictus. Iſaiæ. xix. Erit Iſrael in medio terræ benedictio, cui benedixit dominus. lxv. Quomodo ſi inueniatur granum in botro, & dicetur, Ne diſſipes illud, quia benedictio eſt, ſic faciã propter ſeruos meos, ut non diſperdam totum. In quibus locis & alijs multis, benedictio paſſiue accipitur. Hebræus autem, ſic dicit: Quoniam dabis eum benedictiones in æternum, numero plurali, quod & ſi paſſiue accipi poſſit, quod hic rex a plurimis benedicaẽ, & a deo multis benedictionibus repleatur, tamen puto actiue accipiẽdum, iuxta illud Geñ. xxij. Et in ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Nam benedictiones quibus in pſona ſua a deo benedictus eſt, ſuperiori uerſu abũde cecinit: Quoniam præueniſti eum in benedictionibus optimis.

Quare benedictiones æternales & cœleſtes hic intelligo, quibus Chriſtus, ut ſacerdos æternus, accepto ſpiritu, Benedicit ſuos, ſicut. ij. Corinth. j. dicit: Benedictus deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus in Chriſto, idem enim arbitror, In Chriſto nos benedici ſpirituali benedictione cœleſtium rerum, & Chriſtum dari, benedictiones in æternum. Sacerdotis autem eſt benedicere, hoc genere benedictionis, quo bona cõferuntur. Cæterum uulgare, illud benedicere, quo laudamus bona habentes, & felicitatem imprecamur, omnium eſt, etiam inferiorum, & omnino illa maiorum, iſta minorum eſt. Atq; hæc noſtra eſt gloria & iactãtia, quod Epiſcopum habemus, per quẽ maledicta, quibus in Adam ſumus mulctati, mutantur & abſorbẽtur, adeo ut nulla nobis maledictio temporalis, ſiue ſit illa peccati, ſiue hominum maledicentiũ nocere poſſit, quin potius prodeſſe per abundantem & æternam illam in Chriſto benedictionem cogatur. Certe dulciſſimum uerbum, omnibus qui in Chriſtum credunt, habere proprium Pontificem, & omnia nobis benedicentem.

Lætificabis in gaudio uultus tui.

Hoc non poteſt intelligi, niſi de beatitudine, quam reuelata gloria maieſtatis habet. Gaudium enim uultus dei, gaudium eſt de reuelata facie dei, noſter autem interpres, præpoſitionem, cum, recte omiſiſſet.

Quoniam rex ſperat in domino, & in miſericordia altiſſimi non commouebitur.

Spei propria diffinitio. Hæc omnia dicta uenient ei, quia ſperauit & non eſt motus. Atq; hic pulchra & propria ſpei periphraſis, ſeu potius diffinitio ponit, ſola omnes impias opiniones de ſpe traditas, confutare potens. Sperare enim in dño, idem eſt quod non moueri in miſericordia altiſſimi, ſed ſtare & expectare. Sane, gaudere & delectari in miſericordia præſente, facillimum eſt, ſed abſente, & malis undiq; præſentibus quæ tribulant, impellunt, commouent, ad deſperationem nõ mouere, non cedere, ſed contraria expectare, hoc demum eſt uere ſperare, ſed arduа res iſta, de qua pſal. v. plura. Quo circa caueant, qui ſpem ex meritis prouenientem docent, Spes certe, ut hic docemur, miſericordiam dei ſpectat, ſicut timor iram & iudicium. Sperans enim, In miſericordia dei non commouetur,

Timens

Timens autem, ab ira dei non quiescit. Si ergo Christus innocentissimus in domino sperare, & in misericordia dei non motus scribitur, qui sumus nos, qui iudicium dei, nostris uiribus & studijs, ac nō potius sola misericordia dei superare conamur? Scripta sunt hæc ad doctrinam nostram. Auertēdus ergo timentibus nimium, a iudicio & ira dei oculus mētis, & ad misericordiam uertendus. Rursus in phrynitis & duris frontibus a misericordia ad iudicium uertendus, ut humilientur.

Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis, dextera tua inueniat omnes qui te oderunt.

Prosequitur regis huius uictoriam, in hostibus subiectis. Noster interpres uarietate solita, idem uerbum actiuum utrobiq; inueniat, passiuum fecit, inueniatur, est enī tautologia, sicut psal. ij. Qui habitat in cœlis irridebit eos, & dñs subsannabit eos. Potius autē inimicos & osores dei, q̄s Christi eos appellat, ea causa, qua sæpius dixi, ut sciremus deum pro nobis uindicare & pugnare, sicut dicit: Mihi uindicta & ego retribuam. Et psal. cix. Donec ego ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. De manu dei, psal. xvj. abunde diximus, in uersu, A uiris manus tuæ, Potēt iam enim & opus uindictæ significat. Igitur de iudæis Christum occidētibus loquitur, qui aduersus dominum & aduersus Christum eius conuenerunt, & adhuc in eadem impietate perseuerant.

Sed qd hoc? Amisit ne eos manus dei, ut necesse sit eos inueniri a manu dei? Verum hoc tropo, apte ostēditur præsumptio & securitas inimicorum dei, qui ita secure & confidenter agunt, ac si non essent in potestate dei, Quin zelo stultitiæ suæ promittunt sibi, non tantum impunitatem, sed & præmium, arbitrati se obsequium præstare deo, ut iam nihil minus q̄ manum dei suspicētur, sed in sinu dei sibi nidum collocasse uideantur: His ergo conuinget, sicut impijs, qui subito dum nō sperant inueniūtur, Sic. ij. Cor. xj. Timeo ne cum uenero, non quales uolo, tales inueniam, & ego inueniar a uobis, qualem non uultis.

Pones eos ut clibanum ignis in tempore uultus tui, dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis.

Ponit rem pulchre ob oculos Propheta, Sic enim agitur, quando impij subito inueniuntur, uisitantur, & comprehenduntur inter angustias, ut fugere conspectum illū iræ, seu reuelationem iudicij iusti dei uelint, & fugere nō possint, dicāt q̄ illud Oseæ. x. Mōtes cadite super nos, & colles operite nos, Sed frustra, coguntur enim diem illam & reuelationem æternam sustinere, ibi tum incipit pauor, fuga & horror intolerabilis, qui facit eos æstuare igne illi interno inæstimabili, Nihil est externus ignis ad hunc ignem internū comparatus, ita, ut prijssime eos figuret, per clibanum ignis, seu, ut latine dicimus, clibanum ardentem, qui non igne circunpositio, sed intus æstuante & ardente sæuit, Sic & Abraham Genē. xix. Videbat Zodoma & Gomorra, sicut fumum fornacis. Hanc principem & intolerabilem pœnam, solo uultu suo inferet deus, id est, reuelatione iræ suæ, sicut hic dicit: In tempore uultus tui, pones eos clibanum ignis. Et. ij. Thessal. j. Qui pœnas dabunt in interitu sempiternas a facie domini, & a gloria uirtutis eius. Et psal. xxxiij. Vultus autem domini super faciētes mala. Denicq; hæc est pœna illa, quam nisi damnati, qui sentiunt, nemo comprehendit,

prehendit, ita ut sit horrēdum etiam cogitare uerba huius uersus, adeo proprie eam depingunt, nec memini alium locum ueteris scripturæ, tam clare damnationis malum referētem. Clibanus est a solo conspectu dei intolerabili succensus, inæternum perseuerans. Neque enim dies iudicij ad momentum durabit, sed inæternum stabit, nunc̄p deinceps in occasum itura, perpetuo iudicabūtur, & perpetuo cruciabūtur, & perpetuo clibanus ignis erunt, hoc est, summa angustia & tribulatione torquebuntur intus.

Non ꝙ impij deum uideāt aut uultum eius, quo modo pij uidebunt, sed præsentiam uirtutis suæ sentiēt, quam ferre nequibunt & ferre cogentur. Sicut & nunc est uidere in iudicijs temporis huius, Iustus ut leo confidit, ueritatem etiam cum gaudio expectans reuelari, quā tamen iniustus summopere exhorret. Ita dulcis erit illa dies sanctis, horribilis autem impijs.

Dominus in ira sua turbabit eos. Eadem sentētia, cum prædicta, ac uelut expositio clibani, quia reuelabitur ira eius, quo uultu (ut dixi) succēdit eos igne illo clibani, Hebræus diceret: Dominus in ira sua absorbebit eos, quia comprehendit eos, ut effugere nullo modo possint. Non enim mordebit tantum, sed totum quod sunt, deuorabit, ut nulla sui parte, effugere queant. Magnæ certe & hoc ipsum uerbū epitasis & emphasis est, deuorari ab ira dei, & hæc omnia ad internam pœnam pertinent. Sequitur altera pars uersus.

Et deuorabit eos ignis. Hebræus: Et comedet eos ignis, Hoc iam de externo igne intelligitur, in quem mittētur cum diabolo & angelis eius, Matthæi. xxv. Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo & angelis eius, sic cum corpore & anima intus & foris arsuri. Quis huic Prophetæ tam clare oia dixit? Nec̄p enim ullus alius infernum tā clare descripsit, sed priorē partem experientia cognouit, posteriorem reuelatione, qui enim in hac uita posuerunt sese, ut hortum refrigerij & quietis, illic clibanus ardens erunt & cibus ignis.

Fructum eorum de terra perdes, & semen eorum a filijs hominum.

Et hic uersus cogit hunc psalmū, de Christo & suis hostibus intelligi, quem ad sensum uidemus ubic̄p impleri. Fructum eorum siue prolem, siue quicquid in hac uita possederunt (quæ fructus manuum dicuntur) immo & bona si qua faciunt in lege domini laborantes, licet intelligere, omnia enim per Romanos uastata sunt, & de terra patria dispersa in omnem terram, nec hoc satis:

Iudæorum miseria.

Etiam semen & posteritas eorum, non tantum de terra illa perditur, sed ubic̄p ab hominibus propellitur, ut impleatur illud Oseæ. vij. Abijciet eos dominus deus meus, quia nō audierunt eum, & erunt uagi in nationibus. Et Mich. vij. Lingent puluerem sicut serpētes, & uelut reptilia terræ turbabuntur de ædibus suis. Vbicunc̄p enim homines sunt, si Iudæi ibi sunt, incertam sedem habent, atc̄p si etiam non assidue corpore uagentur, assiduo tamen timore uagandi & migrandi carere non possunt.

Quoniam declinauerunt in te mala, cogitauerunt consilia, quæ non potuerunt stabilire.

Hebræus sic: Quoniam declinauerunt super te malum, cogitauerunt cogitationes, non potuerunt. Vbi pronomen, quæ, pro idiotismo uitando adiectum, & infinitiuus, stabilire, appositus est, pro clariore sensu. Significantius tamen uerbum

uerbum absolute ponitur in hebræo, Non potuerunt, id est, nihil potuerũt effi-
cere, seu impotentes facti sunt, quo modo & psalmo. ciiij. Audient uerba mea,
quoniam potuerunt, id est, quia ualida & potentia facta sunt. Mala autem &
cogitationes, illa sunt, quæ Pontifices ad Christum abolendum cogitauerunt,
meditantes inania, ut psal. ij. est dictum, dicentes: Venite occidamus eum, &
nostra erit hæreditas. Sic & Hieremias. xj. Cogitauerunt super me consilia, di-
centes, Venite & mittamus lignum in panem eius, & eradamus eũ de terra.

Commode autem dicit, Declinauerunt, ut significet magis conatum q̃ effe-
ctum impiorum, id quod altero uerbo exponit, Nõ potuerũt. Sicut enim posu-
it mari terminum suum, ut in littore confringerentur tumentes fluctus eius,
ut in Iob dicit: Ita impijs, ut uelint & tamen non possint mala facere, sicut in
Isaia dicit. xlj. Bene quoque aut male si potestis, facite, & loquamur & uidea-
mus simul.

Qm̃ pones eos dorsum, in reliquijs tuis præparabis uultum eorum.

Hieronymus: Quoniam pones eos humerum, funes tuos firmabis cõtra fa-
cies eorum. Mira significatio & pprietas, si quæras, quid ergo agetur deinceps
cum iudæis incredulis? Respondet, tantum ad onera uiuent, ut sese, multis, ua-
nis, grauibusq; operibus legis fatigent frustra, sectando iusticiam & ad iustici-
am non peruenientes, Vno uerbo, breuissime, laboriosum & inutile studium eo-
rum, in lege & operibus eius edisserens. Potest hebraicus dupliciter reddi:
Quoniam pones eos humerum in reliquijs tuis, diriges contra faciem eorum.
Vel sic: Quoniam pones eos humerum, in neruis tuis diriges cõtra faciem eo-
rum. Nam quod noster dicit, Præparabis uultum eorum, non placet, cum præ-
positionem, ad, omiserit, & uerbum hoc positum loco, frequẽtius dirigere aut
firmare significet. Vnde Hiero. sic reddit: Quoniã pones eos humerum, & fu-
nes tuos firmabis cõtra facies eorum. Funes autem appellat, neruos tensos in
arcu ad sagittandum, ut psal. x. Intenderunt arcum, direxerunt sagittas suas sut
per neruum. Iam quis erit sensus? Quamcunq; translationem sequaris diffi-
cultatem inuenies.

Ego cum Hiero. pro reliquijs, neruos hic accipio, ad qđ me mouet, uerbum,
Diriges, seu firmabis contra facies eorum. Videturq; mihi duplicem pœnã im-
piorum ludæorum signare, quarum prior est, quod ponuntur in dorsum, hoc
est, in fugam, Geñ. xlix. Manus tuæ in ceruicibus inimicorũ tuorũ. Altera est
incursus maioris mali, quod fugiẽtibus & faciẽ ponẽtibus ut effugiãt, occurrat
& intentet neruos suos dñs, sic ut ante & retro puniãtur, onera cogũt eos fuge-
re, & arcus occurrẽs cogit eos retrocedere, ita cõprehẽduntur inter angustias,
Et sic positi sunt, ut assidue, dum fugiũt scyllam cadant in charibdim.

*Iudæorum du-
plex pœna.*

Nihil aliud ergo hac humeri & uultus antithesi mihi uelle uideť, q̃ eos quo
quo sese uertunt ut effugiant, magis inuolui malis, dorsum sit eorum fuga, fa-
cies neruis directis obiecta sit, incursus. Exempla sint, Aegyptij in mare rubro
submersi, quos posuit dorsum, dum respexit super eos & subuertit eos, deinde
fugientibus ac dorsum dantibus occurrerunt aquæ, & sic inuoluti sunt in me-
dijs fluctibus. Item aliud Iosuæ. viij. de uiris Hai, quibus ad urbem fugienti-
bus occurrerunt ex insidijs armati filij Israel in faciem & medios ad internitio
nem deleuerunt, Sic & Iudicum. xx. filijs Beniamin contigit. Et quis nouit
an Propheta ad hæc exempla respexit, dum hunc uersum æderet?

Infelices Iudæorum conatus.

Videmus enim ita ludæis contingere, quod nunc̄ infelicius ruunt, c̄ dum aliquid pro se contra nos moliuntur, sicut eis prædixit & Moses, dicens: Et nihil habebis prosperum, Quo significat, eos multa conari, p̄ sua salute, & tamen magis inde perire, Ita nihil usc̄ in hodiernum diem omittūt pro sua liberatione, & tamen semper magis incurrunt, & implent illud capitulum Leuit. xvj. per totum, ubi pertinacia illa incurrendi late describitur.

Verum, dum hæc in re spirituali fiunt, atrotiora sunt, uidelicet, ubi per iustitias operum & sapientiam suam, conscientias suas coram deo a peccatis, mortē & inferno liberare & satisfacere anhelant. Hic uere in dorsum ponūtur miserrime, multis studijs Auen & Amal sese fatigantes, quibus salui fiant, cum hinc nihil, nisi martyres diaboli fiant & duplici contritione conterantur. Occurret enim eis neruus & arcus diuini iudicij, & repellet eos inæternū, dicens: Discedite a me omnes operarij iniquitatis. Hanc duplicem cōtritionem, super ius psal. xiij. sic posuit: Contritio & infœlicitas in uijs eorum &c. Sic urgentur multis malis, positi in dorsum, Et tamē bonis suis infelices incurrūt in neruos, qui firmantur & diriguntur contra faciem eorum, quocunc̄ sese uertunt:

Hæc meæ temeritatis sit sententia in hoc uersu, quæ ad consequentiam satis mihi facere uidetur. Cum enim dixisset, perdendos eos a filijs hominum, & omnibus malis onerandos urgendosc̄ eo merito, quod mala in Christum cogitarint, quæ tamen efficere nō potuerunt, recte sequitur eos poni in dorsum, & neruos in faciem eorum firmari, quia nō cessant mala in eum cogitare, sicut semel cœperunt, & eo magis cogitant, quo magis præmuntur, aliud non quærentes c̄ ut Christus aboleatur, & ipsi seruentur, ita nō cessant illis occurrere iudicia dei & neruos suos in hanc faciem & hoc studium eorum dirigere, ut semper multa conentur, & frustra, immo in maius malum suum laborent. De quo Oseas. v. Et ego quasi tinea Ephraim, & quasi putredo domui Iuda, & uidit Ephraim languorem suum, & Iudas uinculum suum, & abijt Ephraim ad Assur, & misit ad regē ultorem, & ipse non poterit sanare uos, nec soluere poterit a uobis uinculum uestrum, quoniam ego quasi leena Ephraim, & quasi catulus leonis domui Iuda, & capiam & uadam & tollam & non est qui eruat, uadens ad locum meum reuertar, donec deficiatis & quæratis faciem meam, sic psalmo. viij. destruendum inimicum & ultorem prædixit. Quid enim aliud c̄ ultionem in Christum usc̄ hodie quærit populus iste induratus? Et tamen nihil habet prosperum, Sentit dorsi onus, sentit resistentiam faciei suæ, nec sic tamen sapere uolunt, quia posuit eos sic dominus.

Nunc locutionem uideamus, In neruis tuis diriges, hebraice dicitur, per uerbum absolutum, hoc modo: Tu diriges, director eris, seu directionem facies, neruis tuis in faciem eorum. Et quod magis neruos c̄ arcum directum dicit, uelocitatem & præsentiam mali significat, sic psalmo. vij. quoc̄ dixit: Arcum suum tetendit & parauit illum & in eo parauit uasa mortis. Velociter enim reddit malum super eos, ut experientia uidemus. Quomodo autem arcus, neruus, sagitta, diuinam sententiam & iudicium significant, psalmo. vij. abunde dictum est.

Nostra translatio potest hoc modo cōcinnari, si reliquias acceperimus, non feces & uilissima quæc̄, solita relinqui, ablatis melioribus, ut fere usus habet, quo modo, reliquias Israel saluas factas Apostolus dicit, id est feces & abiectos populi eius, ut Isaias uocat: sed pro superfluis & superabūdantibus, quo modo psal. xvj. diximus, Dimiserūt reliquias suas paruulis suis, Has enim proprie significat

gnificat uerbum hebræum hoc loco. Tunc erit sensus: In reliquijs tuis præparabis id est, parata habebis abūde, iudicia & uindictas, quibus in facies eorum reddes, quoquo sese uerterint, ut non tantum possint illi conari contra te quin tu superes & plura eis reddere queas, sicut psal. cviij. de eis dictum est: Fiāt contra dominum semper &c. Verum hoc sensu, addenda est nostro textui præpositio, in, uel contra, ut, in faciem eorum. Nisi uoles dicere, q̄ præparet uultum eorum in reliquijs suis, id est, parat eos, ut quicquid moliuntur, in uindictis suis copiosis assidue uexentur, ut sicut ponit eos dorsum, sic ponat faciem eorum in reliquijs suis.

Exaltare domine in uirtute tua, Cantabimus & psallemus uirtutes tuas.

Hoc in fauorem Christi, dicitur contra Iudæos, & pulchro epiphonemate psalmum claudit, ac si dicat: Illi uolunt te oppressum in impotentia, ut ipsi, extensur in uirtute sua, uellentq̄ regnum tuum & potentiam tuam omnibus uituperijs & blasphemijs humiliatā, sed frustra & impie, quia hæc est summa rerum omnium: Tu exaltaberis in uirtute tua & glorificaberis in regni tui potentia, id quod nos optamus & gaudemus, ullulent illi, nos cantabimus, & strideāt illi & fremant dētibus, nos psallemus, Desyderium peccatorū peribit, uirtus tua & regnum tuū stabit, Quia regnum tuū, regnum oīum seculorum, & dominatio tua in omni generatione & generatione, psal. cxliij.

Inter multa hebræe linguæ nomina, quæ potentiā siue uirtutem significant, duo hoc uersu obseruata mihi sunt, עז oz & גבורה gibura, quorum prius pro prie, uim seu naturalem uirtutem, qua quælibet res potens est in suo genere, significat, hanc græcus interpres, dynamin aliquoties, sed non constanter reddit, latinus & ipse inconstans, frequentius uirtutem, Alemanice, Krafft, hoc modo, de uiribus seu uirtutibus, gēmarum, metallorum, herbarum aliarumq̄ rerum loquimur, sic psalmo. xlv. Deus noster refugium & uirtus. Et Paulus. j. Cor. j. Christum appellat uirtutē dei. Et Ro. j. Euāgelium uirtus dei, est in salutem omni credenti, Rursus Daniel. viij. de Antichristo, Stabit rex fortis facie, & fortitudine nō signantia.

bus, id est, cuius uirtus & totum (quod aiunt) posse, erit in faciebus, non in armis nec uerbo, sed in specie, pompa & externa conuersatione & superstitione, quod Hieronymus uertit: Rex impudens facie.

Ex quo patet, q̄ uirtus dei hoc loco, ea est, qua in sanctis suis per spiritū potens est, per quam omnia possunt sancti, quæcunque possunt, cum sit eorum hæc uelut naturalis & uerbo dei ingenita uirtus, sicut calor igni & lapidi grauitas, & similia, Sic. ij. Corinthios ultimo de Christo: Qui non infirmatur in uobis, sed potens est in uobis. Ephes. iij. Ei qui potens est facere omnia superabundanter, q̄ petimus aut intelligimus, hoc est, ei, qui uim & uirtutem habet, seu cuius proprium est facere, plusq̄ petimus aut intelligimus. Non enim arbitrij, sed naturæ modum in deo commēdat, quando dicit: Ei qui potens est, unde nec uerbum posse respōdet apud latinos, huic uocabulo, cum ad contingentiam, seu arbitriū, ut græcis exusia sua, sæpius referatur. Multo minus recte uersum est, ubi, pro fortitudine uertit, ut psal. xxiij. Dñs fortis, dominus potēs in prælio, Fortitudo enī aliquid impetus & concitationis animi, ultra uirtutem naturalem illam importat. At hæc uirtus quietam illam & genuinam rerum uim, qua uelut spōte sua omnia possunt & faciunt, quæ suæ naturæ cōueniunt, significat,

Nomina uires & fortitudi-

significat, ut sic uirtus dei significet totum quod nos sumus & possumus, illius dono nos posse. Sic beata uirgo: Fecit mihi magna qui potens est, id est, cuius sunt omnes omnium uires.

גבורה Gibura uero alterum uerbum, quod græcus aliquoties, nec male, dynastiam, latinus potentatum reddit, ut psalmo præcedente: In potentatibus salus dexteræ eius, psalmo ultimo: Laudate eum in firmamento uirtutis, id est, uiribus eius, Laudate eū in uirtutibus eius, id est, dynastijs eius, ad dominium spectat, almanice, **macht**, sic Geñ. x. Iste cœpit esse gibor in terra, id est potēs, ut Hiero. transtulit. Et iterum: Hic fuit gibor uenator coram domino, id est, cœpit dominari alijs robustus uenator, latina enim uocabula, robustus, fortis, potens, fere sunt impetuosiora & ferociora, ꝯ ut his uerbis hebræis comporan tur, sicut congruit ferreo illi imperio & populo tyrānico, quem siue Isaias, siue interps eius, populū alti sermonis mihi appellare uidet, cap. xxxiij. Et psal. xj. Linguam nostrā magnificabimus, quod Hiero. uertit, roboremus, aptius autē, dominari faciemus, scilicet ut sola regnet & possit omnia, Segtur enim: Quis noster dominus est? Et psalmo. xxiij. Dominus potēs in prælio, id est in cuius potestate est sita uictoria & omnes belli euentus, idem enim apud eum est saluare in multis & in paucis, ut psalmo præcedente uisum est.

Pulcherrimus itaq; ordo, prius exaltatur uirtus & posterior cātatur gibura, ex uirtute enim nascitur & facile tum augetur, tum seruatur potentia seu gibura, sicut ecōtra nulla stat gibura, ubi nulla est uz seu uirtus. Et psal. xxiij. prius dicit, Fortis dominus, deinde, potens in prælio. Ab hac uirtute, Paterfamilias uocatur גיבר gibir, & materfamilias, gibira, Geñ. xvj. A facie Sarai gebirthi, id est, dominæ meæ, ego fugio. Et iterum: Reuertere ad gibirtha tuam, id est dominam tuam. At psal. xviij. Exultauit ut gibor, ad currendam uiam. Et. xxxiij. Non saluatur rex per multam uirtutem, & gibor non saluatur in multitudine uirtutis suæ, Teuto. **Ein mechtiger herr.** inde Gabriel, fortitudo dei, sed non satis apte.

Aliud uocabulum hebræis, חזק hezec, quod psal. xvij. uidimus: Diligam te domine, חזקי frotitudo mea, Hoc proprie mihi eā uirtutem significat animi, quam latini fortitudinem, Græci andreian uocant, De qua inter uirtutes morales sermo frequens, quæ quia exhortationibus & usu rerum difficiliū paratur, fere ubiq; transfertur, pro confortatione. Deutro. xxxj. Viriliter agite, & confortamini, nolite timere. Item ad Iosue ibidem, Confortare & esto robustus. Et Iosuæ. j. Tu ergo cōfortare & esto robustus. Et Daniel. x. sæpius eo utitur, confortasti, conualui &c. Item cōfortare & esto robustus, Vbi idem uerbi geminatur, ac si dicat: Confortare cōfortare. Et psal. xxvj. Expecta dominum, uiriliter age & confortetur cor tuum, Ecce חוס hoesac, uiriliter age, transfert. Sic Anani Propheta ad Asa regem Iuda. ij. Paralip. xvj. Oculi domini cōtemplantur uniuersam terram & præbent fortitudinem his qui perfecto corde credunt in eum. Hinc Hezechielis prophetæ nomen, fortitudo dei uel uirilis audacia dei. Et Hezechias rex Iuda, audacia domini, cui nomini pulchro opere satisfeciſſe legitur. iiij. Regum. xviij. dum ausus fuit in fiducia dei sui, rebellare regi Assyriorum. Patet ex his omnibus hesec fortitudinem esse, aduersus timorem, pusillanimitatem & scrupulos animi.

Quartum est, בח Coah, & ipsum frequentissime occurrens, uersum pro uirtute, quam audeo affirmare eā esse proprijssime, quā Apostolus, operationem, græce, energiam uocat, ubi dicit. ij. Thessal. ij. Nam mysterium iniquitatis operatur.

ratur. Et mittet illis deus operationẽ erroris. Et Gal. ij. Qui operatus est Petro, operatus est & mihi, Hanc latine efficaciã, seu ut uulgo dicit, uim executiuam dicemus, ut sit effectus uirtutum prædictarũ prodiens in opus, Sic Hezechias iiij. Regum. xix. Venerunt filij ad partum, & uires non habet parturiens, heb. Et uirtus non est ad pariẽdum. Daniel. viij. Et roborabitur uirtus eius non in uirtute eius. Iob. xxx. Quorum uirtus manuum mihi erat pro nihilo, Pertinet hæc uirtus ad felicitatem potentis & fortis uiri, ut conficiat quæ tam uiribus q̃ animo præsumpsit: Ita enim Paulus operationẽ erroris Antichristianam prædixit felicem, Et Daniel. viij. de eadem, Prosperabitur & faciet.

Quintum est generale illud, quod hoc psalmo dicit: Quæ nõ potuerunt sta bilire. Geñ. lv. Non poterat se continere Ioseph. Hoc mihi proprie uidetur respondere nostro latino, quod est facultas uel possibilitas, & græco dynamein, in quo, ius, arbitrium, euentus, cõtingentia includitur, ubi etiam si uirtus sit uel non sit in persona operante, multis tamen aliis impeditur uel iuuatur, quo fiat uel non fiat quod molitur, psal. c. xxvij. Sæpe expugnauerunt a iuuentute mea, etenim nõ potuerunt. Sunt & alia quæ a petra, ossibus, duritia deriuãtur, quæ passim reperiũtur & prõfirmitate, cõstantia, robore, transferũtur. Sed ea relinquo cum sint ferme allegorica, ut & alius suæ indu striæ fructum faciat, si uolet.

FINIS SECVNDAE DECADIS PSALTERII.

FINEM hic facio secũdæ decadis, totius Psalterij, & ingenue ac fideliter cõfiteor, me plurima tentasse supra uires, nec habere hanc Apostoli gloriationem, qua ad Romanos scribit: Nõ audeo aliquid loqui eorũ, quæ non effecit Christus per me. Nam uitæ sanctimonia nihil consecutus sum, quod tamen scio, q̃ fuerit & sit necessarium ne docerem anteq̃ facerem: Eruditione uero parum, cum & ipse discipulus hactenus fuerim, non solum in linguis, sed & propheticis spiritibus discendis, utrunq; enim tractatori scripturarum necessarium est, magis tamen spiritus q̃ lingua. Vnde & si in lingua hebraica, nõ uno loco me uideam erasse, metuo tamẽ ne pluribus in spiritu errauerim, quanq̃ mihi conscius non sim, synceram & catholicam fidem a me uspiam læsam, ut gloriari possim, errores meos esse prorsus sine periculo, cum in lingua ista peritissimi & maximi, in spiritu autẽ & summi & sanctissimi uiri errauerint. Quo circa per communẽ Christũ, eruditiores rogo, mea negligant, tũ calcographos aut quosuis inuulgatores librorum, ne ista euulgẽt, donec uel ego uel alius errores aliquot crassos emendauerimus. Satis enim hactenus feci si occasionem sapientioribus dedisse inuentus, & officio necessitatis functus fuero, laborem enim, quẽ insumpsi & fastidium nõ iacto, hoc autẽ didici, Scripturã esse eam, quæ

quæ nullius ingenium, nullius eruditionem, nullius diligẽtiam, nullius sanctimoniam, nõ in multis partibus fallat & superet, atq; cũ omnibus etiã paruulis sit exposita ad satietatem usq;, magnis tamen semper seposita est ad esuriem. Vt uerissime & sapientissime dixerit Gregor. Scripturam esse fluuium, in quo agnus pedibus & elephas natat. Nec in ea fœdius nec perniciosius errauerunt, q; qui se nihil in ea errasse præsumpserũt, Nec fœlicius & salubrius in ea profecerunt, q; qui timuerunt se in omnibus errare. Sapiẽtia enĩ est, cuius principiũ timor dei, quæ intellectum dat paruulis, & sapiẽtiam sapiẽtum reprobat. Quare meos errores sic iudicet frater meus quisq;, ut sese etiã alicubi errare non dubitet, ne forte supbus nusq; non erret, porrigamus potius summis uiribus manus operas in domino, præsertim in scripturis sanctis tractandis, etiã sic errores non euademus, donec in uita hac sumus immunda. Solus hic se glorietur nõ errare in ulla parte, q sine peccato fuerit in hac uita. Vale Christiane frater, & gratia Christi sit tecum, AMEN.

ADAM PETRI
LECTORI.

LVCVBRATIONVM OMNIVM LVTHERI IN PSALTERIVM FINIS, nam diabolus Rhomanensium ministerio, cũ a tam sanctis laboribus abripuit, sed hoc astu seipsum, ut semper, fallit, alia enim per eum diuinæ bonitati placuit agere, & satis in Psalterium laborum exhausit, nam ita aperuit tibi ianuã, & induxit te, ut iam sine pædagogo liber in eo passim uersari, & sine cortice tutus nare possis, ut nõ magnopere optandũ sit huc Lutherum, iam alijs, agitante spiritu Christi, occupatum, redire. Oremus modo omnes ut impleatur in eo uoluntas domini, qui ponit terminũ fluctibus maris, id est impiorum furoribus. Vale, & eme in uno illo omnes omnium in Psalterium Commentarios. Te, optime lector, non deterreat ab hoc, q; Lutherus alicubi uehementior est, Nihil est hic uel seditiosum, uel q; cuiq; noceat, alias ego non impressissem, qui Ecclesiæ tranquilitatem omnibus meis bonis redimere, si possem, nõ dubitarem. Ex ædibus meis, mense Augusto Anni Vicesimi primi.


INSIGNI PIETATE ET ERVDITIONE VIRO,
Conrado Pelicano, Minoritano, suo in Christo Maiori,
Martinus Lutherus.

OVOD mea sic prædicas non agnosco, fauori timeo nimium dederis. Mihi certe Psalterium meum nausea est: Non tam ob sensum, quē arbitror esse genuinum, q̄ ob uerbositatem, confusionem & indigestum cahos. Liber est enim quē una/ eademq; opera, cōcipere, formare, alere & parere cogor, tem poris & otij penuria. Iam diu cogito eum reuocare. Voce enim uiua, multū auditoribus & lucis & gratiæ accedit, quantū cahos istud lite rarum, neq; habet neq; capit. Q; si nō est excusus psal. xj. uelim deleas, in fine ultimæ paginæ, literæ B. duodecim uersus, cū tribus sequentibus uersibus literæ C. Vides enī q̄ ibi fœde errauerim ī uocabulo סביב. Raptus & occupat⁹ tñ fui, sicut sæpe alias, cogitationibus uarijs, sum enī occupatissimus, Duas cōciones per diem habeo, Psalterium cogo, Postillas (quas uocant) molior, & hostibus respōdeo, & Bullam utraq; lingua impugno, meq; defendo. Vt literas taceam amicis reddendas, & cōuersationes domesticas fortuitasq;. Iam quod oblitus, psal. xiij. quicqd de uerbo משביל somniaui per. xxvj. uersus dele quæso. Da/bo operam ut uerbis intelligendi explicandis, simile negotium tribuam, quod uerbis uirtutis feci, psal. xx. Multis alijs, sed leuioris momēti, mēdis scatet liber culpa typographi. Bene facis pro me orans, multis premor malis & impedior a sacris, uita mea mihi crux est. Vicesimum primum psalmum, אלי אלי, in ma nibus habeo, Sperarem Psalterium cōsummādum, si pacem daret Christus, ut totus in ipsum incūberem, Nunc ne quarta quidē pars Psalterio seruit, immo mera furta sunt temporis, quæ illi impendo. Recte mones modestiæ me, sentio & ipse, sed compos mei nō sum, rapior, nescio quo spiritu, cū nemini me male uelle cōscius sim, uerū urgent etiā illi furiosissime, ut Satanā nō satis obseruē. Itaq; pro me ora dñm, ut qđ se & me, nō quod illos decet, sapiā, loquar & scri bam, ac bene uale in Christo, Vuitembergæ, ANNO M. D. XXI.

Loquitur de Vuittēbergen sis exēplaris paginis.



BASILEAE, APVD ADAM PETRI,
ANNO M. D. XXI.



uersus est retrorsum Montes exulta
uerunt ut arietes. ⁊ colles sicut ag
ni ouium Quid est tibi mare quod
fugisti. et tu iordanis quia conuersus
es retrorsum Montes exultastis ut
arietes. ⁊ colles sicut agni ouiũ A fa
cie dñi mota est terra. a facie dei ia
cob Qui conuertit petrã in stagna
aquar. ⁊ rupem in fontes aquarũ
Non nobis domine non nobis. sed no
mini tuo da glãm Super misericor
dia tua ⁊ ueritate tua. ne quãdo di
cant gentes ubi est deus eorũ Deus
autẽ nr in celo. omnia quecunq; no
luit fecit Simulacra gentiũ argen
tũ ⁊ aurum. opera manuũ hominũ
Os habent et nõ loquentur. oculos
habent et nõ uidebunt Aures ha
bent et nõ audient. nares habent
et nõ odorabũt Manus habent et
nõ palpabũt pedes habent ⁊ nõ am

mirauerunt glãm tua ... similitudi
nem uituli comedentis fenũ Obli
uisci deum qui saluauit eos qui fecit
magnalia in egypto. mirabilia in ter
ra cham terribilia in mari rubro Et
dixit ut disperderet eos si non moyses
electus eius stetisset in confractione
in conspectu eius Ut auerteret ũa
eius ne disperderet eos. ⁊ pronichilo
habuerũt terrã desiderabilem Non
crediderũt uerbo eius ⁊ murmura
uerũt in tabernaculis suis. nõ exau
dierũt uocem dñi Et eleuauit ma
nũ suam super eos. ut prosterneret
eos in deserto Et ut deiceret semen
eor in nationib; ⁊ disperderet eos
in regionibus Et initiati sũt beelfe
gor. ⁊ comederũt sacrificia mortuor
Et irritauerũt eum in adinuentio
nibus suis. ⁊ multiplicata est in eis
ruina Et stetit phinees ⁊ placauit

derũt gentes quas ḡtur dom̃ⁱ⁹ illis
Et cõmixti sunt int̃ gentes ⁊ didice
runt opera eor̃ ⁊ seruierũt sculptili
bus eor̃. ⁊ factum est illis in scãdа
lum Et immolauerũt filios ⁊ filи
as suas demonijs Et effuderunt
sanguiñe innocentem sanguinem
filior̃ suor̃ ⁊ filiar̃ suar̃ quas sacri
ficauerunt sculptilibus chanaan.
Et infecta est terra in sanguinibz
⁊ contaminata est in operibz eor̃
⁊ fornicati sunt in adinuẽtionib⁹
suis Et iratus est furore dominus
in populo suo. ⁊ abhominatus est

adoccasiũ. laudabile nomen domini
Excelsus super omnes gentes dñs.
et super celos gloria eius Quis sicut
dñs deus noster qui in altis habitat
⁊ humilia respicit in celo ⁊ in terra
Suscitans a terra inopem. ⁊ de ster
core erigens pauperẽ Vt colloc̃t eũ
cum principibus cũ principibus⁹
pli sui Qui habitare facit sterile
in domo. matrẽ filior̃ letantem
Exitu isr̃l de egypto domus iacob
de populo barbaro Facta est iudea
sanctificatio eius. isr̃l potestas eius
Mare vidit ⁊ fugit. iordanis con


Th
342a